ſeruationis a putredine magis ꝗ cibationis uia probantur
Muça vō utriſqʒ horum extremorum uirtutibus approbā
tur. Etſi granata omnia ſint urine prouocatiua. magis ta-
men acetoſa fore talia comprobantur. mirabilem habēt etiā
proprietatem corruptioni cibi in ſtomacho: ut Auerrois 5°
colliget. quod ſane intelligi debet de corruptione a calore p-
uenibili. ¶ Citonia frigida ſunt ⁊ ſicca: que ante cibū quo-
uis modo preparationis aſſumpta uentrem ſtringūt. Poſt
cibum vō comprimendo laxant. omnes igitur eoruʒ ſpecies
tam dulcium ꝗ acrium conuenire uidentur. ſtomachuʒ cō
fortant appetitum excitant ⁊ urinam prouocant. ¶ Nuces
autem q̄ calide ſunt ⁊ ſicce. ex hoc conuenire deberent: ſed
q̄ ſtomacho graues: digeſtioni difficiles: uomitiue ſunt: ⁊ ca
piti ⁊ pectori nociue: ideo dimittantur. Corrigitur tamen ea
rum malitia eas permiſcendo ficubus. Impediunt autē ſer
monem: ⁊ quia lingue paraliſim faciunt deteſtant̄. ¶ Me-
ſpilla vō ⁊ ſorbe frigide ſunt cōplexionis ⁊ ſicce: ⁊ ante cibuʒ
uentrem ſtringunt digeſtioni ſunt difficiles: ſed q̄ excitāt ap
petitū: ideo quandoqʒ poſt cibū tangi poſſunt. ¶ Uue aūt
penſiles ⁊ albe magis nigris accipi poſſunt. ⁊ poſt cibuʒ niſi
uentris conſtipatio propoſitum mutaret. Et ſi renū aut ueſi
ce nocumenta perciperentur dimittantur. nā uua omnis
nocet renibus ⁊ ueſice. cañ. ſecundo. ¶ Relique vō terre na-
ſcentia ut fungi boleta ⁊ ſpongiola q̄ uenenoſa ſunt ⁊ apo-
ſtemata terre dicuntur: ideo fugiantur. Inter ipſa tamē ſpe-
cies quedam tartufole nominate minorem habent malitiā
lʒ ⁊ ab ea non euacuentur.

De ſaporibus autem uti poteſtis: ſinapiſmo ad acutum magis ꝗ ad dulce
uergente. conuenientior tamen eſt comeſtio cum groſſis ꝗ
leuibus carnibus. ¶ Alleatā etiā quandoqʒ laudo. ſit tamē
precoctum alleum: ⁊ cum granis feniculi: pipere: ⁊ ſale con-
diatur. ¶ Salſa etiam utendum cum folijs feniculi: petro
ſelini: menthe: ⁊ gariofil. facta: ⁊ cum maiorana: ⁊ ſerpillo.
¶ Sapor etiam amigdalarum quem camellinum uocant
laudatur uobis. Et iterū ex amigdalis ʒuccaro ſiſticis agre
ſta ⁊ croco fit ſapor bonus. Adhuc ex mica panis agreſta
croco paſſulis ⁊ uitellis oui fit ſapor bonus carnibus aſper-
gendus. ¶ Et condimentum factum cum aceto ʒuccaro:
paſſulis: pipere: croco: collo: pedibus: ſtomacho: ⁊ epate galli
narū eſt laudabile. Et in ſumma: ſapores omnes quib⁹ dul
cis ſubdominant̄ acetoſis cū pipere: ʒinʒibere: ⁊ galanga: ⁊
reliquis aromaticis collaudantur.

De conditis vō competunt oliue. calefaciendo enim exiccant aperiunt uentrem le
niunt os ſtomachi uirile faciunt. ¶ Napi etiam conditi cū
bonis ſpeciebus: ut ſupra laudantur. ¶ Cepe vō condite ⁊
cibi melliti omnes non bene laudantur: quia uentoſitates
adaugēt. ¶ Cappares autem ſm̄ communem preparatio-
nem collaudantur. ¶ Salſamenti autem genus omne col-
laudo preter anguillas: ⁊ niſi repugnet aliqd: ut ſcabies pru
ritus calor epatis ⁊ ſimilia. ¶ Zuccaratos autem cibos acci
pere etiam bonum. ¶ Sapa etiam ⁊ condimentis ex eo fa
ctis uti poteſtis. ¶ Uinum vō uel granatorum ſuccus non
concedantur uobis. uentoſum enim eſt frigidum ⁊ ſtipti-
cum. ¶ Oleum oliuarum dulce ⁊ non annoſum uobis
eligatur.

De ſpeciebus autem quibus uobis in cibis uti confert. ſunt omnes calide ⁊
ſicce: ut ſal: cinamomum: gariofili: galanga: ʒinʒiber: ma-
cis: cardamomum: feniculus: aniſum: petroſelinum: crocus:
lignum aloes: piper trium generum: ſcilicet albuʒ longum ⁊
nigrum. ciminum: carui: leuiſticum: origanum: ſerpillum:
menthe: ⁊ etiam uſuales aromatica fortis in hyeme: dulcis
vō in eſtate. ¶ Ego autem pro caſu ueſtro has ordino pro
hyeme ſpecies. ℞. cinamomi: piperis albi ⁊ nigri. añ. ʒ. j. ʒin
ʒiberis electi: granorum paradiſi: croci: gariofilorum. ana. ʒ.
ſ. foliorum origani calamenti. añ. ℈. ij. fiat puluis cibis aſp-
gendus. ¶ Pro eſtate vō hec conueniunt. ℞. piperis albi. ʒ. j.
ſ. cinamomi. ʒ. ſ. coriandri per quatuor dies in aceto infuſi
deinde exiccati. ʒ. iij. fiat puluis ſubtiliſſimus.

De confectionibus autem que in eſtate laudabiles ⁊ cibales
magis ſunt iſte. Pinachea ſauones marʒapan. Piſtachea.
amigdale condite que ſunt calide non ualde. Frigide vō. ſo-
lum magni eſtus tempore capiende ſunt. citrum conditum
ʒuccarum: poma arancia: tota confecta citonia ⁊ manus
chriſti cum perlis ⁊ reliquis melius eſt coriandrum confe-
ctum. Medicinales autem magis ⁊ eſtate conuenientes ſunt
he. Confectio dyarodon ualens epati ⁊ ſtomacho ſupercale
facti ⁊ confectio triaſandalorum. ¶ Confectiones autem
cibales magis in hyeme conuenientes ſunt hauete condites
ʒingi cōditi: tragea maior: ⁊ cyprenſis. ¶ Medicinales au-
tem pro hyeme magis ſunt ʒinʒiber conditum: quod viri-
de dicitur. cinamomum: ⁊ aniſum confecta: ⁊ ſunt cordia-
les ⁊ ſtomachales: dyacinamomum: ⁊ electuarium de gem-

mis: letificans Almanſoris.aromaticum roſatum deſcriptione Gabrielis. Laudo quoqꝫ maxime mirabolanos kebulos conditos: ⁊ accipiatur ex eis vnus per quinque horas ante cibum ſine potu: ⁊ mirabiliter confert ſtomacho epati ⁊ capiti: exiccat enim flegma digeſtiuam confortat cerebrum vigorat ⁊ memoriam acuit. ¶ Cõfectio ad hec omnia per me pluries experta nobilis ualde. ℞. galange: caſſie lignee: calami aromatici: croci: ciperi: ſpice nardi: gariofilorum: cinamomi: coſti: cardamomi: carpobalſami: piperis albi, ⁊ long. aſſari: ʒinʒiberis: ſeminis myrti. ana. ʒ. j. maſticis. ʒ. v. fiat confectio ſolida: ⁊ ponatur. ℥. j. ſpecierum iſtorum pro lib. j. ʒuccari diſſoluti cum aqua menthe: ⁊ fiat in rotulis trium. ʒ. ⁊ accipiatur ex eis vna per horas quatuor ante cibum ſine potu. ¶ Confectio alia ad ea que dicta ſunt ſimiliter conferens. ⁊ pro eſtate magis ⁊ accipienda ut alia. ℞. ʒuccari albi manne. añ. ℥. j. ſucci liquiritie: dragag. ſeminis portulace: ſandalorum citrinorum: gũmi ara. añ. ʒ. ſ. amidi. ʒ. ij. ſpodij: roſarum. ana. ʒ. iij. ſe. cucumeris: angurie: cucurbite. añ. ʒ. ij. maſticis: ligni aloes. ana. ʒ. ſ. croci: cardamomi. añ. ʒ. ſ. fiat confectio ſolida cum lib. j. ſ. ʒuccari albi diſſoluti cum aqua roſata.

De regimine autem potus canon primus. Potus cuiuſcunqꝫ vini ⁊ maxime fumoſi euitetur ieiuno ſtomacho: imo prius cibi notabilis quantitas premittatur. ¶ Secundus ſi in prandio uel cena exercitij cauſa aut ſitis plus de vino ſumatur ꝙ conſueuerit cibus notabiliter minuatur. ¶ Tertius potus vini fumoſi poſt comeſtionem fructuum humidorum inconueniens eſt ſaltem ſi multa fructuum quantitas preaſſumpta fuerit: tunc enim vinum eorum aquoſitatem in uenis penetrare facit ⁊ ſanguinem putrefactioni preparat. ¶ Quartus canon. dum ex fructibus modicum comeditur: vinum optimum poſt eos bibere magis conuenit: corrigit enim ⁊ rectificat eorum malitiam. ¶ Quintum bibentibus vinũ lymphatum conuenientius eſt anteꝙ bibatur per duas horas lymphare ꝙ in menſa. ¶ Sextus. ꝗ ſi in vini potu malitia artificij uel quantitate caput lederetur comedãtur poſt ipſum ſex uel octo grana myrti. Et ſi propter hoc caput non alleuiaretur prouocetur uomitus: cum his que in quinto capitulo videbuntur. ¶ Septimus ſi poſt cibum ualida ſitis infeſtet vinum dimittere melius eſt. Bibatur aũt ʒuccari roſati. ℥. j. cum cyatho vno aque cocte. in hyeme aũt ſit ʒuccarũ album cũ predicta aqua.

Vinum autem nobis pre ceteris eligendum ſit album uel colore rubicundum in ſubſtantia ſubtile clarum aromaticum ſtipticitate magis ꝙ dulcedine participans. dulcia enim quia epatis opilatiua uentoſa ⁊ vaporoſa ſunt: ⁊ quia impinguant non laudãtur nobis. Fumoſa vero ⁊ eſtuoſa vina dimittenda ſunt. Gratia tamen exiccationis humiditatum ⁊ conſumptionis uentoſitatum laudo paruũ vini vinoſi ante cibum ſumpti: ut ſclauonici greci uel malnatici. lꝫ in nobis ſemper ſuſpectam habeam maluaſiã propter gipſum cum quo artificiatur quod eſt ſtomacho ⁊ capiti ualde nociuum ⁊c̃. ¶ Aqua vero qua utimini cum vino ⁊ reliquis ſit liberi fontis celo ⁊ aeri detecta non ſtans: imo ſiuis odore uel fetore horribilibus denudata. in qua etiam athoma corpuſcula non natent. ⁊ ſi non talis habeatur: tũc eius decoctio malitiam corrigit ⁊ caſtigat. propter quod ad cautelam itineranti cuiqꝫ melius eſt aquam qua uteſcẽ precoctam fuiſſe: ⁊ poſt eius reſidentiam denſo panno colatã. Aqua vero qua fercula condiuntur a ſuo fonte uel puteo per duas horas prius hauriri debet in uaſe ligneo quieſcere permittatur. Poſt hoc leuiter accipiatur: ne ſuperfluitas que iã fundum petierat ſue iterum ſubſtantie euertendo cõmiſceaẽ ⁊ capituli tertij finis.

¶ De regimine ſanitatis per electionem motus ⁊ quietis. Cap. IIII.

De regimine vero per motum ⁊ quietem dicendũ primo quietem uel ocium maxime nobis inimica fore. conuenit tamen poſt cibi aſſumptionem quieſcere per horas tres magis ꝙ exercitari ſaltem exercitio forti. Exercitiũ autem maxime nobis collaudandum eſt. Expellit enim omnium fere digeſtionum ſuperfluitates calorem naturalẽ roborat. virtutes omnes reficit ⁊ corpus agile ⁊ robuſtum reddit. vnde ſecundo de regimine ſanitatis. ſecundo capitulo. Exercitium eſt motus uehemens intenſũ ut alteret in maius uel minus uelocius uel ſpiſſius. Adipiſcuntur enĩꝫ ex exercitio ea que dicta nunc ⁊ qꝛ ſolidantur mẽbra. propter quod laboribus impaſſibilia ſine nocumento redduntur: augmentatur calor naturalis: melioratur mutatio que digeſtionũ oĩum perfectionẽ preſupponit: aperiuntur corporis pori: depurenturqꝫ fumoſis euaporationibus ſpiritus qui oĩum ſunt inſtrumẽta virtutum. ¶ Species aũt exteriorum exercitiorum ⁊ ſi multe ſint: laudabiliores tamen nobis exiſtunt: ut exercitiũ equeſtre ac peditando aliquantulum per ſolem feſtine ꝓcedere: aut aliquo ueloci curſu currere ludere: aut lapidem uel ferreum: aut ligneum iaculũ agitare: aut ludo pile: quem hodie tolli ⁊ manda uocant inter alios ⁊ nobis idoneos ſolatioſe ludere. Eſt enim hec exercitij ſpecies: in qua partes omnes ſufficienter ⁊ equali fere motu ⁊ non ſuperfluo fatigantur. Caput enim inferiora ⁊ intermedie partes omnes ſi diligenter attenditis fatigantur. de hac exercitij ſpecie conſiderans utilitatẽ Galenus librum edidit quendã de exercitio parue ſpere. i. pile intitulatum. ¶ Gratia etiã exercitij capitis eius fricationes ⁊ pectinationem laudo. ¶ Pedũ autem ⁊ aliarum partiũ fricationes ⁊ ablutiones que loca exercitij tenent collaudanẽ. Circa tamen talia iuuenilis etas vigili ſtudio ⁊ occupationibus arduis alijs non diſtracta morbis: qꝛ hec laſſitudinẽ potiꝰ oſtendunt non multũ inſtare debet. ¶ Mane quoqꝫ altis uerbis moderato tñ ſermone loq: ut lectionẽ uel pſalmos eleuata uoce cantare bonũ eſt exercitiũ. ¶ Has aũt omnium exercitiorum ſpecies fieri ꝯuenit prima iã ⁊ ſecunda digeſtione cõpletis. ⁊ eſt tanto exercitandũ tẽpore ꝗ totũ corpus notabiliter caleat etiã uſqꝫ ad alicuius laſſitudinis ſenſationem: qua percepta illico ab exercitio deſiſtendum. Et ſi in exercitij tempore ſudare uos contigiſſet pannis iam humefactis abiectis membriſqꝫ ſufficienter exiccatis alios induere pannos procuretis omnino.

¶ De regimine ſanitatis per electionem inanitionis ⁊ repletionis. Cap. v.

Quarta res non naturalis in ordine ſupra premiſſa fuit inanitio ⁊ repletio. ¶ De qua primus canon. repletio omnis vitanda ⁊ maxime ciborũ humidorum ⁊ uaporoſorum ualde actu ⁊ potentia. de quibus tertio capitulo viſum eſt. ¶ Secundus ex cibo non tantum ad repletionem perueniatur ut penitus ſatur ſitis imo comedendũ eſt reliquijs appetitus adhuc in ſtomacho manentibus: ut etiam ſupra. ¶ Tertius cibus amplior debet eſſe in prandio ꝙ in cena cum aliorũ paritate. ¶ Quartus canon. in ſanitate ueſtra melius eſt ad latus inanitionis aliqualis. i. abſtinentie ꝙ repletionis declinare. ¶ Obſeruetur igitur in cibis ordo talis: ꝗ poſtꝙ mane ſurrexeritis intendatis mundificationi uentris ⁊ urine. Deinde ad narium demucationẽ ⁊ excreationem ſputi. Poſt hec ſi hora cibi aſſumptionis conſueta perceperitis in ſtomacho uel in capite grauitatem a prandio abſtinendum eſt. Si autem non: premiſſo ut ſupra mille fere paſſuum per ſalam exercitio prandendum eſt. ¶ Si autem poſt cibi aſſumptionem grauitas ⁊ nauſea percipiatur in ſtomacho: aut propter cibi multam aſſumptionem: uel propter cibi qualitatẽ malam illico prouocandus eſt uomitus. iſte enim ſublimis eſt medicina. vnde Auicẽna quarta primi. capitulo decimo tertio. Et uomitus quidem euacuat flegma ⁊ cholerã ⁊ mũdificat ſtomachum: ⁊ remouet grauitatem que accidit capi

ri: clarificat viſum: ⁊ auſert faſtidium: ⁊ confert laſſitudini: ⁊ eſt medicamentū meliũs coloris: ⁊ ſecurat ab euentu egritudinum cronicarum: quinimo curat eas cum acciderint. ℂ Adhuc iterū nulla in ſtomacho percepta grauitate quãdoq; conueniens eſt uomitum facere: ipſo enī precipit Hippocras utendum eſſe ſingulo menſe duobus continuis diebus: ut in ſecunda die educatur quod per uomitum in prima die agitatum ⁊ non eductum fuit. Laudo autem niſi aliud repugnet: ꝙ ſingulo ſaltem vere uomitum procuretis. ℂ Si ergo uomere tentaretis: aut ad illud neceſſitas induceret premittendi primo ſunt huiuſmodi canones. ℂ Primus ꝙ ſi uomitus ſine medicinarum adminiſtratione fieri poteſt: melius eſt ꝙ ipſum cum medicinis inuitare. ℂ Secundus ꝙ ſi cum medicinis fiat a leuioribus incboandum de quibus ſtatim. ℂ Tertius ꝙ tempus uomitui conuenientius eſt eſtas, deinde uer. ℂ Quartus ſi expediat alijs uomere temporibus anni eligatur hora diei calidior. ℂ Quintus ꝙ nõ ꝙ fiat uomitus ſtante uentris conſtipatione: ſed primo uenter leniatur: ut infra dicetur. ℂ Sextus ſi libet uomitū procurare: capiantur in prandio cibi multi ⁊ diuerſi in ſubſtantia ut groſſi ⁊ ſubtiles: in odore: quia ⁊ fetidi ⁊ leuis aromaticitatis: in ſapore: q; dulces acres acetoſi ſalſi inſipidi: vnctuoſi ſimiliter ⁊ oleaginei ⁊ calidi ⁊ frigidi ſimul ut carnes ⁊ piſces: ex tanta enim ciborum diuerſitate ſtomachus faſtiditus uomitui paratior fit. ℂ Septimus canon. tempore prouocandi uomitū: cibus non bene maſticari debet. ℂ Octauus tempore uomendi moueatur ⁊ exercitetur corpus motu magnifico ſatis: motus enim magis facit uomere. quarta primi. capitulo vndecimo. ℂ Nonus canon. hora uomẽdi ligentur oculi ne recipiant fumos ⁊ humores. ℂ Decimus canon. poſt uomitum lauetur facies tota aqua roſata. ℂ Undecimus canon. poſt uomitū eſt leuiter comedendū: q; ſtomachus ex illo motu ⁊ euacuatione debilior factus eſt. ℂ Duodecimus electiores cibi poſt uomitum ſunt leuis digeſtionis ⁊ aſſati meliores ꝙ elixi. ℂ Adhuc ſi poſt uomitū ſentiatur in ſtomacho mordicatio ſuperponatur lana oleo camomillino calido infuſa. ℂ Amplius ſi poſt uomitū ſuperueniret ſingultus: bibatur ſepe aqua calida. Et ſi non cõfert prouocetur ſternutatio cum inſufflatione pulueris piperis in naribus ⁊ fortius hoc non ualente eſt adminiſtratio pulueris elebori albi naribus inſufflati uel cum penne impoſiti. ℂ Modi aũt uel inſtrumẽta uomẽdi ſunt: ut poſt predictorum ciborum aſſumptionem per horā digitus imponatur ori uſq; ad lingue radicem ⁊ ibi titillatio cum ipſo fiat: ⁊ prouocabitur. Quod ſi non: intromittatur penna anſeris longa bene inferius aut ipſa tingatur oleo communi ſimplici. aut oleo ⁊ aceto commixtis: aut ſumatur cyathus vnus aque ⁊ quarta pars aceti fortis: ⁊ mixti totum tepidū bibatur. Exoluunt enim tepida omnia robur uentris. i. ſtomachi vndecimo. terapeutice huiuſmodi uomendi modi leues ſunt ⁊ ſecuri. ℂ Si autem per hos uomitus non prouocaretur fiat cum hac mihi experta medicina ſepe. ℞. ſucci radicum liliorum alborum. ℥. j. pulueris ſalis gemme: pondus granorum ſex ordei. bibatur totum tepidum cū aqua. ℂ Aliud. ℞. ſucci corticis radicum ſambuci. ℥. j. miſceatur cum cyatho medio aque: ⁊ totum tepidum bibatur. Hec uomitiua primis aliq̃liter ſunt fortiora: lȝ etiā ſecure fieri põt. Plurima aũt mihi experta fortiora ⁊ omitto.

Ad intentionem iterum minorandi plenitudinem utendum his clиſteribus. Cliſtere pro eſtate. ℞. malue: mercurialis: foliorū violarum. añ. M. j. foliorum blete. M. ſ. coquantur in phiala vna aque uſq; ad conſumptionem medietatis. Deinde colẽtur ⁊ exprimantur: ⁊ ex hac colatura accipiantur tres cyathi: in quibus miſceatur olei communis cyathus vnus medius in uere ⁊ tantũdem violacei in eſtate ſalis coclear vnũ caſſiefiſtule: zuccari rubei. ana. ℥. j. ⁊ fiat cliſtere in mane. Et ſi grauitatẽ capitis ſentiret adiungatur predictis iere pigre ℥. ſ. Si autem in inteſtinis uentoſitatum copia ſentiretur: cuius ſignũ rugitus ⁊ gurgulatio in eiſdẽ: tunc predicte decoctioni addatur aniſi: cimini: feniculi. añ. ℥. j. ⁊ fiat ut ſupra. ℂ Cliſtere pro hyeme. ℞. foliorū blete. M. ſ. furfuris: malue. añ. M. ſ. coquãtur ut ſupra: ⁊ colature addatur hec mixtio. ℞. iere pigre benedicte: caſſiefiſtule: zuccari rubei. añ. ℥. ſ. olei de camomilla: ⁊ de aneto. ana. ℥. j. ſ. ſalis coclear vnū fiat in ſero ſi frigus intenſū fuerit. ℂ Et adhuc ſi uentoſitates appareant melius eſt loco olei cõmunis ponere tantundem olei de ruta: ⁊ loco ſalis ponere ſalis gemme. ʒ. j. ⁊ fiat ut dictum eſt. ℂ Laudo etiam pro euacuatione leuiſſima: ut utamini ſaltem a menſe nouembris incluſiue uſq; ad menſem iunij excluſiue capere pillulam aleſanginã deſcriptione Meſue ante cenam per horam vnā ⁊ in hebdomada ſemel uerum ſi capitis inſtaret grauitas: laudo magis eius aſſumptionem per horas duas poſt cenam: aut ſumatur pillula. ſ. aſſaieret deſcriptione Auicenne. prima tertij. hora iã nunc dicta. mundificant enim pillule tales ſtomachum: caput ⁊ inſtrumenta ſenſuum. Neq; aliquid anxietatis includunt. ℂ De inanitione quoq; ſupra dixi: ꝙ ſtante ſanitate ad latꝰ inanitionis mediocriter declinare conuenientius eſt nobis ꝙ repletionis: in euacuando tamen: ſicut ⁊ in replendo euitẽtur exceſſus in extremis. ſuperfluitas enim ⁊ defectus ad eaſdem ducunt cauſas. ſc̃d̃o tegni Gale.

ℂ De regimine ſanitatis per ſomnũ ⁊ vigiliã. Cap̃. vi.

MOderantes vigiliam ⁊ ſomnum premittemus canõ. ℂ Primus ꝙ ſicut mediocris ſomnus. ſ. nõ prolixus ⁊ non profundus virtutes fortes efficit ita econtra cõtrarius: quia cerebrum humectat ⁊ totum corpus ⁊ reumatiſmos facit. ℂ Secundus ꝙ dormitio diurna vitanda eſt: niſi repugnet vigilie prolixitas in nocte preterita. In die enim dormire malum ad malas preparans egritudines: generat enim morbos humectantes ⁊ reumatiſmos: corrumpit colorem: grauat ſplenem laxat neruos: ⁊ efficit pigritiam. tertia primi. capitulo nono. Melior autem ſomnus eſt nocturnus: ipſe enim virtutes fortificat: niſi ſuperfluat. ℂ Tertius canon. non eſt dormiendum poſt cibum: niſi poſt ſaltem per duas horas. ℂ Quartus. cauendum eſt dormire membro aliquo remanente diſcooperto. ℂ Quintus canon. non eſt dormiendū reſupine: preparat enim corpus ad difficiles egritudines maxime neruorum: q; ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit. ℂ Sextus. naturalis ſomnus in eſtate non tranſeat octo horas inter nocturnum ⁊ diurnum: ⁊ non excedat diurnus horam: in hyeme ſufficit dormire horis nouem. ℂ Sit igit̃ ordo talis: vigilate ad minus per duas horas poſt cibū. deinde uos lecto exponatis primo ſuper latere dextro ubi per primum ſomnum eſt dormiendū. poſtea ſuper ſiniſtro poſt quod iterum ⁊ ſuper dextro reuoluendo reuertendū. ℂ In omni quoq; dormitione caput ſufficienter eleuatum ſeruet̃. ℂ Dormire autem ſuper uentre digeſtionem vigoret: ſed oculis nocet. ℂ Amplius non eſt dormiendum ſtomacho uacuo. ℂ In vigilijs autem reliquum temporis expendat̃: ⁊ ab exceſſu in eis fugiendum: ſuperflue namq; vigilare ualde debilitat: ⁊ ſpiritus reſoluit. ℂ Poſt autem excitationem a ſomno intendendum eſt expulſioni ſuperfluitatum: ut capitulo precedenti viſum: poſt que omnia ſit occupatio ſermonibus rerum animam delectantium ⁊ conuerſatione prudentiū: aut locutione uel narratione hyſtoriarū ⁊ nouorū delectabiliū: ⁊ eorū que ſpũs dilatant leui ⁊ moderato motu. vnde ad ſubtiliorã ſpeculatiõ procedendũ.

ℂ De regimine ſanitatis p̃ electionẽ accidẽtiũ aĩe. Cap̃. vii.

VLtimum autem propoſitorum expediens: iam nunc ad animam enſiſtendum accidentia tranſeundum. Dicendum ergo talia ſorte: ut letitiam triſtitiam iram ſollicitudinem anguſtiam melancoliam: ⁊ ſimilia. ⁊ quia in omnibus his paſſionibus motus fiunt in ſpiritibus inordinati: aut ſubito ac

centro corporis ad circūferentiā: aut econtra: quibus violē ter ⁊ importune motis accidit ⁊ in virtutibus magna mutatio cū ſpiritus ipſarū ſint inſtrumenta: talia oīa euitari debent. ¶ Primus igitur canon. accidentia oīa in quibus ſubitus ⁊ fortis fit motus de centro ad extra ſummopere fugiantur. nā in breui tēpore ut frequenter extinctioni ſpirituū preparant regalia membra. Hec aūt ſunt leticia maxima que gaudiū per intenſum a medicis nūcupatˀ uehemēs riſus ira ⁊ anguſtia fortiſſime. Siliter ecōtra ea in qbus fit motus maximus de circūferentia ad centrū euitari debent. Exceſſus tamen iſtoꝝ equalitate minus malū eſt ꝙ in alijs: poſtponentur igitˀ omnia iſta: ut Galeno placuit. Extermināt ⁊ mutant hec oīa corpus ab ea que ſm naturam conſiſtentia. tertio tegni. ¶ Denuo vero: q2 apud hec accidentia coitus annecti ſolet. ideo eius exceſſuz inꝙ tanꝙ uenenū peſtiferum fugiendū: ita enā ꝙ natura ad ipm ſtudioſe nullatenus inuitetur: imo econtra. Extenuat enim ⁊ exanimat corpus ſuperfluus eius uſus. Incitante igitˀ nos natura ad coitum ⁊ non aliter fiat in ſeptimana bis uel ſemel: licet minus in eſtate. Et fit in mane prima iam ⁊ ſecunda digeſtione completis. ſ. ſtomachi ⁊ epatis: ⁊ fiat ſuauiter non cum impetu: ⁊ poſt ipſum modicū dormiendum. Neqꝫ eadem die exercitandum ualde. Nec mirandum ex his que de coitu dixi. Eius enim exceſſus ultimos medullis immittit aculeos: ut accedente ſenio incurabiles ⁊ effeminantes paſſiones: quibus mors preeligenda foret: adducat. eſt igitur ab eius ſicut ⁊ alterius cuiuſcūqꝫ ſupradictoꝝ exceſſu fugiendū. Et expulſis his freno ſobrietatis ⁊ reliquis aīe accītibus intellectis libra recte pēſatis felicē iocundā ⁊ ſoſpitē vitam agetis: quā uobis annuat cunctipotens ille deus qui cūcta regit alieno minime motu uel regimine uectus. Amen.

Cōſilium. 2. De regimine tranſfretātiū ⁊ curā accidentiū eis contingentiū que ſunt.

¶ Nauſea conturbatio ſtomachi ⁊ immoderatus uomitus. ¶ Fluxus uentris ⁊ propterea yliacus. ¶ Dolor capitis. ¶ Ualida ſitis. ¶ Uigilia immoderata. ¶ Debilitas virtutis. ¶ Debilitas appetitus ⁊ abominatio cibi. ¶ Extenuatio immoderata.

Ad reuerēdiſſimum in chriſto patrē ⁊ dominum dnm Abbatē camaraſcenſem de puintia anglie: conſilium pro tranſfretando i terram ſanctā hieroſolymitanam ad ſepulchruz ſaluatoris nr̄i domini Jeſu chriſti. ¶ Uir deuotiſſime atqꝫ benigniſſime pater accidentia que tranſfretantibus accidere poſſunt plurima ſunt numero. ¶ Primū quidem eſt fortis nauſea conturbatio ſtomachi ⁊ immoderatus uomitus. ¶ Secunduz eſt fluxus uētris ut plurimū yliacus. ¶ Tertiū eſt dolor capitis ex agitatione materierū adueniens ut in pluribꝰ. ¶ Quartum eſt ualida ſitis. ¶ Quintum eſt vigilia immoderata. ¶ Sextum eſt debilitas virtutum omnium predicta accidentia neceſſario cōcomitans. ¶ Septimū eſt abominatio ciboꝝ olim aut appetitus ablatio uel corruptio. ¶ Octauū ⁊ ultimū eſt macrefactio uel imoderata extenuatio.

Et primū quidē accidens ſiue cōtingat propter agitationē in humoribus puenientē inundationibus ⁊ fluctibus aquarū: ſiue proueniat ab accidēte animi quod eſt timor magnus oīno difficile eſt: ⁊ magni nocumenti indigens cita ⁊ conuenienti procuratione. ¶ Prouideat itaqꝫ primo huic accidenti anteꝙ eueniat accipiendo poſt cibū coriandri conditi cū bono zuccaro coclear: aut ⁊ melius accipiantˀ poſt cibū fruſta duo uel tria dyacitonitem ſine ſpeciebus. Ego vero multos gallicos qui viſitauerunt terrā ſanctā ſolui facere confici cōfectionē hanc. ℞. cōſerue citoniorū abſqꝫ ſpēbus lib. ſ. maſtice. ʒ. j. granoꝝ myrti ameos: coriandri preparati puluerizatoꝝ. aā. ʒ. ij. incorporentˀ ſimul cū mellis citonioꝝ: ⁊ fiat cōfectio ſolida: ⁊ eſt multuz efficax. Cuius uſus preſeruat ab euentu accidentiū predictoꝝ: imo curat cū iam euenerint. ¶ Cū vero accidentia predicta inualuerint ad ſubueniendū cito primo ligentur brachia ⁊ genua ſuper iuncturas per quattuor digitos ligaturis dolorē aliqualiter facientibus: ⁊ ſi contulerint bonū eſt: ⁊ ſi non contulerint tunc bonū eſt ꝙ ponatur uentoſa magna in medio ſtomachi abſqꝫ ſcarificatione. ¶ Sedo fiat ei ſuppoſitoriū ſi non fuerit fluxus cōplicatus cū melle aut cum candela de pinguedine inuoluta cū modico puluere collogn. aut ſupponatur radix blete: ſpica allei inuoluta cū modico puluere ſcamonee: ⁊ ſi non fuerint ſedata accidētia infundantur ſubito pedes in aquā frigidam. ¶ Poſt hoc ante inungatˀ ſtomachus hoc vnguento. ℞. olei de maſtice: olei de myrto. aā. ʒ. ſ. olei de citonijs. ʒ. j. ambre: muſci. aā. g. j. laudani puriſſimi gallie muſ. ligni aloes. aā. ʒ. j. reſine electe. ʒ. j. roſ. coriandri preparati ſpodij: ciperi: ſquinanti aā. ʒ. ſ. gari. menthe. aā. ʒ. ij. cere quantū ſufficit. fiat vnguētum bene glutinoſum ⁊ applicetˀ ſtomacho pluries in die. ¶ Et ſi fortius deſideratis fiat cerotum tale. ℞. reſine. ʒ. vj. picis naualis. ʒ. ſ. laudani: gallie muſcata. aā. ʒ. ij. colofonie. ʒ. j. ſ. acatie: hypoquiſtidos: thuris: ſandaracc. aā. ʒ. j. cere quantum ſufficit. fiat cerotum ſtomachale ⁊ eſt elegans medicina. ¶ Sexto iterū ſi non quieta fuerint accidentia accipiat. ʒ. j. ſyru. de berberis: aut de ribes: aut de granatis: aut oxizaccare: aut ſyrupi de mētha: aut mirre citonioꝝ: aut ſyru. de ſucco fructuum: cū aqua decoctionis coriādri preparati: aut granoꝝ myrti: aut maſtice: aut granorum ribes: aut cū berberis: ⁊ ſimilibus. Cuius aque portio ſit dupla aut tripla ad ſyrupos predictos de quibus omni mane ⁊ pluries in die accipere pōt. Et comedat cibaria facilis digeſtionis ut pullos carnes vituloꝝ caſtratoꝝ iuuenuꝫ hedoruꝫ colūborum oēs conditis cum aceto: ⁊ melius cū ſucco arāntioꝝ: aut agreſta uel vino granatoꝝ. ¶ Confectiones vero in caſu iſto cōuenientes ſunt coriandrū preparatū auellane aſſate: citonia ɔdita: pira ɔdita: mirabolani kebuli cōditi. Hec ſunt quibus ſtomacho prouideri poteſt.

Pro regimine vero ſcdi accidentis. ſ. fluxus uentris ɔferūt oīa predicta ſtomachalia. Itē cōfert hoc cliſtere. ℞. granoꝝ myrti: cupularū glādium: acatie: hypoquiſtidos: thuris: ciperi: ſandaracc: balauſtie aā. M. j. coquantur oīa in lib. viij. aque uſqꝫ ad ɔſumptionē medietatis: ⁊ exprimantur fortiter: ⁊ de hac colature. ℞. lib. j. mirre citonioꝝ. ſyr. de myrto. aā. ʒ. ſ. electuarij de thure. ʒ. j. olei citonioꝝ: olei de myrto. aā. ʒ. j. ſ. diſſoluantur oīa ſimul: ⁊ fiat cliſter. ¶ Pro iſto etiam ɔfert inungere uētrem inferiorem cū hoc vnguento. ℞. olei roſ. olei de myrto. aā. ʒ. j. trociſ. de ſpodio: de bolo ar. de balauſtijs. aā. ʒ. ij. cere. q. ſ. fiat vnguentum molle qđ bulliat in. ʒ. iij. ſucci plantaginis uſqꝫ ad ɔſumptionem ſucci. ¶ Pro iſta intētione ɔfert ſepe apponere uentri uētoſam magnā inter vmbilicū ⁊ pectinem ſine ſcarificatione. ¶ Suffumigiū bonū ad fluxū uentris. ℞. corticum granatoꝝ: balauſtiaꝝ: colofonie. aā. ʒ. j. thuris: ſtoracis: calamite: gallie muſ. acatie: granoꝝ myrti: coriandri preparati: hypoquiſtidos. ana. ʒ. ſ. boli ar. ſan. ora. ana. ʒ. j. ſ. fiat puluis ſubtilis ex quo proiecto ſuper carbones ignitos ſuffumigetur ſiteri ⁊ partes inferiores. Confert etiam ad hoc hic potus. ℞. electuarij de thure. ʒ. iij. mirre citonioruꝫ. ʒ. ſ. aque decoctionis coriandri preparati. ʒ. ij. ⁊ detur in potu in aurora tepidum.

Sedatur autem dolor capitis accipiendo de ſyru. ꝓdictis quietantibus agitationē materierū. Item cum diuerſionibus antepoſitis. ¶ Et iterum potꝰ bonus ad illud. ℞. ſyru. de papauere. ʒ. j. oxizaccare. ʒ. iij. aque decoc. coriandri preparati. ʒ. ij. detur in potu poſt cenā per duas horas. ¶ Linimētum bonum ad dolorē capitis. ℞. olei de nenufare: olei roſ. aā. ʒ. j. ſ. ſe. lactuce: papaueris albi: aā. ʒ. j. ſ. aniſi: feniculi. aā. ʒ. j. roſ. ſicc. memite. aā. ʒ. j. ſ. thuris acatie: hypoquiſtidos. aā. ʒ. j. cere quātū ſufficit. fiat vnguentū

molle:qḋ bulliat in.ʒ.ii.emulſionis papaueris:uſq; ad conſumptionem eius:⁊ eſt medicina conueniens.

Curatur ⁊ quartũ accidens.ſ.fri⁊ cũ ſyr.ſuṕius po ſito in ſedãdo fluxu ⁊ agitationẽ ſtomachi. ¶ Appropriatus potꝰ bonus ad illud eſt.℞.ſyr.de nenufare ʒ.ſ.ſy.acetoſitatis citri.ʒ.i.aque decoc.maluap̄:aut ſublimationis carñ uel aque ordei dupli:⁊ bibat de hoc ſepe in potu.¶ Melior aũt eſt hoc.℞.ſyru.de lymonibꝰ.ʒ.ii.aque fõtis cum eſt ualida ſitis tantũdem.Cõmunior aũt ⁊ melior eſt iulep violarum:aut roſaꝝ ſimul aut diuiſim accipiendo.ʒ.ii.cum equali pondere aque ordei.¶ Ad hanc intẽtionẽ ualet retinere in ore ſacculos puos rotundos.fiat ex p̄dictis mucillago:cui addantur pulueres iſti.℞.ſeminum lactuce papaueris al.ſucci ligri.ſe.ſcariole ⁊ acetoſe.aã.ʒ.ſ.cõficiant ſimul ⁊ impleant ex eis ſacculi q ſemp teneant in iulep ro.⁊ vnus eoꝝ in os teneat p̄mutando ipſum ſepe.

Curatur aũt aliud accidens.ſ.inſtãtia vigiliarũ p̄mo cum ſyru.iam p̄dicto de papauere.Itẽ cũ linimento ſuper fronte ſuprascripto.¶ Item cũ potu iſto accepto in ſero per duas horas poſt cibum.℞.ſyru.violarũ:ſyru.de nenufare:ſyru.de papauere.aã.ʒ.ſ.aque decoc.papaueris al.ʒ.iij.⁊ accipiatur ⁊c̃.¶ Confert ad illud ablutꝛe pedes in ſero cum hac decoc.℞.floꝝ nenufaris:violarum:lactuce:ſolatri:folioꝝ vitis ⁊ ſalicis:floꝝ camomill.aã.M.ſ.coquantur omnia in aqua ex qua mediocriter calida abluantur pedes uſq; ad coxas ⁊ manus ⁊ brachia per horã ante cenam.¶ Confert etiam ad hanc intentionem odorare ſepe poma mandragore ⁊ flores violarum:aqua nenufaris extremoꝝ vitis ⁊ folioꝝ ſalicis:⁊ ſilia frigida ⁊ humida.

Pro curatione ſexti accidentis.ſ.debilitatis v̓tutis cõferunt brodia pullorũ cõuenientis decoc.cũ aqua bugloſ.⁊ modico vini aro.dulcis ⁊ ſuauis ſepe bibita.Itẽ aqua ſublimationis caponũ uel gallinarũ.Item eluarij regis ex quo in mane ante cibũ aſſumat coclear vnũ ⁊ in die pluries.Itẽ optima eſt confectio de hyacinto deſcriptione Auic.5° can.ſumma p̄ma.Itẽ cõfectio dyamargariton deſcriptione Nicolai in Antidotario.Et hec duo cõferunt maxime quando debilitas cõuenit cum ſignis frigiditatis.¶ Quãdo vo debilitas cõplicat caliditati conferunt v̓ino cõditum de roſis:de floribus bugloſ.aut boraginis:aut de violis quã ſepe in potu accipiat cũ aqua ſublimationis pulleꝝ aut aqua bugloſ.aut aqua recenti ⁊ modico vini maluatici uel alterius dulcis aromatici ⁊ ſuauis.¶ Cõfert etiam ad intẽtionẽ iſtã ſepe odorare pomũ hoc.℞.violarum:roſ.floꝝ nenufaris:ſandal.al.boli ar.aã.ʒ.i.cãphore.ʒ.i.ſe.baſiliconis.ğ.keſmes gaꝝ.ſe.acetoſ.coriandri preparati.aã.ʒ.ſ.macis.ʒ.i.ſ.puluerizent oĩa cum aq̃ ro.muſcata:⁊.ʒ.ſ.lau.puriſſimi fiant poma que ſepe odorata potẽter viuificant v̓tutem vitalẽ ⁊ aialem ⁊ in euacuationibus ⁊ in accidẽtibus alijs.¶ Silr etiã ad hãc intẽtionẽ accipere pulueris deſcrip.predicte.ʒ.i.aque bugloſ.aque ro.aã.ʒ.i.ſ.muſci:ambre.aã.ğ.i.cãphore.ğ.iii.aceti:vini maluatici.aã.ʒ.i.piſtent oĩa in mortario ⁊ ex eo ſepe madefiat ſtomachus faciës ⁊ nares ⁊ uole manus ⁊ pulſus brachioꝝ cauille ⁊ plante pedum.⁊ eſt utile ualde ⁊c̃.

Penultimũ vo accidens qḋ eſt ablatio appetitꝰ ⁊ abominatio ciboꝝ oĩum ſi bene cõſideret facile remoueri põt cum his que ſedant cõturbationẽ ⁊ uomitũ ſuper his factis cũ ſuccis arancioꝝ:vino citonioꝝ:⁊ aqua ro.muſcata.vino maluaticoꝝ ⁊ modico aceti:bonus enim odor excitat appetitũ ſtomachi ⁊ p̄pue cum fuerit in nutritiuis.13° tertij colligendum.¶ Linimẽtũ bonũ ad illud eſt hoc.℞.mice panis aſſate ⁊ infuſe per q̃tuor horas in vino citonioꝝ ⁊ aceto.aã.ʒ.ii.poſtea terat in mortario ultima cõtritione:⁊ cũ iſtis.℞.reſine diſſolute cum vino maluatico.ʒ.i.ſtomach:granoꝝ myrti:amcos:coriãdri p̄paratĩ.aã.ʒ.i.ſ.macie:gariof.aã.ʒ.ſ.incorporent ſimul in mortario uſq; ad bonã glutinoſitatẽ ⁊ ſtõcho ſupponat.

Pro cura ultimi accĩtis.ſ.macrefactionis ⁊ reſolutiõis obſeruent oĩa que dicta ſunt in regimine ſexti accĩtis.ſ.debilitatis oĩum virtutũ.¶ Cõpoſita vo duo nunc elegãtia ſcribẽda ſunt.p̄mũ eſt hoc.℞.albumina ouoꝝ recẽtium numero.x.çuccari al.lib.i.aque bugloſ.ʒ.iii.cõquaſſent ſimul oĩa in caccola diligẽter:deinde ſup cineribus calidis abſq; flãma cũ ſpatula agitando coagulent ⁊ in fine ſupaſpergat modicum vini citonioꝝ.¶ Aliud compoſitũ ad hoc.℞.pulpe pulli pinguis ⁊ iuuenis bñ cocti lib.ſ.ſpẽrum eluarij regis.ʒ.i.ſ.trocil.de violis.ʒ.ſ.amili.ʒ.ſ.çuccari al.ʒ.i.granorum pinearum infuſoꝝ in aqua calida per tres horas.ʒ.iiii.incorporent ſimul ⁊ fiat electuariũ.De quo omni fere tempore accipere poteſt coclear vnum bibendo poſt illud vinum album dulce ⁊ ſuaue cõmixtũ equali quãtitate aque fontis electi ⁊c̃.

Conſilium.3. De preſeruatione corporum debilium in aere ſubtili.

Quoniã aer ciuitatis florentie multa ſui ſubtilitate facile penetrãdo in corpora altera ea ſi fuerit in diebus frigiditatis uel caloris occurrẽs corporibus facile alterabilibus:aut rõne raritatis coꝝ:aut rõne debilitatis totius corporis que diſponit corpora ad ualde facile alterari uel rõne debilitatis quarũdã determinatarum p̄tium corporis.Et qꝛ vir egregius dominus Baptiſta aliguam me ualde patens eſt ledi ſm totũ corpꝰ p̄pter debilitatẽ que eſt in eo:etiam p̄pter texture raritatẽ.Et tertio iterum p̄pterea qꝛ caput eius ⁊ pectus frequenter laborat lapſu frigido ex materia ſuperiori ad ipſum pectus catarriçãte.Etiam ſtomachus eius naturaliter eſt debilis.Ideo oportet eidem aliquod preſeruatiuum regimen ſm rationem preparari.

Videt itaq; mihi q̓ vir iſte utat quatuor infraſcriptis remedijs:quoꝝ uſus ſit a principio menſis marcij per totum menſem ſeptẽbris:deinde alijs quinque remedijs utatur a principio mẽſis octobris per totum menſem februarij.¶ Primum itaq; remediũ quo uti poteſt ſm primum ordinem iam dictum eſt hoc.℞.aloes infuſi in ſucco endiuie per quinque dies.ʒ.i.maſticis tburis corallorum amboꝝ cubebarum aã.ʒ.ſ.exiccetur aloes cũ ſucco illo in ſole uel ſub tegula.Deinde ſuperaddantur pulueres predicti cum.ʒ.i.reubarbari electi:⁊ fiant pillule ex oĩ ʒ.vi.de quibus in ſeptimana ter parum ante cenam accipere poteſt vnam.Et ſi caput eius notabiliter graue percipit accipiat aliam per duas horas poſt cenam:ut dictum eſt multotiens.¶ Secundum vo remedium eſt confectio iſta de qua ſepe accipiat ſaltem in ſeptimana quater parum ante cenam uel anteprandium rotulam vnam ponderis.ʒ.iij.¶ Cuius deſcriptio eſt hec.℞.ſpecierum electuarij de ligno aloes ſpecierum dyambre.aã.ʒ.ij.liquiritie aniſi violarum.ana.ʒ.i.çuccari albi libram.ſ.fiat confectio cum aqua menthe in rotulis iam dictis.¶ Tertium vo remedium principale eſt hic puluis de quo ſaltem in ſeptimana bis hora dormitiõis ſuperaſpergat commiſſure ſagittali capitis quantitatẽ granorum ordei quinque.℞.ligni aloes.ʒ.i.gariofiloꝝ.ʒ.ſ.ſandali:roſarum.ana.ʒ.ii.violarum.ʒ.i.fiat puluis ſubtilis.¶ Quartum vo inſtrumentum eſt iſtud compoſitũ de quo aliquando accipiat tribus uel quatuor diebꝰ continuis.Cuius deſcriptio eſt hec.℞.aque menthe aque abſinthij aque cicoree ana.ʒ.i.ſ.miſce.

Primum vo remediorum quibus uti debet a menſe octobris uſq; per totum menſem februarij ſunt pillule iſte de quibus accipere poteſt ſicut de predictis dictum eſt.℞.ſpecierum iere abſq; aloe.ʒ.i.aloes infuſi in ſucco uel in aqua maiorane per octo dies.ʒ.ii.ſ.ſa li[illegible] grana.vi.reubarbari electi.ʒ.i.ſ.reformentur pillule cum ſyrupo de ſticados ex omni.ʒ.vii.¶ Secundũ vo re

medium principale eſt ut deſcriptioni pulueris capitalis ſu pra poſiti addantur folia ameos amomi. ana. gra. v. ambre gra. ij. ⁊ fiat puluis cuius uſus ſit ut de predicto dicm eſt. ¶ Tertiũ vero ſpãle remediũ eſt electuariũ hoc. de quo ac cipiat oĩ tpe dicto ſaltẽ trib⁹ vicib⁹ in ſeptimana in aurora ⁊ tardetur poſt ipſum cibus horis qnqʒ aut ſaltẽ quatuor. ℞. ſpecierum ptriſarcoticon. ʒ. iij. ſpecierum dyatrionpipereon. ʒ. ij. capillorum ueneris liquiritie violarum lambruſce folio rum nenufaris. anã. ʒ. j. ſeminis endiuie acetoſe ſcariole anã. ʒ. ß. ſy. conſeruationis ʒinʒiberis lib. j. penidiarũ. ʒ. j. ß. fiat ele ctuarium. ¶ Quartum vero ſpeciale remedium eſt puluis iſte qui ligetur in ſyndone frequenter odoretur. ℞. ligni aloes ʒ. ij. galie muſcate. ʒ. j. ſtoracis calamite been albi ⁊ rubei ʒe doarie cubebarum. ana. ℈. ij. corallorum rubeorum ſandalo rum alborum coriandri preparati roſarum lambruſce. ana. ʒ. j. ß. ſeminis baſiliconis macis. ana. ʒ. iij. fiat puluis: uel ex eo cum electo laudano fiat pomum. ¶ Quintum vero ſpecia le remedium quo uti debet eſt ut ſepe in diebus hyemis fa ciat gargariſma ex hac mixtione bis uel ter in ſeptimana per unam horam ante cenam. Cuius deſcriptio eſt hec. ℞. aque ſublimationis maiorane. ʒ. iij. ſyru. de calamento. ʒ. j. oximel lis ſquillitici. ʒ. ß. miſce totum ⁊ calidum in ore gargariʒan do teneatur: ⁊ ſufficit quantitas iſta pro duobus aut tribus diebus. ¶ De regimine autem per cibos ⁊ potus obſeruan do per applicationem ſex rerũ non naturalium teneat ordinem quem alias ſermone meo declaraui ſibi ⁊ in ſcripturam rede gi. Ad laudem dei. Amen.

¶ Bartholomei Montagnane medici preclariſſimi.

¶ De egritudinibus cerebri Conſilia ſequuntur.

Conſilium. I.

De ſoda a cholera vitellina partim per eſſentiam in capite ptim p colli gantiam ſtomachi chiſtis fellis ⁊ epatis.

Vir humaniſſimus ⁊ exi mi⁹ legũ doctor dñs Antonius Bertoldus di lectiſſimus gener me⁹ moleſtaſ diſpõne que apud arabes ſoda: apud grecos ſẽce phalea dr̃. ⁊ eſt dolor capitis ⁊ caput totũ cõ prehẽdẽs ſatis inteſus tpe quo pıodicat. nã eſt affligẽs ſꝑm nõ ſemp: ſed quodã de terminato tpe ut inferius apparebit: quare periodicus. i. re uerſiuus dicitur talis dolor. ¶ Eſt aũt talis dolor ptim p eſſẽn tiã appropriatus capiti: parum vero per colligantiam a ſtoma cho dependens. ¶ Et primum quidem declaratur propter fixionem doloris, licet non multum intenſi a quo non euac uatur in magna parte ſue vite ⁊ occupationũ eius. ¶ Se cundum vero declaratur eo ꝙ iſte dolor reuoluitur de intenſo ad remiſſum ſm varietatẽ diſpoſitionis ſtomachi. Et mirabi le quidem dictu nouum genus accidentis eſt hoc. Nam cum vir iſte ieiunat ſicut ſepiſſime ſua deuotione conſueuit illa die parum aut nihil moleſtatur a dolore. ſed die ſequenti cũ cibatur ſiue parum aut multum uel mediocriter quoqʒ ci bo accepto quacũqʒ qualitate participet dolorem tante intẽ ſionis incurrit ꝙ ipſum vix tolerare poteſt. ¶ Et ad ſoluen dum hoc problema quare iſte dolor intendiſ die ſequente ie iuniũ ⁊ non eadem die opʒ parumper phyſice contemplari. ¶ Supponaſ igiſ p̃. qꝛ iſte vir a gñatione ſanguineus eſt. ¶ Supponẽdũ ſcdo. ꝙ maxime epar eius ſanguineum eſt. ¶ Premittendum 3°. ꝙ ſanguis huius viri notabilr̃ groſſus eſt: qḋ ex multis declarari põt. p̃ qꝛ compreſſis uenis eius tu meſcẽtibus ſanguis eius pigra curſibilitate mouetur in eis. ¶ Scdo pbaſ. qꝛ ꝑpter amplã humiditatẽʒ ſtomachi mul ta flegmata mucillaginoſa per viã indigeſtionis generantur. humiditas eni membri maior ꝙ̃ debet reddit ⁊c̃. ¶ Adhuc idem pbaſ tertio. quia ſanguis eius ingroſſatur a flegmate defluente a cerebro eius. ¶ Et quarto iterum. qꝛ ꝑpter nota bilem caliditatem epatis magna pars vnctuoſitatis ⁊ aerei tatis ⁊ calide partis ſanguinis reſoluitur. ergo reliquum re manet ſpiſſius. ¶ Et quinto iterum probatur. qꝛ propter ca liditatem renum ⁊ amplitudinem viarum urinalium ma gna pars aquoſitatis educitur per vias urine. ergo reliqua maſſa ſanguinis remanet ſpiſſa. ¶ Premittendum ergo ꝙ in epate huius viri uel in chiſti fellis eius cholera que repe ritur etiam notabiliter groſſa eſt: qḋ facile probari poteſt per ſex rõnes quibus probata eſt groſſitudo in ſanguine: ⁊ maxi me per tertiam rationem. ſ. per cõmixtionem groſſi flegma tis cum ipſa cholera. Ad talem enim commixtionem genera tur cholera nõ ⁊ famoſa vitellina dicta que ⁊ ſine dubio groſ ſior eſt ꝙ̃ rubea ⁊ citrina cholera. ¶ Premittendum ultimo ꝙ omne epar in quo vitellina cholera multiplicatur ualde paratũ eſt ad oppilationes ⁊ frequentes. ¶ Iſtis premiſſis ſoluatur problema primum dicendo ꝙ tempore ieiunij ſan guis ⁊ cholerica materia facile ingroſſatur. ſ. que eſt inuenta in epate magis ꝙ̃ quando homo non ieiunat: ſed ad talem ingroſſationem ſequitur oppilatio in concauo ⁊ gibbo epa tis. ergo prohibitio tranſitus conſuete quantitatis cholere p vias urine ⁊ per vias uentris. ergo cholera iſta retenta retro cedit ⁊ multiplicatur per canales chiſti fellis ad profundum ſtomachi. ⁊ per clauſionem gibboſe ptis epatis inferioris mã cholerica multiplicatur in uena chili aſcẽdente. ergo poterit ad caput cũ maiori quantitate ⁊ poteſtate ſua aſcendere. pro batur conſequentia hec. quia materia multiplicata in ſtoma cho ad ipſum delata facile poteſt euaporando dolores effi cere ⁊ intenſos in capite. ⁊ multiplicata per concauum chilis aſcendentis corporaliter poterit fluere ad caput per uenas a chili aſcendente ramificatas ⁊ caput interius ingredientes. Prime aũt rõnis maior ſuſtentatur ex ſuppoſitione quarta cum ſuis pbationibus. minor vero pbaſ ex ſuppoſitione qu ta. ergo ſequiſ ueritas conſequentie. ſ. ꝙ ꝑp talem oppilatio nem dolor capitis intenditur in hoc viro. ¶ Contra. qꝛ cõtra illa rñſione ſequiſ ꝙ in die ieiunij non minus debet dolere caput ꝙ̃ in die ſequenti. probatur conſequentia. qꝛ in die ieiu nij non minor põt accidẽ oppilatio ꝙ̃ in die ſequẽte ieiuniũ ſed ad talẽ oppilationẽ ſequebaſ euaporatio ⁊ delatio cho lere ad caput. ut conceſſum eſt. ergo ẽt in die ieiunij hic vir dʒ magnifice dolere caput. cõis aũt repugnat experientie. huic viro nunꝙ̃ manifeſte dolet caput in die ieiunij. ⁊ in die ſequẽ te ipm̃ fortiſſimo dolore moleſtaſ. ¶ Ad hoc motiuũ rñden dum eſt negando illã conſequentiã. ¶ Primo quidẽ ad cõſe tiam dicendum eſt ꝙ dato ꝙ in die ieiunij intendatur calidi tas in ſtomacho ⁊ in epate: ⁊ etiam multũ reſoluaſ de aqueo aereo ⁊ vnctuoſo ſanguinis ⁊ cholere. ⁊ adhuc dato ꝙ ſan guis ⁊ cholera ingroſſentur magis ꝙ̃ tempore cibationis. non ualet tamen conſequentia. caliditas reſolutiua eſt inten ſior. n. ãttracta inuenta eſt notabilis groſſitudinis ⁊ ꝙ̃ tita tis. ergo ab eis maior fiet oppilatio. ¶ Illa cõtia fallit: non enim fit oppilatio membroꝝ ꝑcipue a n. ãut multa ⁊ groſſa: ⁊ adhuc in vijs ſ cõſtãs: ſed oppilatio principaliter fit ꝑpter im potentiam virtutis materiam a vijs expurgare non poten tis. rurum enim fortior fit virtus tempore ieiunij ad prohiben dum oppilationes: qꝛ non eſt aggrauata ſimul a cibo ⁊ mate ria humorali. ſequitur ꝙ ipſa ꝓhibebit oppilationes. die aũt ſequente ieiunium iam a duplici cauſa grauatur virtus. vi delicet a materia in ſtomacho inuenta attracta ⁊ ingroſſata ⁊ a cibo qui de nouo acceptus eſt. ergo ipſa virtus tunc mi norem hẽbit ꝓportionem ad reſiſtendum fiendis ⁊ inceptis oppilationibus ꝙ̃ quando non erat aggrauata cibo ut in tẽ pore ieiunij. ¶ Et ex fundamento cõſiderantis apparet pul chre ſolutio ad problema ſecundum. ſ. quare hic vir magis dolet caput in die ſequente ieiunium ꝙ̃ in eadem. ¶ Appa ret ſecundo principaliter ꝙ ſequela illa nihil poterit conclu dere. nam talis ſequela non probat hunc dolorem capitis ſuperuenire niſi in virtute cõñe: ſed deſtructa conſequentia de ſtruitur ⁊ ſequela: qm̃ ad deſtructionem cõñis ſequitur de ſtructio antecedẽtis: ut in ſermonibus logicis apparere põt. ¶ Et ex hoc fundamẽto iterũ ſequiſ tertio ꝙ hic vir nunꝙ̃

ſeret a leui dolore euacuaſ. pbatur concl'o. q2 tota habitudo eius ⁊ epar notabilr ſunt calida. ex prima ⁊ ſc'da ſuppōnib⁹ ⁊ in eo inuenit̃ cholera multa euaporatiua ex ſuppōne quarta. ⁊ in eo inuenit̃ p̄ſentia oppilationum aliquarū in cōcauo aut in gibbo epatis ex ſuppōne qnta. ergo ſequit̃ q cholera poteſt euaporando ad caput illum dolorem efficere.

ℭ Et ex dato fundamento iterum ſequit̃ quarto q dolor in aliis tpibus diuerſis a die ſequente ieiuniū eſt paruus ⁊ leuis. pbat̃ correlarium. q2 dato q in his tpibus adhuc multa cholera feraſ ⁊ euaporet ad caput: tn̄ nō pōt in eo grandem efficere dolorem. ppterea q2 ꝟtus non grauata cibo fortior eſt ad reſiſtendū impreſſioni mīārū ⁊ rectificationi earum. fortis enim virtus omnia contēnit ⁊ ſuſtinet. imbecillis ⁊ debilis ab oibus contriſtatur. vndecimo terapentice. etiā fortī virtuti nihil reſiſtere poteſt in expellendis nociuis. 7⁰ afforiſmoꝝ. commento. 55⁰. ℭ Adhuc ex p̄fato fundamento ſeqtur qntum correlariū. q talis egritudo in viro eſt prim p eēntiā diſpō capitis. prim p colligātiā ſtōchi chiſtis fellis ⁊ epatis. ℭ Et ſequit̃ penultimo inuentio cauſe materialis huius egritudinis. eſt enim ipſa cholera vitellina ut patuit ſupra tertia ⁊ quarta ſuppoſitionibus. ℭ Et ſequit̃ ultimo q hec diſpō in hoc viro non leuiter eſt uerenda. eſt enim egritudo duoꝝ mēbroꝝ p̄ncipaliū. ſ. cerebri ⁊ epatis ⁊ duoꝝ notabiliū mēbroꝝ: quorū vnum ſeruit toti ſeruitute p̄paratoria ⁊ latoria ut ſtōchus: qui. ſ. tranſmutat cibū in chilū: ⁊ defert ipm ad epar per meſeraicas uenas. Et eſt diſpō alterius membri ſeruientis epati ⁊ toti ꝟtute latoria ing̃rum trahit cholerā ab epate purificando ſanguinē ab ea. ⁊ defert ptē eius ad inteſtina in vigorando ſolutionem ⁊ ad fundum ſtōchi vigorando digeſtiuam. ℭ Ex quibus tandem ultimate concludit̃ q opꝫ hunc virum ſolertē eſſe ⁊ aſſiduū in ſui curatione ⁊ felicitabitur opus eius. Igitur regimen huius viri in duo capitula partiendum eſt.

ℭ Capitulum de regimine per dietam.

Et primū quidē capl'm ſex ꝯtinebit ꝑticulas ſm numerū ſex reꝝ nō naliū que ꝯuenienter adminiſtrari oportet. Et p̄⁰ ꝑticula erit de regimie p cōuenientē applicationē aeris: ⁊ ſic de alijs. ℭ Quātū aūt ad p̄mā ꝑticulā p̄mittendum eſt q oportet eligi aerē ciuitatis loci uel camere inclinatū ad ifridationē ⁊ humectationē gratia ꝯſeruādi nālem diſpōnem que calida eſt notabiliter: ut ſupra pbatū eſt. ēt q2 remiſſa caliditas remittit intenſam caliditatem. igitur ⁊c̃. ℭ Regimen ſex reruꝫ non naturalium queratur in illo conſilio quod incipit. Ne mens mea.

ℭ Capitulum de regimine per medicinalia.

Pro regimie vo cephalee hui⁹ viri. 14. mihi occurrūt inſtra obſeruari debere neceſſaria. ℭ Et p̄ᵐ qdē eſt ut ſi ꝯtingeret pp uarietatē occupationū ſeculariū hūc virū eē remotū a p̄ntia medicoruꝫ ſaltē p duos annos ſtatī in fine mēſis februarij: aut in p̄n⁰ marcij faciat ſibi fieri purgationē ulem p hunc modū. ℭ Primo qdē diſtāter a p̄aſſumpta cena p nouē horas in aurora accipiat iſtas pillulas. ℞. pillularū aurearum ⁊ cochiarū aā. ʒ. ij. reformenſ pillule cū ſucco roſ. ⁊ dormiat poſt eas ⁊c̃. ℭ Die vo imediate ſequenti per horam vnā ⁊ mediam poſt ortum ſolis flebotometur ſibi baſilica ſub'cubito dextri brachij inuenta per quā educant̃ ſanguinis. ℥. v. ℭ Tertia vo die imediate ſequente hora pillularum precedentium accipiat hunc potum. ℞. aquarum cicoree. ſcariole. ⁊ eupatorij. ana. ℥. j. miſce ⁊ calide accipiantur continuando eas p ſex uel ſeptē dies uſqꝫ quo in fundo urinalis appareat hypoſtaſis alba coniuncta equalis dyafana. ⁊ figure piramidalis. Aliter non dimittatur potus niſi apparente aqua cum maiori pte conditionum p̄dictarum. ℭ Cum ergo ita fuerit tunc iterū purget̃ cū iſtis pillulis. ℞. pillarum cochiarum. ʒ. j. pillularum aurearum. ʒ. j. formentur pillule. vij. cū ſucco roſarum ⁊ accipiantur ut predicte obſeruatis ⁊c̃.

Et primum qdē eſt: ut oī ſeptimana bis aut ſaltē ſemel aī cenā p cōpletā horā abluat ſibi extrema inferiora ab inguinib⁹ uſqꝫ ad pedes cū hac decoctiōe cal̄a a ſupiorib⁹ ad inferiora trahendo cū fricatione conuenienti. ℞. folioꝝ lauri: calamēti mētaſtri: hedē ⁊ eupatorij. aā. M. j. roſ. M. uij. ⁊ incidanꝛ ⁊ coquanꝛ cū q̄tuor ſitulis aque uſqꝫ ad ↄſumptionē medietatis de qua fiat ut dictū eſt. ℂ Scōm pncipale remediū eſt: q̄ dieb⁹ intermedijs inter ablutionē pmā ⁊ ſecūdā aſſueſcat ſibi fieri fricationē pdictus extremis a ſuperioribus ad inferiora trahendo ut dictuꝫ eſt. ⁊ ſi non habet tempus occupādū in fricationibus que in dā gerent tpe hore ſaltē medie. tunc loco earū faciat ſibi fieri ligaturas ſuper clauicula pedū per duos digitos hñ conſtringendo cum chordina uel ſtringa. Altera aūt vice faciat eas fieri ſup genu per duos digitos. ⁊ melius eēt ut aliqñ applicaret duas uētoſas in carnoſa pte tybiarū domeſtica uel ſilueſtra: quas ibi teneret ſaltē p mediā horā abſqꝫ aliqua ſcarificatione. Et altera vice applicaret illas uentoſas in domeſtica pte coxarū in loco ligature. Et tertia vice iterum applicaret eas in inferiori pte natiū. ⁊ ita reuoluendo procederet applicando uentoſas de tybijs ad coxas ⁊ de eis ad nates reuoluēdo pcedere. ⁊ hec qdē inſtrā meliora forēt q̄ ablutiones ⁊ ligature predicte. Et ſi pdictas uētoſas ſemel aut bis in anno in uere ⁊ in autūno applicaret poſt purgationē in illo tpe factā cum ſcarificatione omnino eſſet ei ſue curatiōis inſtrumentum eligibilius. ℂ Tertium principale remedium eſt: ut iſte vir in ſeptimana ſemel aut bis maſticet electi agarici q̄ titatem vnius grani fabe expuendo totum qḋ attraheretur a capite ⁊ nihil deglutiendo de illo. Et ſi terreretur ex amaritudine agarici tunc loco illius maſticet radicem vnam calami aromatici: aut duo uel. iij. grana carpobalſami: uel totidē grana cubeberum ſaltem per quartam partem hore. ℂ Quartum inſtrumentum pncipale eſt hoc. ℞. ligni aloes. ℥. i. ſ. florum hedere: ſticados: ſpice nardi. aā. ℥. j. macis maioranc. aā. ℥. ij. aſſari: origani. ana. ℈. ij. lambruſce. ℥. j. ſ. pulueriçētur oīa per ſe. deinde commiſceantur: ⁊ ligentur in ſyndone retorta de grana ⁊ ſepe odoreꝛ. ℂ Quintum principale remedium eſt: ut cum iſte vir querit ablutionem capitis tunc faciat ipſam cum aqua cineris in qua prius decoquantur aſſari penis porcini: ligni aloes: ⁊ extremitatum hedere ana. M. j. maioranc. M. ij. ⁊ faciat ablutionem cum ſapone: in cuius. ℥. j. incorporentur. ℥. ſ. pulueris ireos. ℂ Sextum principale remedium eſt hoc. ℞. gariofilorum: ligni aloes. ana. ℥. j. roſarū lambruſce: ſandalorum alborum ana. ℥. ſ. pulueriçentur oīa per ſe: deinde commiſceantur. ⁊ de hoc puluere in tempore ueris ⁊ autumni poſt deſcriptas purgationes utatur ſuperaſpergendo parti anteriori capitis a ſummitate eius uſqꝫ ad frontem excluſiue per medietatem capitis per quatuor digitos: ita ut amplectatur locuꝫ commiſſure ſagittalis ⁊ coronalis continuando hunc modum pulueriçandi ſaltem per vnū menſem: ita tñ q̄ ſemp pectinādo deponat primum puluerē qñ vult apponere 2ᵐ. ⁊ forte q̄ hoc inſtrm melius eſſet ei q̄ ablutio capitis. licet etiam ipſa non ſit reprobāda. ℂ Septimum principale remedium eſt hoc. ℞. lene hal. ℥. ij. ſalis indi. ℥. j. ſ. fiat electuarium de quo. ℥. j. ſ. ponatur in lib. j. decoctionis maluaruꝫ: bete: mercurialis: ⁊ violarum in diebus

caloris:quibus addat̃ aſſerimaiorane:ſticados.aã.ʒ.ſ.in diebus frigoris:⁊ hec tota materia mixta poſt purgationes ueris ⁊ autũni:accipiat cliſteris quatuor in q̃tuor ſeptimanis applicanda. ℂ Ultimũ võ inſtrũm eſt:ut ſi per hec pticularia remedia nõ inueniat manifeſtũ iuuamẽtũ in eradicatione ſue cephalee:tũc oĩ tpe anni uti põt pillulis ſupraſcriptis accipiẽdo de eis vnã uel duas poſt cenã per duas horas. Et ſi quereret hẽre remedium particulari⁹ appropriatum.tunc utat̃ iſtis pillulis. ℞.pillulaꝝ aſſaiaret deſcriptione Auic. prima tertij.cap̃ de canonibus curationis capitis.ʒ.j.ſ.pillarũ de ſarcocolla deſcriptione Auic.5° canonis ſumma prima tractatu de pillulis.ʒ.j.incorporent̃ ſil.⁊ fiant pillule de ol.ʒ.vj. de quibus iſte cõmendabilis vir accipere poteſt vnaꝫ bis in ſeptimana per duas horas poſt cenam.eradicabunt enĩ mãꝫ iſtius cephalee que mixta eſt ex cholera ⁊ flegmate reprimendo ⁊ prohibendo eleuationem vapoꝝ ad cerebrum:qð ſibi ſua miſericordia concedere dignetur altiſſimus per infinita ſecula benedictus ad laudem dei Amen.

Conſilium. 5.

De ſoda a mã cholerica citrina proueniente partim p colligãtiã ab epate:⁊ partim per eſſentiam nocumenti ipſius cerebri.

HIc nobilis adoleſcẽs ueronẽſis egrotat ſoda.i. dolore capitis magno: qui apud grecos cephalea noiat̃ ⁊ eſt dolor medietatis anterioris capitis ptingens uſqꝫ ad frõtẽ. ℂ Prouenit aũt dolor iſte ptiꝫ p colligãtiã ab epate ad caput.ptim p eẽntiale nocumẽtũ cerebri in quo inualuit mala cõplo calida cũ dñio cholere citrine facte ex mixtione flegmatis aquei cũ chola rubea:que mã ſiue in cerebro eius generet̃ p viã mixtiõis cholere delegate ab epate ad caput:⁊ flegmatis aquei in uentis pãniculoꝝ cerebri abũdãtis.Siue hec mã pmo in epate generet̃ ex cõmixtione duaꝝ mãeriꝝ pdictaꝝ adinuicem.nõ tollit̃ ex hoc tñ qn egritudo fit p colligãtiã ⁊ p eẽntiã denoianda.qð ẽt appet demonſtrari poſſe:qm qñ eſt diſcraſia epatis pp cibos uel alias cauſas notabiliter intendit̃ dolor in capite:⁊ econuerſo.dum bene diſponit̃ epar manifeſte remittetur dolor capitis.pp qð apparet q cura huius diſpõnis dependet ex rectificatione epatis ⁊ mundificatione cerebri ⁊ cõfortatione coꝝ amborũ ſil. ℂ Signa aũt ulteriora hãc diſpõnem notificantia non eſt neceſſariũ hic adducere:qm res eſt per ſe nota.ſi diligenter perquirantur ſigna a tactu capitis ⁊ epatis accepta:⁊ a pulſu magno ueloci:⁊ frequenti:ẽt in tpibus percepto. Et adhuc a vigilia:ſiti:amaritudine oris ⁊ ſputo aliquando ad ſalſedinem lꝫ leuem:aliquãdo ad amaritudinem tendente:⁊ ſic de alijs:propter quod regendus eſt iſte vir regimine conuenienti: ut in ſequentibus nunc apparebit.

Euitet ergo

ſtationem in locis calidis ⁊ uehementer ſiccis:ſed aer eius declinet ad leuẽ caliditatem ⁊ mãdetus exiſtat ⁊ elongatus a curſibus aquaꝝ ⁊ conuallium:⁊ a locis reumaticis terraneis ⁊ antiquorum edificiorum:⁊ caput eius in nocte ſaltem leui cooptura tegatur. Et caueat a ſtatione aquilonaris uenti.ppterea qꝛ reducit poros ⁊ mãs in cerebro confirmat. ℂ Fugiat ẽt hic vir cibaria rebus acutis condita.uelut raphanum:cepe:alleum: ⁊ conſilia.⁊ dimittat oĩa que humores corporis excitãt ⁊ inflãmant.uelut crocus:piper:⁊ reliqua aromatica calida. Et caueat ab uſu rerum ſua multa euaporatione replentium cerebrum:uelut ſunt legumina:lac:brodia pinguia: ⁊ fructuum: multitudo.⁊ dimittat etiaꝫ viſcoſa ⁊ oppilantia epar ⁊ uenas propter que intenditur caliditas in membris propter phibitã euentationem. Salſa ẽt cibaria multũ non ſunt ei ꝯuenĩẽtia. In reliqs hẽat licentiã ſuo mõ. ℂ Dimittat etiam quantum põt exercitia ⁊ fortes motus tam aĩales q̃ corporales ⁊ pcipue ſuper cibo.imo ꝯuenientius eſt ei quieſcere ſaltẽ uſque quo erit ſanitati reſtitutus:qð cito erit ei. ℂ In mõ autẽ ſue cibationis moroſe comedat:⁊ nõ impetuoſe deglutiat cibos ⁊ potus abſqꝫ congrua maſticatione. Et qꝛ cholericus eſt nõ confert ei abſtinentia longa ne inflãmetur epar:ſed conuenientius eſt ei ter comedere in die inter cenam ⁊ prandium aliqd accipiendo circa horã.20ᵃᵐ q̃ abſtinere ſuperflue:aut q̃ bis ſtomachum multo cibo replere ⁊ potu. ℂ In dormiendo tẽpus expendat condecens:ne propter multas vigilias virtus debilitetur ⁊ cerebrum eius ad exiccationeꝫ perducatur que ſit cauſa attractionis materierum ab interioribus membris ad ſeipſum.propter quod temporibus condecentibus laudo ſibi dormitionem.per octo horas in naturali die fiendaꝫ magis q̃ pauciori tempore laboret dormire. ℂ De paſſionibus võ anime:qm iſte vir complexione cholericus eſt: ⁊ hẽt mãos humorales facile acetoſabiles. Ideo euitet aĩe accitia quib⁹ uelox ⁊ uehemens motus ponitur in ſpiritibus ⁊ humorib⁹. ut ſunt ira:furor:iracundia:uelocitas ⁊ fortitudo conturbati ſermonis. Et in ſumma oĩum hoꝝ accitium euitet intemperiem:pp que cor ⁊ pectus uehementer inflãment̃ ⁊ perducant̃ ad anhelitum magnum uelocem ⁊ frequentem. pp qð correlarie concluditur. Iſte vir parcus exiſtat in aſſumptione potus vini ſaltem fumoſi ⁊ ualde potentis. ⁊ adhuc temperiem in multitudine ponat ⁊ frequentia coeundi. hec eniꝫ forteſſe perducerent ipſum ad antiquam ſodaꝫ uel cephaleã incurabilem.⁊ maloꝝ accidentium productiuam.

Regimen

itaqꝫ medicinale huius cephalee completur per octo remedia congruis temporibus adminiſtranda:ut nunc ſcribitur. ℂ Primum itaqꝫ horum eſt q iſte vir adueniente medietate ſeptembris purget̃ per hunc modum. ℞.ſyrupi roſati.ʒ.j.ſyrupi compoſiti acetoſi.ʒ.ſ.aque acetoſe:aque cicoree ⁊ abſinthij.ana.ʒ.j.miſce. ℂ Item recipe pillularum cochiarum ⁊ de reuberbaro.ana. ʒ.ſ.boni ponderis cum eluario roſ.forment̃ pillule.vij.⁊ accipiantur vno mane in aurora dormiendo poſt eas per horam vnam:⁊ poſt quinqꝫ horas ab aſſumptione earuꝫ bibat cyathum vnum aque ordei ſuccarate calide:poſtea prãdeat per horam vnam poſt iſtam aquam. ℂ Poſt illud minoratiuum accipiat digeſtiuum ſupraſcriptum eadem hora calidum ſeptem diebus continuis:⁊ poſt ipſum tardet cibuꝫ horis quatuor. ℂ Aſſumpto ergo digeſtiuo octaua ſequenti die purget̃ per hunc modum. ℞.caſſie nuper pparate cuꝫ aqua endiuie.ʒ.vij.reuber.electi.ʒ.j.ſpice nardi.g̃.v.ſalis gẽme.g̃.v. aque lactis.ʒ.iiij.miſce ⁊ parum calidum accipiat̃ obſeruando poſt ipſum conditiones que ſcripte ſunt poſt pillulas precedentes. ℂ Secundum võ principale remedium eſt.q adueniente uere circa finem februarij.i.principium martij purgetur per hunc modum. ℞.electuarij roſarum.ʒ.j.electuarij indi.ʒ.iij.utrũqꝫ eiuſdem ponderis miſce.⁊ bibatur cum tertia parte cyathi vini albi aromatici ⁊ calefacti.⁊ poſt hoc obſeruentur conditiones que ſuperius dicte ſunt obſeruari debere poſt pillulas. ℂ Die võ ſequenti accipiat hoc digeſtiuum hora ⁊ modo dicto de digeſtiuo autumni. ℞.mellis roſati.ſyrupi compoſiti acetoſ.ſyrupi de abſinthio. ana.ʒ.ſ.aque bethonice.ʒ.j.ſ.aque cicoree.ʒ.ij.miſce. ℂ Poſt iſtud võ digeſtiuum mane immediate ſequenti purgetur cum iſtis pillulis. ℞.pillularum de hiera maiori.℈.ij.pillularum cochiaruꝫ ℈.j.fiant pillule.vij.cum ſyrupo compoſito aceto.⁊ accipiantur obſeruando conditiões in alijs pillulis narratas. ℂ Tertium võ principale remedium eſt hoc. ℞.aloes epatici electi ʒ.iiij.reuberbo.electi.⁊ agarici.aã.ʒ.j.dyagridij.℈.ſ.maſticis roſarum.ſe.acetoſe:endiuie:⁊ cicoree:ſinǵ.ſpice.aã.℈.ſ.ſalis indi.℈.j.pulueriçentur omnia per ſe.deinde commiſceantur ⁊ infundantur in.ʒ.iij.ſucci endiuie.⁊.ʒ.j.ſucci maiorane: ⁊ commiſceantur ⁊ ponantur ſub radijs ſolis: uſquequo exiccentur.deinde iterum ſuperaddantur ſucci ⁊ permittantur exiccari:ut dictum eſt tribus vicibus renouando.de hac igitur materia fiant pillule de omni.ʒ.vj.uel.vij.de quibus tempore quo aſſumit digeſtiua:⁊ alijs temporibus omnibus in ſeptimana bis uel ter accipere poteſt vnã parum ante cenam

⁊ ſecundam per duas horas poſt cenam continuando eas ſꝫ
ꝙ viderit neceſſitatem maiorẽ uel minorem ci capitis aliculꝰ
tioẽ: aut grauitate eius ⁊ non dubito ꝙ he pillule ſunt poten
tes ad eradicandum dolorem ſuum ⁊ preſeruandum ipſum
ab incurſu in ipſum. ⁊ ſunt ſolẽnes ad mundificandum ſto
machum epar ⁊ caput eius mũdificatiõe tẽperata. ¶ Quar
tũ pñcipale inſtrũ eſt hoc. ℞. trociſcoꝝ de violis: ⁊ de ſpodio
añ. ʒ. j. trociſcoꝝ dyarodon. ʒ. ij. çuccari albi lib. ſ. cum aqua
cicoree fiat confectio in rotulis magnis de qua per totũ mẽ-
ſem Julij accipiat. ʒ. ſ. ante prandium ⁊ tantandẽ ante ce-
nam immediate. Et ſi non timeret expenſam laudarẽ ꝙ ute-
ret ea per totum menſem ſeptembris ſaltem quater uel ter in
ſeptimana accipiendo de ea quantitatem predictã horis iaꝫ
ſcriptis. ¶ Quintum principale remedium eſt hoc. ℞. ſpo-
dij: coralloꝝ ru. ſãdaloꝝ: coriandri preparati. añ. ʒ. ſ. macis.
ʒ. j. ſ. roſaꝝ. ʒ. ij. gariofi. ʒ. j. ⁊ puluerizẽtur oĩa p ſe. deinde cõ
miſceantur: ⁊ de hoc puluere ſaltẽ bis in ſeptimana. quando
uadit ad lectum pulueriçet priora capitis eius immediate p
latitudinem quatuor digitorum a ſuperiori parte frontis uſqꝫ
ad ſũmitatẽ capitis. ¶ Sextum principale remediũ eſt hoc
℞. ſucci morſus galline habẽtis flores rubeos. ʒ. j. ſucci radi
cis blete. ʒ. ſ. aque mellis. ʒ. ij. miſceantur ⁊ caleſiant: ⁊ imple
to ore aqua frigida leui tractu trahiciat p utrãqꝫ narẽ dex
tram ⁊ ſiniſtram ualde ſuauiter ſemel in ſeptimana ante prã
dium per duas horas per totum mẽſem ſeptembris. ¶ Se
ptimum principale remedium eſt hoc. ꝙ poſtꝙ iſte vir fuerit
purgatus uere ⁊ autumno ut predictum eſt. ſi remaneret gra-
uitas in capite frõte ⁊ circa oculos: tũc in naribus eius ante
prãdium per duas horas bis in ſeptimana inter dies caput
purgij ſupraſcripti inſuffletur in nares eius cum vna penna
de hoc puluere ad quantitatẽ vnius grani frumenti: puoca-
bit enim ſternutationẽ dilatando ⁊ mundificando meatus
cerebri. ℞. pulpe nigelle. ʒ. j. florum roriſmarini. ʒ. j. pulueris
ellebori al. ʒ. ſ. ſubtiliter puluerizentur ⁊ commiſceantur.
¶ Octauũ ⁊ ultimum vero principale remedium eſt hoc. ℞.
conſerue roſarum. ʒ. ij. conſerue boraginis: ⁊ violarum. añ.
ʒ. j. ſ. acetoſe: cicoree: endiuie: ⁊ ſcariole. añ. ʒ. j. violarum flo-
rum nenufaris. añ. ʒ. j. ſ. coriandri preparati. ʒ. iij. vini gra-
natorum. ʒ. j. ſ. çuccari al. ʒ. iij. fiat electuarium. Cuius uſus
eſt coclear. j. uel medium diebus ⁊ horis quibus hic vir ſitit
amaricatum habet os ⁊ ſentit caliditatem hypocũdriorum ⁊
ſtomachi ⁊ pulſationem ⁊ ſaltum in temporibꝰ de eo poteſt
ſumere ter uel quater in die ad libitum ſuũ bibẽdo poſt ipſum
cyathũ aque ordei bene çuccarate ſi deſiderat bibere. Et his
remedijs ita diligenter obſeruatis: non dubito quin ſanitatem
proſpere obtinebit ⁊ cõfirmabit in eo: quã ſibi miſericorditer
cõcedat altiſſimus per infinita bñdictꝰ ad laudes eiꝰ ppetuas

Conſilium. 6.

¶ De duplici mala diſpoſitione vi
delicet. ¶ De mala complexiõe fri
gida cerebri a cauſa primitiua inducta cum preſentia mate-
rie flegmatice ſubtilis: caliditate etiam participantis. ¶ De
mala cõplexione ſtomachi calida ⁊ ſicca a mã calida ⁊ acuta.

Conſideranti diligenter apparere
poteſt egritudines
quibus moleſtatur ꝗ Joannes de mediolano
teruiſinus multum uerende ⁊ moleſte ſunt: ſi-
ue ipſas plures egritudines complicatas inui
cem conceſſerim: ſiue vnicam dictam eiũ eſſe
egritudinem que aſſociat ſibi aliam ab ea dependentẽ: nihil
enim defectus in theoria medicine neqꝫ in opere apparebit
quecunqꝫ iſtarum duarum viarum teneatur. quelibet enim
diſpoſitionum de quibus paulo poſt dicetur propter uehe-
mentiam leſionis earum per ſe aduocat curationem: ita ut re
mota vna: non tamen apta eſt remoueri altera cum nõ ſim-
pliciter dependeat ab ea.

Eſt autem prima huius viri diſpoſitio mala com
plexio ſixa in cerebro eiꝰ que fuit a pri-
mitiua cauſa producta. ſ. uehemẽti triſtitia animi que conſecu

ta eſt mortẽ filie eius: ſiue igit̃ ppter uehementẽ reſolũonem
ſpirituum ſubſtantie cerebri ⁊ materierũ laudabilium in eo
que fuerunt cõſecuta dicent ppter uehemẽtẽ euacuationẽ
in effuſione lachrymarũ cõtingẽtẽ: aut ppter immoderatiſſi
mum motũ in ſpiritibus ⁊ humoribus cerebri acquiſita fuit
in capite eius iſtãmatio in materiebus: ⁊ acuites in eis: que
virtutem expulſiuam cerebri irritauerunt ad mãm expellen-
dam. Unũ ex hoc fundamento deduci põt cerebrũ eius egro-
tare mala cõplexione frigida ⁊ priuatiua denominanda ta-
lis eo qꝛ conſecuta eſt reſolutionẽ euacuatiuã ſpirituum ⁊ ma
terierum laudabilium ut iam deductum eſt. Et qꝛ in humori-
bus ⁊ ſpiritibꝰ tã in ſubſtantia cerebri ꝙ paniculis in uenis ⁊
arterijs eius inuentis remanſit motus inflãmatiuus non eſt
mirabile: ſi iterum inuenitur alia ſpecies male complexiõis
calide denominanda: ad quod videtur iuuare innata cere-
bri complexio: quam a generatione credo fuiſſe calidam: ut
in altera egritudine in ipſo per me curata iam uerum inue
ni. ¶ Ad primam autem egritudinem inueniendam in plu
ra motiua perſuadere videntur. ¶ Primum quidem eſt ſum
ptum a primitiua cauſa que fuit paſſio in anima ualde for-
tis que perduxit virum hunc ad paucificationem innati ca
loris. ¶ Secundum motiuum eſt uehemens perſeuerantia
in vigilijs que etiam finaliter infrigidant. ¶ Tertium vero eſt
grauitas capitis ipſius. ¶ Quartum eſt ſubſtantia materiei
que deſcendit: quam omnino oportet eſſe ſubtilem: argumẽ
to ſumpto a uelocitate deſcenſus eius. ¶ Quintum eſt quia
caput ⁊ adiacentes partes tangenti non repreſentatur cum
caliditate: imo cum percepta frigiditate: ⁊ ſic de alijs. ¶ At
vero materias iſtas flegmaticas ⁊ fluxibiles caliditate partici-
pare plura argumenta concludunt. ¶ Et primum quidem eſt
ꝙ iſte vir conſueuit ciuilibus occupationibus agere capite
diſcooperto ſemper reuerentia conſuete honeſtatis. Ex caſu
autem filie ſue oportuit ipſum capite cooperto exercitari ⁊
maxime cum magna caputeorum uanagloria ſicut hodie mo
ris eſt. ¶ Secundo vero deducitur hoc ex uelocitate materie-
rum ⁊ reſolutionis earum. Cum enĩ deſcendunt mãe per ue
nas poſt aures laterales colli ⁊ arterias eius per muſculos
choidas ⁊ neruos a cerebro prodientes cito imprimunt ſen-
ſationem triſtem quod arguit potentiam materierum in pe-
netrando ⁊ imprimendo. Quomodo enim materia frigida
⁊ groſſa poſſet tam cito dolorem ingentem efficere. ¶ Ter-
tium motiuum eſt uelox remotio doloris ⁊ abſentia poſtꝙ
euenit. neqꝫ enim materia frigida uel groſſa quantumcunqꝫ
multa tam cito deſcendere poſſet neqꝫ poſt eius deſcenſum
tam cito abſolueretur a mẽbro ⁊ ceſſaret dolor. ¶ At vero ite-
rũ nõ leuiter deducunt acuitatem materie duo motiua penul
tima. ſ. ꝙ tam materia que deſcendit excoriauit linguam eius
⁊ fecit ſciſſuram labiorum magnam: exiccauit guttur ⁊ par-
tes oris que omnia a materierum acuitate ⁊ caliditate pro-
uenire concedẽdum eſt apud eos qui aliquid ueritatis guſta
uerũt ex philoſophia ⁊ medicina. ¶ Apparebit autem ite-
rum horum ueritas ex inſtrumentis curationis. que ſcribam
inferius a quibus non dubito ipſum ſanari ſine magna an
xietate: ⁊ hec de diſpoſitione prima dicta ſufficiant.

Secunda vero huius viri diſpoſitio eſt circa ſtoma-
chum conuerſa. iuxta opinionem patien
tis eſt frigiditas immoderata ſtomachi. quod minime credẽ
dum eſtimo ſtomachus eius egrotat mala complexione ca
lida ⁊ ſicca poſitiue prouenienti a materia calida ⁊ acuta: qđ
oſtendunt motiua ꝙ plurima. ¶ Primum: quia ꝙ diſtem-
perantie egritudinales inuentur a contrarijs alijs paribus
tamen non ſemper eſt uerum propter accidentia conſequen
tia egritudinis. Scribitur enim ꝙ cum iſte vir deguſtat ali-
quid actu frigidum ſiue aqua ſit: ſiue vinum uehementiſ-
ſime leditur: ⁊ videtur ei propter hoc concludere lapſum
frigidum oris ſtomachi: ſed in ueritate in ſtomacho inueni-
tur lapſus calidus iam dictus: qui intenditur ex aſſum-
ptione rerum frigidarum ſibi cõtrariarum: ſiue contingat: qꝛ me

la cōplō calida ⁊ ſicca in ore ſtomachi vigoratˀ in ſtōcho per
antiparistaſim: ſiue accidat hoc: qꝛ in ore ſtomachi inuenitur
mā ſubtilis ⁊ acuta: que vehementius ꝓfundatˀ a friditate q̄
refugit: ſiue iterū ↄtingat illud: qꝛ mā acuta in ore ſtomachi
exiſis ibi fecit excoriationē quādā cuius nocumētū auget res
frigida. ꝓpterea qꝛ oē frigidū corpꝰ nocet ulceribꝰ ⁊ oī ſoluti
ↄtinuitatis. 5ª affo. ſermone illo. Ulceribꝰ fridū mordax ⁊c.
Hāc aūt excoriationē ie. ſe ori ſtōchi pſuadēt accn̄tia ī eo lucē
ta que ēt pſuadēt lapſum ⁊ caſum māle eius. Et p̄mū eſt ſitis
2ᵐ amaritudo oris. 3ᵐ eſt pūctio in ore ſtōchi percepta. 4ᵐ eſt
excoriatio lingue. 5ᵐ eſt ſciſſura labiorum: ⁊ plura alia motiua
adducerem niſi longitudinem timerem. ❡ Ex quibus oībus
primum corrolarium annectitur q̄ poſſibile eſt tenere
vnam fuiſſe egritudinem in viro iſto. ſ. malam complexionē
calidam in cerebro eius inuentam: a quo materia deſcenſum
habuit ad ſtomachum ⁊ ad alias partes. ⁊ ſic egritudo ſtōchi
fuiſſet per colligantiam eius ad caput ⁊c. ❡ Sequitur ſecundo
q̄ egritudo huius viri eſt cōplicata ex egritudine cerebri
⁊ ſtomachi: quāticūqꝫ enim in principio ſtomachi egritudo
eius fuit ad caput. tamen facta eſt in ſtomacho fixa
non remouibilis oīno remotione egritudinis cerebri. ❡ Sequitur
3° q̄ hec egritudo rationabiliter eſt p colligantiā ⁊ per
eſſentiā utriuſqꝫ hoꝝ mēbroꝝ ſil. probatˀ ↄclūo: qꝛ ſi egritudo
ſtomachi fuerit p colligātiā ad cerebrū ⁊ ſtomachus non minus
ledere poteſt cerebrum q̄ ledi ab eo: ergo etiam egritudo
cerebri pēdebit ab egritudine ſtomachi. ❡ Utrū aūt he due
egritudines in his duobꝰ mēbris inueniantˀ ⁊ non in alijs:
credēdū eſt q̄ non. Raro enim ſtomachi egritudines perſeuerant
aliquanto tpe qn ledant epar: ↄ̄ſi cum epar nocet ſtomacho
ut pōt colligi 2° tegni. ⁊ 3° cān. 13ª ⁊ 14ª tertij. ⁊ tu conſidera.
Ex quibus ſequitur ultimate in cura hoꝝ diſpōnuz huiꝰ
viri neceſſarium eſſe attendere ad epar ⁊ ſtōchuꝫ: ⁊ nūc ſeqˀ.

Jam autem diſcurrēdū eſt per adminiſtrationē regiminis rerum non nālium huic
viro conuenientium: ↄ̄īter aūt medicinalium. ❡ Eligat igiˀ
vir iſte manſionem in loco ⁊ camera vehementis caliditatis
imo aer in eo ſit ad caliditatē mediocriter declināns ⁊ ad leuē
ſiccitatem: imo fere non ſenſibilem neqꝫ multum intenſe caleſiat
⁊ caput teneat mediocriter erectum. ❡ Scōo principaliter
q̄to magis pōt triſtitiā ab aīa ſua excludat. ꝓp quid
enim opꝫ occupare aīam circa paſſionem rei amiſſe cum recuperatio
eſt impoſſibilis. Eſt enī addere ſtimulū ſtimulo qd̄
eſt incurrere vitū offēdēdi. ita q̄ memoriā ſuā ⁊ uoluntatem
⁊ aīam oīno ↄformet uoluntati altiſſimi. Judicia enī dei abyſſus
multa. Forte ſe enim vir iſte triſtitiā maiorem ualde recepiſſe
ex longa vita filie ſue: que ab humanis periculis fere infinitis
non erat tuta: ⁊ maxime in hoc tpe noſtre infelicis etatis
ſubiecte tribulationibꝰ inſidiarum odij belli ⁊ aliorum diſcriminum.
Equo itaqꝫ aīo tolerandū eſt qd̄ ⁊ puſſum ⁊ factum
euenit. Alr enī piculū ſue vite grande ualde ꝓparat ſibi
vir iſte ex forti paſſione aīe. Tales enī paſſiones exterminant
⁊ mutant corpus ab ea que eſt ſm nām ↄſiſtētia 3° tegni.
❡ Silr 3° in ciboꝝ aſſumptione ex pte q̄titatis menſuram
hēat ut ter aut quater paulatine ciberˀ in die nāli magis q̄ ſemel
aut bis: ſtomachus enim ꝓp ſui debilitatem non multaꝫ
toleraret cibi aſſumptionem. nam pſius ſpargere cū debilitate
virtutis eſt ſecurius. p̄ma quarti. caꝑ de cibatione febricitātū.
ꝓp qd̄ etiam non multū tpis inter vnam cibationem ⁊
aliam interueniat ne nocumentū inferatˀ ex inanitiōe nimia:
opꝫ enim ut neqꝫ in vno die uenas inaniri permittas propterea
qꝛ deterioꝛ eſt fertilitas in tpe ſterilitatis q̄ ſterilitas in
tpe fertilitatis. 3° p̄mi. caꝑ de regimine per cibum. ❡ Quarto
principalr vir iſte ſummopere occupari debet in dormiendo
plixe. ꝑ ut ceſſet motus aīe a triſtitia: ita ut gēſcat corpus
⁊ orgāna ⁊ inſtrumenta. ſecundo ut intercipiatur fluxus: qꝛ
ſomnus fluxus oēs preter eum qui per ſudorem. 2° p̄mi. capitulo
de his que proueniunt ex ſomno: ſed multitudo ſudoris
eſſet ei conueniens diuertendo lapſum. ergo ⁊c. ❡ Secū
ultimum remedium inueniat ſibi ⁊ conſulo q̄ in oī cibario
ponat emulſionis ſeminis papaueris al. ſcutellā vnā uel medium
ad minus. ❡ Item gr̄a huius iſtantibꝰ vigilijs p horā
poſt acceptionē cene accipiat hanc mixturam tepidam. ℞.
emulſionis ſeminum papaueris al. facte cū aqua violarū. ℥.
iij. ſyr. nenufaris. ℥. j. aut loco ſyru. nenufaris apponatur. ℥.
j. ſ. ſyrupi de papauere al. ⁊ erit melius ſomniferum dare. 2ᵐ
lꝫ minus extinctiuū. p̄mū tn̄ magis eſt extinctiuum ⁊ minꝰ
ſomniferū. ❡ Et ſi deſideraret ſomnū inducere abſqꝫ potabili
conferente ex deſcenſu eius ut iaꝫ deſcripſi: tunc ſalubre
remedium eſt ut hora ꝓ̄ſcripta degluriat. ʒ. j. dyapapaueris
deſcriptione Nicolai ⁊ erit ei iuuamentū excellens. ❡ Quinto
vō principaliter conformiter loquendo predictis abſtinē
debet a motu corporis uel exercitio fere oī. Si enim maioꝛ ſit
in corpore humano agitatio ꝓp aīe exercitia: q̄to maioꝛ ſit
in corpore agitatio ꝓp motū corpis ⁊ pītū eius: quare loco exercitij
ſalubre remedium erit: oī mane per tres horas añ prandium
exhibere fricationes a genibus uſqꝫ ad pedes. ſcōario
ab inguinibus uſqꝫ ad pedes. 3° a ſpatulis uſqꝫ ad nates ſemper
trahendo inferius: uſquequo membra caleant ⁊ rubeāt
⁊ eſt conſilium bonum in alleuiando caput diſtrahendo mām.
❡ Sexto vō principaliter in qualitate ciboꝝ agēdū eſt: ita ut
cibaria eius leuia ſint tam ex parte quātitatis: ut in 4° caꝑ
dictum eſt q̄ ex pte q̄litatis: qꝛ digōni ualde facilia ⁊ boni
chimi gn̄atiua ↄ̄rietatē hn̄tia ad lapſus ꝓ̄dictos: ut in ſequētibus
exēplariter videri pōt in aqua decoctiōis uel emulſionis
ſeminū. primo ſeminum portulace. ſcōo ſeminuꝫ quatuor
colum frigidoꝝ. tertio ſeminū lactuce. quarto ⁊ ultimo ſeminum
papaueris al. p̄mū enī ⁊ duo ultima ſufficiētia ſunt ad
ſanādū ipm. ⁊ fiant hec iuſcula cum brodio pulloꝝ ⁊ caponū
mediocriter pinguium ⁊ cū emulſionibus ꝓ̄dictis aut cū mica
panis macerata in illis emulſionibꝰ: aut cum vitello oui
eodem modo preparato ⁊ magnum ſecretum inueniet ſi fecerit
ſibi iuſculū cū ꝓ̄dictis emulſiōibꝰ: ⁊ pulpa ꝑdicū uel pulpa
pullarum iuuenuꝫ diligenter decoctis: ⁊ ſi bn̄ cōſideras hec
oīa conferunt lapſui cauſe māli ⁊ accn̄tibꝰ ↄ̄itibꝰ. Degluriat
ēt vitellum oui in aqua nenufaris uel papaueris albi longo
tpe infuſi: qd̄ remediū cū ꝓ̄dictis emulſionibus erit ſibi utiliſſimū.
Et ſilr iuſculum de farina ordei cū ſe. papaueris: adhuc
etiam fercula facta cū brodio decoctionis bletarum ⁊ ſpinachiarum
ſunt ei laudabilia: ⁊ aqua carnis accepta ex pulpis
faſianoꝝ ꝑdicū ultimate contritis ⁊ violēter expreſſis. adhuc
etiam ⁊ vitellus oui cum mica panis macerata: ut dictum
eſt: ⁊ cocta in aqua lactis cuiuſcūqꝫ uſualis laudabilis erit.
Non multum amplius in cibis me extendo: qm̄ ſpero q̄ cuꝫ
his dictis facile ſanationem acquiret. ❡ De potu autē eius
dicendum nūc q̄ potus eius ſit aqua cocta cū çuccaro multo
abſqꝫ ordeo: cum aliquātis granis papaueris ſm hūc modum.
Accipe aque ueri fontis lib. x. çuccari ſecunde coctionis
lib. ij. granoꝝ papaueris al. ℥. j. bulliant p̄ius ſimˀ aqua
⁊ papauer uſqꝫ ad conſumptionem tertie partis: deinde ſuperaddatur
çuccarum ⁊ iterum ſuperebulliant in uaſe lapideo
cum cocleari diligenter deſpumando uſquequo cadat quarta
pꝫtibꝰ remanētibꝰ ipſiꝰ: hoc pmittatˀ infrigidari ⁊ coletur
totum per pānū bis ſpiſſum: ⁊ bibat hunc potum ſimplicem
⁊ extra ipſam etiam. ❡ Et ſi deſideraret aliqd extinctiuum
magis: tunc ℞. huius potus partes quinqꝫ ſyru. uel iulep:
nenufaris ptē. vj. ⁊ bibatˀ ſimul. ❡ Si autem ꝓp conſuetudineꝫ
aut ꝓp etatem non poſſet oīno dimittere vinū: aut qꝛ
ex ꝓ̄dictis potus aſſumptiōe debilitatē vīutis incurreret: tūc
eligat vinū colore albuꝫ ſubſtātia dyaphanū odore ſuaue: ſapore
vō dulce notabiliter: ut ſunt vina de ſeleto del montello
⁊ miſceat ꝓ̄dicta vina cū altera medietate ſupraſcripti potꝰ ⁊
felicitabitur eius cura: ⁊ hec de regimine ſex rerum non naturalium
ſufficiant ⁊c.

Jam uero de regimine ex parte inſtroꝝ medicinalium
ptranſire neceſſarium eſt. Itaqꝫ ponantur
inſtrumenta medicinalia: quorum ſeptem applicabo

capiti ⁊ quinqȝ ſtõcho. Itaqȝ ſi conſtat virtus huius viri pͥn cipiuȝ curationis eius ⁊ ſecurus modus opatiõis eſſet ut ſie ret flobotomia uene cephalice per quam educerent ſangui nis.ʒ.iij.aut parum plus tolerante virtute. ¶ Scõm vo re medium eſt:ut poſt factam flobotomiã oe cui⁹ applicatione non ɔzeẽ timor ex pte eius ſi tolerat cũ ỹtus:⁊ ſi nõ tolera ret ỹtus adhuc flobotomiã poſt flobotomiã pcedã cũ applica tione hoꝝ cliſterioꝝ:⁊ iterũ ſi non fieret flobotomia oi die per horã vnã poſt otiũ ſolis vnũ applicet ſibi cliſtere hoc mõ fa ctũ. ℞.decoctionis malue blete mercurial' lib.j.⁊ fiat hec de cocto rũdiu ꝙ aqua viridis fiat. ℞. tere ſimplicis.ʒ.ſ. tere ruffini.ʒ.ij.caſſie çuccari ru.añ.ʒ.iij.olei viol.ʒ.iij.butyri.ʒ.ſ.ſalis cõis.ʒ.iij.miſce ⁊ totum accipiatur in vna vice ſaltez tribus diebus. Et illos tres dies ſufficiant illi accipere oi die ſolũ medietatẽ pdicte ꝗtitatis. ¶ Tertium remedium eſt ut p tora anterioris partis capitis eius omni ſero inter capillos eius de hoc puluere ſpargatur ad quantitatem ſex granorũ ſemper cum pectine deponendo puluerem primum quãdo ponit ſcõm. ¶ Quartũ ſpãle remediũ eſt ut teneat ſemp hũc puluerem ligatũ in ſyndone de grana retorta in manu ſua ⁊ odoret ipm. ¶ Quintum ſpãle remediũ eſt p ſpatium vni⁹ ſeptimane oi mane p duas horas ante cibum faciat hoc gar gariſma. ℞.aque maiorane:aque ireos:⁊ arthanite añ.ʒ.j.te re ruffini.ʒ.ij.çuccari al.ʒ.ſ.calefiant oia ſolũ uſqȝ ad lique factionem.deinde ex hoc impleat' os ⁊ diu teneat':poſt fiat cũ eo gargariſma. ¶ Sextũ pncipale remediũ eſt hoc. ℞.olei de croco ⁊ de camomilla añ.ʒ.j.ſ.olei de myrto:⁊ de maſtice añ.ʒ.ij.gallarũ cupreſſi:ſpodij:roſarum:⁊ granoꝝ myrti. añ.ʒ.ſ.coriandri ꝑparati ⁊ ſubtiliter puluerizati.ʒ.ij. farine uo latilis molẽdini ꝗtum ſufficit fiat linimentum bñ viſcoſuȝ. de hoc igitur actu calido extenſo ſuper pãno extẽdat' ſup ſpa tulis:⁊ ſuper partibus omnibus per quas dolor extendat'. ¶ Septimum ⁊ ultimũ remediũ eſt hoc. ℞. linimenti ime diate ſcripti.ʒ.ij.olei de myrto:⁊ de croco.añ.ʒ.j.muſci. am bre.añ.g̃.ij.pulueris arthanite uel ciclaminis.ʒ.j.ſ.terantur ſimul in mortario ſubtiliſſime:deinde cũ hoc vnguento oẽs ptes capitis oi ſero diligenter inungant' excepta pte cõmiſ ſure anterioris ſup quã pulvis ſupraſcriptus apponatur.

Modus vo prouidendi diſpoſitionibus ſtomachi ſui conſiſtit in his remedijs. ¶ Primuȝ eſt hoc. ℞.ſyr.iuiubini.ʒ.j.aque farfarelle.ʒ.ij.aque mẽthe.ʒ.j. Et ſi abominaretur ſyrupus. ℞.aque farfare ⁊ menthe añ. ʒ.i.ſ.vini citonioꝝ.ʒ.j.miſce.⁊ detur ei in potum actu tepi dum per duas horas ante diez ⁊ proderit ei ſolẽniter ɔtinuã do ipm ſaltez.8.uel.10.diebus. ¶ Secundum vo ſpãle reme diũ eſt hoc. ℞.ɔſerue violarũ.ʒ.iij.ɔſerue bugloſſe.ʒ.i.ſ.tro ciſcoꝝ ſtelle.ʒ.ſ.trociſcoꝝ de violis.ʒ.j.ſ.vini granatorũ:mu ſorũ ⁊ dulcium.añ.ʒ.j.çuccari al.ʒ.ij.fiat eluarium de quo ſemper p horã cũ dimidia ante prandium ⁊ cenam ⁊ imedia te poſt prandiũ ⁊ cenam deglutiat ꝗtitatẽ vnius nucis mu ſcate. ¶ Tertium vo ſpeciale remedium eſt hoc. ℞.aque portulace ⁊ lactuce añ.ʒ.j.dragaganti:gũmi arabici. añ.ʒ.ij. pulpe ſebeſtẽ.ʒ.j.ſ.çuccari al.ʒ.j.penidiarum.ʒ.ij.incorporẽ tur oia ſimul ultimata ɔtritiõe:⁊ fiat loch de quo cõtinue in ore teneat ad ꝗtitatẽ vnius fabe:ita ut permittat deſcende re paulatine ad inferiora. ¶ Quartũ ſpãle remediũ eſt hoc ℞.olei de nenufare:⁊ cytonioꝝ.añ.ʒ.ſ.olei de mentha uel origano.ʒ.j.gallie muſ.ʒ.j.ſ.violarũ:floꝝ nenufaris:ſe.cuſcu te.añ.ʒ.j.ſ.roſaꝝ:ſpodij:mẽthe:maſticis:coralloꝝ ru.garioſi loꝝ.añ.ʒ.iiij.cere al.quãtum ſufficit:fiat vnguentũ molle de quo quater in die naturali actu calido liniat' ſtomachus ab ore eius uſqȝ ad vmbilicum ⁊ ſupponatur ei pannus dupli catus calidus ⁊ ſuffumigatus cum puluere gallie muſcate. ¶ Quintum ⁊ ultimum remediũ eſt hoc. ℞.mãne electe.ʒ.j. aque lactis caprini.ʒ.v.diſſoluat' mãna in aqua lactis calefa cta.deinde colet' ⁊ bibat' tota hec calida.hoc enim erit utile val de mltũ poſt aſſũptionẽ ſupraſcripti digeſtiui p ꝗtuor uel qn qȝ dies accepti ubi appeant ſigna digẽſtionis ⁊ materiam mobi

humilȝ ego credam ꝙ non erit opus euacuandi mãs altera ſpẽ eẽonis ꝗ p cliſteria ſupius deſcripta. Ipſa enim p ſe ele ctiue attrahendo ⁊ diuertendo mãs ɔuenienter eliant a capi te ⁊ ſtõcho mundificando. Si tñ pter hec oia tardaret aduen tus ſanitatis reſcribat' de ſtatu ſuo ⁊ puidebit' de remedijs fortioribus ſi fuerit opus ad laudem dei. Amen.

Conſilium.7.

¶ De ſupflua vigilia ab imoderata ſiccitate organi primi ſenſitiui cũ corruptione operationum imaginatiue ⁊ cogitatiue potẽtia rum cum participatione epatis ⁊ totius.

Superflua vigilia huius nobi lis viri prouenit ab imoderata ſiccitate organi pmi ſenſitiui ⁊ eſt uẽtriculus anterior cerebri.qui licet reſpectu medij generis a generatione de clinet ad caliditatez ⁊ ſiccitatẽ.qꝛ hic vir cholericus fuit:⁊ eſt tñ poſitiua ſiccitas inuẽta in cerebro ei⁹ toto:⁊ maxie in an teriori pte multiplicat' ibidẽ a vaporib⁹ cholericis poſitiue ⁊ p ſe exiccãtib⁹:⁊ qꝛ hi vapores ſil' cũ alijs ab vniuerſa mẽbro rũ inferioꝝ ɔgerie mltiplicant' ẽt in cerebro īducũt in ipſo pñ uatiuam ſiccitatem p viã reſolonis. ¶ Adde pterea pdictis ꝙ epar eius qḋ eſt notabilr calidum non euacuat' ab adu rendo materias cholericas:pp quã aduſtionẽ tranſmutant' in mel' choas. Et iſte eſt vnus ex illis qui per decidentiã in eta te paugmaſtica tranſmutant' in melãcholicitatẽ. Iuxta illud ſecundi tegni.decidente vo calida ⁊ ſicca craſi. ¶ Et hoc to tum demonſtrari põt ex pluribus ſignis. Primo qꝛ tactu p cipit' caliditas ⁊ cũ acuitate notabili. 2° qꝛ habitudie macer eſt ⁊ extenuatus.3° ex uelocitate ⁊ frequẽtia pulſus eius in quo non ſeruatur magnitudo pp debilitatem ỹtutis eius. 4° qꝛ color eius eſt rubicũdus cũ claritate.5° ex imoderata ſiti. 6° ex uentris ɔſtipatione:⁊ ſic de alijs. Unde non eſt mirabile ſi vir iſte aliqualiter in operationibus imaginatiue potentie ⁊ cogitatiue corruptionem habet:qñ hec oia que dicta ſunt mi nant' ſibi non leue periculum corruptionis operationũ inte riorũ ſenſuũ. Unde opoꝛtet iſtum virum eſſe ſollicitum ⁊ bñ aũ tum in curatione ſui:aliter non bene terminabit res eius.

Occurrunt ergo mihi decẽ ſibi ɔſcribẽda. Et pri mũ qdẽ hoc eſt ut abſtineat a cibis ſal ſis.2° ab acutis ut aromaticis oib⁹ ꝑterꝗ a croco ⁊ ab ane to que ſunt due medicine cum ſua caliditate ſomnũ inducẽtes. Itẽ abſtineat ab aceto. Itẽ abſtineat a rebus ualde pinguib⁹ ⁊ propriie cõmixtis cũ pdictis mediocriter: brodialia nõ ſunt vituperãda pter iſta:alijs cibis utat' ad libitum. Uinum vo eius albũ ſubtile dulce non ualde fumoſum. Et ſi non eẽt bñ dulce dulcoret' cum çuccaro aut cũ aꝗ decoctiõis radicum li quiritie mõdatarũ. Si ualde fumoſum.tunc frangat' cũ aꝗ boni fontis:aut cum aꝗ ciſterne que melior eſt. ¶ Scõm in ſtrm eſt.ꝙ iſte vir procuret hẽre uentrẽ eius munduȝ ⁊ ꝓprie cũ uſu eluarij de ſebeſtẽ ſm hunc modũ. ℞. eluarij de ſebe ſtẽ lib.ſ.eluarij de pſilio.ʒ.iij.incorporent' ſil' longa contritio ne.de hoc accipiat ſemp ante prandium ⁊ cenam ꝗtitatem vnius nucis muſcate:aut ſaltez de eo accipiat paꝝ ante cenã quantitatem predictam duplicatam. ¶ Tertium inſtrumen tum eſt ꝙ iſte vir omni ſero cum uadit ad lectum ſuper to ta caluarie capitis ſui ponat quãtitatem.vj.granoꝝ frumẽ ti de hoc puluere. ℞.floꝝ nenufaris.ʒ.j.ſ.ſe.lactuce:ſcariole croci:corticum papaueris.añ.ʒ.ſ.fiat ollum per ſe pulvis:de inde cõmiſceant'. ¶ Quartũ inſtrm eſt.ꝙ iſte vir oi ſero cum uadit ad lectũ totã ſpinã inungi faciat ex hoc linimẽto min⁹ calido ꝗ tepido. ℞.olei de ſemib⁹ lactuce:olei viol. ⁊ de ſiſa mo añ.ʒ.ſ.olei de nenufa.ʒ.j.trociſcorum de viol.ʒ.j.ſ. cere al.quãtũ ſufficit.fiat vnguẽtum molle:⁊ poſtea bulliat in lib. ſ.emulſionis papaueris albi:uſqȝ ad conſumptionez illius. ¶ Quintum principale remedium eſt hoc. ℞.corticum mã dragore:ſe.ſcariole:lactuce:⁊ portulace añ.ʒ.ſ.floꝝ nenufa ris:corticum papaueris ana.ʒ.iij.fiat omnium per ſe puluis:

deinde cõmiſceat ⁊ aſpergat ⁊ imbibat cũ ſucco folioꝝ papaueris albi: deinde exiccet ſub radijs ſolis renouando ſuccuꝫ ⁊ exiccãdo ipꝫ. hic ergo puluis liget in ſyndone de grana retorto ⁊ ſemper aut ꝙ [illegible] olfaciat ipm patiens. ¶ Sextuꝫ principale remediũ eſt hoc. ℞. folioꝝ maluarum: violaꝝ: ſcariole: ⁊ lactuce añ. M. ij. mãdragore: foliorũ nenufaris: ⁊ papa. añ. M. iiij. bulliant hec oĩa in decẽ ſitulis aque uſqꝫ ad conſumptionem tertie partis: ⁊ cum iſta decoctione tepida oĩ ſero ꝑ horã ante cenã abluant extreme partes inferiores a pedibꝰ uſqꝫ ad inguina: ⁊ a natibꝰ uſqꝫ ad humeros ⁊ facies tota ⁊ collũ. ¶ Septimũ remedium eſt hoc. ℞. ſe. melõ. croci: floꝝ lilioꝝ al. violarũ. añ. ʒ. j. ſ. floꝝ nenufa. lactuce añ. ʒ. j. pulueris folioꝝ mãdragore. ʒ. ij. pulueriçent oĩa per ſe: ⁊ cuꝫ ſucco foliorũ papa. fiant pillule de oĩ. ʒ. vij. uel. viij. de quibꝰ iſte vir oĩ ſero uel nocte qñ dormire non poterit. degluciat duas uel tres ꝯtinuando eas. ¶ Octauũ remediũ eſt hoc. ℞. loch de papauere. ℥. j. pulueris floꝝ narciſci: pulueris floꝝ liliorũ citrinorũ: qui naſcunt in uallibꝰ añ. ʒ. ij. ⁊ ſi nõ reperiunt ꝑdictoꝝ flores: tũc accipiãt folia ipſoꝝ loco floꝝ papaueris albi. ʒ. ij. pinearũ mũdataꝝ. ℥. iij. pomoꝝ mãdragore numero j. ſiue matuꝝ aut imaturũ: ſiue recẽs ſiue ſiccũ habeat emill ℥. j. ſe. lactuce ⁊ floꝝ nenufaris añ. ʒ. ſ. macis: capil. ue. añ. ʒ. v. ligni aloes. ʒ. j. mell. viol. lib. j. çuccari albi. ℥. iij. fiat eluariuꝫ de quo patiens iſte accipiat ante cibũ coclear mediũ: ⁊ tantũdẽ poſt ipſum imediate: frangit enĩ caliditatẽ epatis ⁊ cholere ⁊ ꝓhibet aduſtionẽ ⁊ euaporationẽ acutã ad caput: facit hebetationẽ ꝯuenientẽ: ⁊ ingroſſationẽ in uaporibus ⁊ cerebro. ¶ Nonũ remediũ eſt: ut hic vir attẽdat ⁊ ꝓcuret ſibi aperire emorroidas fricando eas frequenter cum felle tauri uel gaſelli: aut cũ pãno aſpo biſello uel de ſerlifio. Et ſi prouocate fuerint emorroides permittat eas fluere mediocriter. nullũ enim remedium eo felicius inueniri poſſet. Si autem ſuperueniret ipſarum emorroſagia: tunc conſtringat emplaſtrando eas cum ſtupis infuſis in aceto: ⁊ expreſſis uel madefactis in albumine oui cõquaſſato cum puluere thuris: maſticis: ſan. ora. boli ar. ⁊ corallorum ru. ⁊ ematitis ana. ¶ Ultimuꝫ ſpãle remedium eſt ut ſi in hoc viro nõ poſſent emorroides aperiri per ingenia ꝑdicta: tunc tentet apertio tybiarum in locis in quibus aquoſitas ⁊ virulentia emanare ſolebat. ⁊ hoc quidem fieri põt ſuperponendo emplm factuꝫ de folijs apij ranini. qḋ in ripis fluminum reperit bñ conterendo: ⁊ ſup cruribus applicet tãdiu ut fiat ibi ueſicatio. Cũ videris tybiarũ apertionẽ intendat eaꝝ mũdificatiõi cũ hoc vnguẽto. ℞. vnguẽti baſiliconis: ⁊ aploꝝ añ. ℥. j. litargiri: ſarcocolle: ſandarace añ. ʒ. ij. icorporent ſil ⁊ bis uel ter mediceat mẽbrũ patiẽs cũ eo. Et ſic tãdẽ non eſt dubitabile ꝙ res eius terminabitur ad bonum ſiue ad ſalutem ſi continuent hec remedia: qḋ nõ ſpero ipm eſſe facturum: ſicut ſoluit ad laudem dei. Amen.

Conſilium. 8.

¶ De duplici mala diſpoſitione videlicet. ¶ De mala complexione frigida ⁊ humida cerebri a multo flegmate aquoſo ⁊ mucillaginoſo proueniente. ¶ De ſonitu in auribus repreſentante ſonum aque fluentis aut uenti reuerberati ad parietes montium.

Venerabilis in chriſto pater ⁊ ſacre theologie doctor magiſter hieronymus de ordine ſancti Auguſtini laborat duplici diſpoſitione omnino uerenda multuꝫ. ¶ Eſt enĩ prima mala complexio frigida ⁊ humida cerebri materialis a multo flate aquoſo ⁊ mucillaginoſo proueniens: ſiue illud flegma in capite eius multiplicatum fuerit a mala complõne ꝑcedente qḋ rõnabilius eſt: ſiue flata iſta aliũde ad caput propulſa generauerint ibidem malam cõplõnẽ frigidã ⁊ humidã pp multã morã ꝑdictorũ flatuum in capite ſuo. Et qualitercũqꝫ concedatur neceſſe eſt ꝙ cum egritudo eius lõga fuerit ꝙ ambe cãe iſte reperiant ibi. quarũ vna eſt cãs alterius ⁊ ecõuerſo. ita ꝙ reciproce ſe iuicẽ efficiãt ⁊ augmentãt. Propter quod nõ eſt mirabile ſi vir iſte hyeme nuper preterita paſſus eſt torturã oris. ꝓpter enim fla aquoſuꝫ infuſum in muſculis ⁊ neruis ſuſpendẽtibus ⁊ ſuſtentãtibꝰ oſſa maxillarũ ad oſſa tẽpoꝝ fuit facta mollificatio: ⁊ cuꝫ ꝑs materiei in altera contraria pte groſſa mota fuit in ꝑdictis muſculis ⁊ neruis etiã genarũ ⁊ faciei ꝑs iſta cõtracta fuit: ⁊ fortaſſis ꝙ tunc laborauit duplici egritudine. ſ. ſpaſmoſa in vna pte: ⁊ paralitica in alia parte. qḋ tñ non credo: qꝛ egritudo iſta non ita facile curata fuiſſet: niſi cura ipſius egritudĩs fuerit cũ ſubtili prouidentia ſapientũ doctoꝝ qui pertractauerunt ipm. Ueriſimius aũt eſt argumento ſumpto ab etate ⁊ complõne eius ꝙ mã iſta flegmatica fuerit groſſa ⁊ effuſa ad muſculos ⁊ neruos faciei genaꝝ ⁊ tẽpoꝝ in eiſdẽ ibibita: ⁊ cõtraxerit ꝑdictas ptes ſm longitudinẽ abbreuiando: ⁊ ſꝫ latitudinem extendendo: ita ꝙ ſpaſmus acciderit qui formalr̃ nõ eſt aliud ꝙ̃ actualis contractio ptiũ mobiliũ verſus ꝑncipiũ ſuũ cũ ipotentia dilatatiõis uel expãditionis ꝑdictarũ ptiũ de ſpaſmo in fieri intelligendo tñ hoꝝ deſcriptionẽ. Uñ hec tortura fuit egritudo ſolum ſpaſmoſa: ita ꝙ per ꝯtractionem ptiũ ubi erat ſpaſmus in altera pte ꝯtraria de neceſſitate cõtingit tractus ⁊ extẽſio ad inferius: pp quod ꝑs iſta apparet magis mollificata ⁊ magis egra: ⁊ tñ nõ eſt. Cuius apparẽtie mollificatiõis efficiẽs cã fuit attractio torti: ut lr̃alr̃ colligitur 2° tertij. cap̃ de tortura. ſubtiliter intelligẽdo cõtra opinioneꝫ Alexãdri ꝑpate. quẽ Auic. ibidẽ alleg. ſi bñ intelligit.

Propter qḋ ex ꝑdictis nõ ualde anguſtioſuꝫ eſt intelligere cauſas euentus ſcḋe male diſpõnis huius viri que eſt ſonitus in auribꝰ repñtans ei auditũ aque deſcendẽtis: ⁊ impetuoſe fluentis. aut colliſionẽ uẽtoꝝ reuerberatoꝝ ad parietes mõtium uel ſyluaruꝫ ⁊c̃. ¶ Eſt ergo diſpoſitio huius ſcḋa uerẽda multũ. eſt enĩ corruptio in operatione ſenſus auditus: nullo enim obiecto uel cauſa in medio exteriori exiſtente talis ſonitus effectiue ꝑcipit exterius ſonatiuũ eſſe: qḋ non ſonat quod eſt formale in corruptione operationis auditiue potentie. ¶ Eſt aũt huius diſpõnis imediata cã mala cõplo in toto cerebro: ⁊ miringa auditiua. Cã vo maĩs uel eidẽ ꝓportionata eſt uapor uel uentoſitas groſſa in miringa ꝑdicta: ⁊ neruis uenientibus a 5° pari neruorum ad ipſam. Auditus enĩ fundat in 5° pari neruoꝝ: ſicut guſtus fundat in 4°. ut prima ꝑmi colligẽdum eſt in cap̃ de anothomia neruorũ. 14° a medullari ſubſtãtia cerebri orientiũ. Cuꝫ ergo cõtingit ꝙ uapor iſte mollis eſt ⁊ fluẽs repñtat ſonitus ꝯſilis impetuoſo decurſu aqrũ. Cũ aũt cõtingit uentoſitatem iſtã groſſiorẽ eſſe: ⁊ uehemẽter ad ꝑdicta organa colliſam eſſe tunc accidit ſonitus agitatione uentorum ꝯſimilis. ¶ Ex quibus oĩbus correlarie cõcludit ꝙ hec diſpõ huic viro minatur ingentia ꝑicula. Multiplicata enim mã iſtorum uaporum ⁊ uentoſitatuꝫ ⁊ cauſa exiis in uenis ⁊ rimoſitatibus cerebri minat ſibi apoplexiã ſi fecerit oppilõnẽ cõpletam: et epilepſiã ſi fecit incõpletã: multiplicata vo iſta materia in organis ꝑmi ſenſitiui: furorẽ ſubitũ ꝓnunciat ei. In poſteriori vo pte multiplicata iſta mã litargicã ꝓtendit ei ſuſpectioneꝫ: ſicut ſi mã aquoſa fuerit ⁊ ſubtilis ⁊ a poſteriori pte cerebri defluens per nucham ſuſpicandã paleſim ꝓtendit ei. Et cum fixa fuerit mã iſta in organis auditus completã ibi efficiens oppilationẽ neceſſario ꝓnunciat ei ſurditatẽ fortaſſe incurabilẽ. ⁊ ꝓpͤ qñ fuerit cõfirmata: ut colligendum eſt 4° tertij. in proprio capitulo litteraliter.

Pro regimine aũt curatiuo ꝑdictaruꝫ diſpõnũ multo quidẽ ⁊ accurato ſermone intendẽdũ eſſet. ¶ Et ꝑmo qdẽ oporteret dirigere regimen diſtinctum ⁊ cõuenienter electũ circa oẽs ſex res nõ naturales ulr̃ ⁊ particulariter cõſiderandas. ¶ Scḋo nota ꝙ idem modus de electione inſtrumentorum ⁊ intentionum curatiuarum extendendus eſſet: uerum qꝛ vir iſte religioſus eſt ⁊ officio diuino inſtanter obligatus: ⁊ adhuc etiam quia diſpoſitio eius ad melius prompta eſt: imo fere ad perfectam

cholera dominantib⁹ erit hoc. ℞. mucillaginis pſilij. amili.
ʒ. j. 5. croci. ℈. j. roſarum ſe. plantaginis acetoſe. aā. ʒ. 5. vitelli
ouorum numero. ij. fiat linimentum in mortario: ut ſupra: ⁊
applicetur tepidum actu cū fricatione leui: ſicut precedens
applicatur calidum actu: ⁊ cum fricatione magna. ⁊ cōferūt
hec localia doloribus etiam totius ſpine ⁊ renum.

Cōſimiliter etiam a predictis cauſis non raro eue
niūt dolores in hypocundrijs: ⁊ in to
to uentre anteriori. Et ſi fuerint complicati cum ſtipticitate
uentris: tunc remoueatur ſtipticitas cum cliſteri ⁊ medici
nis ſolutiuis: quorum multa fuerunt tacta primo ſecūdo ⁊
tertio capitulis antecedentibus. ¶ Et ſi neqꝫ remoueantur
per illa: tunc triplici inſtrumento ei pro uidendum eſt. Et pri
mum eſt de dolentib⁹ partibus ⁊ etiam ſituailter cōtrarijs
ſepe applicētur uentoſe magnorum orificioꝝ abſqꝫ aliqua
ſcarificatione. ¶ Et ſi nō ꝯuenienter abſcindanſ dolores per
eas: tūc fiat hoc euaporatiuū ſiccū. ℞. furfuris groſſi ſcutellas
quatuoꝛ magnas. milij non confracti ſcutellas duas. cimini
ʒ. ij. camomille manipulos ſex. calefiant omnia ſuper cineri
bus calidis in fundo caldariole ſicce: preter camomillam:

que debet poni uerſus finem: tunc ponantur in ſacculis ma
gnis ⁊ actu bene calidi ſepe applicentur toti uentri. ¶ Cū
autem dolores tales iterum remoti non fuerint per predicta
tunc fiat hec fomentatio humida: que non ſolet mihi defice
re in iuuamento. ℞. arthemiſie matricarie ⁊ rubee tectintoꝝ
aā. Ꝟ. ij. hedere arboree uel muralis. Ꝟ. ij. camomille. Ꝟ.
vj. capitum papaueris numero. x. radicum peucedani. Ꝟ.
iij. incidentia incidātur ⁊ reliqua contundantur ⁊ bulliant
in tribus ſitulis aque lento igne uſqꝫ ad cōſumptionem ter
tie partis. Infundantur ergo in hanc decoctionem calidam
magne ſpongie: que inter duo iciſoria magna expreſſe ⁊ actu
calide toti uentri applicentur ⁊ ſepe permutētur uſqꝫ ad cō
pletam doloris ſedationem ⁊ felicitatem eius cure auxilio pi
iſſimi Saluatoris ⁊ miſericordia ſua huic viro ſubuenire di
gnetur. ad laudes eius immortales. Amen.

Conſilium. 10.

De mala complexiōe cerebri fri
gida ⁊ humida cum multitudie
flegmatice materiei mucillaginoſe ⁊ partim aquoſe. cū octo
malis accidentibus coniuncta que ſunt. ¶ Doloꝛ capitis.
¶ Conturbatio in ſomno. ¶ Nocumentum in prolatione
ſermonis. ¶ Urine retentio. ¶ Doloꝛ ſpatularum ⁊ brachi
orum grauatiuus ⁊ extenſiuus. ¶ Emoꝛroidarū reſtrictio
¶ Debilitas genuum ⁊ fere omnium iuncturarum. ¶ Do
loꝛ ⁊ grauitas in ſtomacho.

Adoleſcens quidam de ciuita
te Uincentina fa
moſa ſatis diſpoſitione quadam multū
uerenda ⁊ ſociata pluribus accidentib⁹
nō minus timoroſis moleſtatur. Eſt au
tem diſpoſitio eius mala complexio ce
rebri frigida ⁊ humida cum multitudie
flegmatice materiei mucillaginoſe ⁊ ptiꝫ
aquoſe que in capite eius multiplicata eſt propter multam
euaporationem a ſtomacho eius capiti cōmunicatam cum
iuuamento multe euaporationis ab epate ⁊ ab alijs mēbris
inferioribus prouenientis. alia vō pars materiei in cerebro ⁊
ſuis concauitatibus genita eſt propter debilitatem digeſtiue
eius. Que quidem ambe materie in capite multiplicate cau
ſe ſunt plurium accidentium non minus moleſtantiū ipſū
q̄ faciat principalis egritudo: que ꝓprie ſoda uel doloꝛ ca
pitis grauis ⁊ antiquus denominari ſolet ab auctoribus uel
cephalea. ¶ Primum igitur accidens eſt ipſe doloꝛ capitis
iam dictus ab illa mala complexione prouenientis. ¶ Secun
dum accidens eſt nocumentum in operationibus animaliū
virtutum ſicut conturbatio in ſomno prouenientis. ¶ Terti
um eſt nocumentum in ſermonis prolatione contingens.
¶ Quartum eſt urine retentio. ¶ Quintum eſt doloꝛ gra
uatiuus ⁊ extenſiuus in ſpatulis ⁊ brachijs ſepe prouenienſ
⁊ aliquando in muſculis pectoris apparens. ¶ Sextum eſt
emoꝛroidarum reſtrictio. ¶ Septimum vō eſt genuū ⁊ uni
uerſaliter fere omnium iuncturarum debilitas in motu pro
greſſiuo ⁊ ſuſtentatione corporis apparens. ¶ Octauū vō
eſt mala diſpoſitio ſtomachi quā pro nunc credo eſſe magis
accidens a nocumento capitis prouenienſ q̄ nocumentum
capitis ab eo ꝓuenire: lꝫ forſaſſis nocumentum capitis ꝓuo
a nocumēto ſtomachi incipiendo prouenerit. Egritudines
enim per colligantiam euenientes frequenter ſunt cauſa ut
una eueniat ⁊ intendatur ab altera ⁊ ecōtra. quare 2° pmi do
ctrina pᵃ 8° caꝑ. ⁊ eſt eā ſocietas ꝓuenit ad eaſ..m: quemad
modum cum cerebrum egrotat aſſociat ei ſtomachus. debi
litaſ enim tūc digeſtio ⁊ mandat ipſi ſtomacho uapores ma
los: ⁊ nutrimentū non digerit. ⁊ auget ipſius cerebri egritudi
nem. ⁊ ſic ex hac egritudine peruenit patiēns ad debilitateꝫ
⁊ circuitionē. Et alia littera habet. ⁊ ſic hec ſocietas. i. colligā
tia cadit in iudicium permanentie ⁊ circuitionis: ⁊ eſt littera
clarioꝛ. Siue igiſ nocumentū cerebri a ſtomacho qūqꝫ ꝓue
niat ⁊ intendaſ: ſiue econtra cōtingat: tamē nō videſ in hoc
acceptādam eſſe cōtrouerſiā: cū amboꝝ mēbroꝝ predictorū

nocumentũ fixionis euidenter appareat ab eadẽ cauſa mã
ⁱ efficiẽte ꝓuenire: ita ut nõ diuerſificet curationis modus
neqꝫ ratiõe bõris: neqꝫ inſtrũ niſi parũ ut apparebit. ¶ Re
liqua etiã accñtia nõnulla apparent in hoc adoleſcente ut de-
bilitas renũ que ꝓuenit per colligantiã a cerebro que eſt mo-
dus colligantie per 3ᵐ. Renes eni colligant cerebro. ꝓpterea
qꝛ colligãtiã hñt cũ epe. ⁊ epar colligantiã habet cũ cerebro. ⁊
ita cerebrũ renibus colligatur pp epar: ut 2° pmi. caꝑ de com
plẽdis diſpoſitionib⁹ apparet in 6°° colligantie ibidem legen
dum. ¶ Aliud adẽ accñs eſt uentris rugitus uel gurgulatio.
⁊ qñqꝫ ſtipticitas. ⁊ aliqñ emorroidarũ aliquãtul tumeſcen
tia que oĩa ab eadẽ radice tanq̃ cã efficiente ꝓueniũt ut con-
ſiderãti ſatis facile apparere põt. ¶ Et ne ea que dicta ſunt
gratis ⁊ uoluntarie ſcribi videant̃ eoꝝ aliq̃ rõnibus ⁊ aucto-
ritatibus vigorare bonũ eſt. Quod adẽ pmũ accñs ſoda uel
cephalea noiari debet manifeſtũ eſt ex cõi auctoꝝ ⁊ doctoruꝫ
cõcordia. ⁊ colligi põt p°: tertij. tractatu 2° caꝑ p. Quod aũt ꝓ
ueniat a mala cõplexiõe totius capitis ꝓbat fixio nocumentũ
grauitatis ⁊ offenſionis in capite apparentiũ. Quod vo mã
lis cã ſit flegma appet ex accñtibus que ſequunt̃ ad ipſuꝫ: ẽt
qꝛ egritudines cronice. Egritudo eni huius cũ tẽpus ꝓlõga
tum eſt: eſt frigida ſm oẽm eſſentiã. i. tam frigida eẽntialr q̃
mãliter p° tertij. tractatu 2° initio caꝑ colligendũ. ¶ Aliorum
aũt accñtiũ cauſas parũ perreddere utile videtur. Mã enim
flegmatica congeſta in cerebro. ſiue fuerit in ipſo aliunde re-
cepta. ſiue per viam debilitatis digeſtiue ipſius multiplicata
per uenas ⁊ arterias per neruos chordas ⁊ poros a cerebro
propulſa uel deſcendens elemẽtalr. ut ſua grauitate uel flu xi
bilitate recepta in muſculis ſpatularũ ⁊ pectoris. ibidem do
lores extenſiõis ſoluẽdo ↄtinuũ aliq̃liter facit. Ultimo gñat
in ipſo malã cõplexionẽ frigidã que eſt illorum doloꝝ cauſa
2°. Altera vo mã ei pe in cerebro retenta qbuſdam acutis ua
poribus uel humoribus cõmixta ſpũs inficiẽs eſt cauſa no-
cumenti in operationibus interioꝝ ſẽſuũ eminentis. ⁊ eſt ẽt
cauſa conturbationis ⁊ corruptionis in ſomno prouenientis
Qualẽ eni impſſionẽ receperit ſpũs talẽ repreſentãt organis
ſenſuũ interioꝝ. q̃re non eſt difficile videre ſi qñqꝫ in dormiẽ
do murmurat hõ conquerit̃ ⁊ alias corruptas operationes
interioꝝ ſenſuũ habet: ⁊ exteriorũ ut ſepe ſonitũ ⁊ ſibilũ in au
ribus hĩc videat̃ ⁊ corruptionem in ſenſu viſus ut imagina
tiones ⁊ ſilia hĩc videat̃. ¶ Ex quo fundamento clare vide
ri põt. q̃ ſi mã iſta diuens aquoſa eẽt ⁊ ſubtilis facile videtur
q̃ iſte paratus eſſet paraliſim incidere. hec enim mã ſi multi-
plicaretur in poſteriorib⁹ partib⁹ cerebri facile deferri poſſet
per concauitatẽ ſpondiliũ ⁊ in nucbã recipi ⁊ paraliſim effi-
cere. eo qꝛ nucha a pte poſteriori cerebri oritur ⁊ ei ſeruit la-
torie: ut p° tertij 2° caꝑ de Nucha enim eſt vicarius cerebri iux-
ta dorſi ibi colligenduꝫ. Et ex hoꝝ oĩum fundamento leuiter
deduci põt cauſa alioruꝫ oĩum accñtium: que qꝛ parua ſunt
omittantur: cum ad ſapiẽtes ſmo iſte dirigatur. ¶ Ex quib⁹
oĩbus ultimo huius diſpõnis timor ⁊ grauitas appere pñt.
Eſt enim vir iſte paratus egritudinibus repentine ⁊ male ter
minationis ſicut ſquinantijs ſi mã in partibus gule detinere
tur: aut ſuffocatiõis ſubite ſi multa mã ⁊ cito ad pectus efflue
ret: aut dolori iuncturaꝝ ſm q̃ mã ad diuerſas partes efflue
ret. ⁊ ita doloris genuuꝫ: qđ eſt vnũ de alijs accñtibus cauſa
facile apparere poteſt. Que oĩa cõſideranti dimitto. ¶ Pro-
pter quod regimen eius procuratiuum ſollicite multum ⁊ ſi
ne mora obſeruari debet: quod in duos tractatus diuidẽdũ
eſſe ↄſideraui. Et primus erit de regimine eius per ſex res nõ
nãles. Secundus vo de curatiõe diſpoſitionis ipſius per me
dicinale regimen. ut inferius videri põt.

¶ De aere. Caꝑ. I.

Rimus itaqꝫ tractatus ſex capla cõtinebit. ſ. ſm
numerũ ſex rerũ nõ nãliũ facile pcurrendũ. In p
igit̃ caꝑ mẽſura aeris regionis ⁊ loci eligi debet.
Sit igit̃ loci uel camere eius aer ad ſiccitatẽ ⁊ ca
liditateꝫ actualr inclinat⁹. magis tñ per ſiccitatẽ
excedere debet q̃ per caliditatẽ: ne per ipſm ꝓueniat ad inflã
mationẽ argumẽto ſumpto ab etate que cõſiſtentia eſt. etiam
qꝛ nãlis eius cõplexio ad caliditateꝫ infallibilr inclinare vi-
det̃. ſi ẽt nõ poſſet hẽri aer ita notabilr ad ſiccitatẽ inclinatus
ſuppleri debet cũ electione ab arte ꝓueniẽte ut inhabitet ca-
merã edificio parietibus ↄſtructã: uel ſtuffam ſiccã in ſe hñtẽ.
aut 3° cũ magno igne. aut 4° cũ ſuffumigationib⁹ ſpẽrũ ſiccã
tiũ aer exiccationis inclinet̃. ut comburendo ligna iuniperi
abietis lauri ⁊ ſimiliũ: aut cũ puluere hoc carbonib⁹ ignitis
ſepe aſperſo camerã ſuffumigãdo. ℞. laudani ſtoracis cala-
mite. añ. ℨ. 5. ligni aloes: ſandarace: myrre: gallie muſcate. añ.
ℨ. ij. aliptę muſcate. ℨ. iij. fiat puluis. Si uerſus finẽ hyemis et
autũni frangatur cum altera medietate pulueris gallarũ cu-
preſſi aut nucis muſcate. ¶ Ad hãc cõplexionẽ ↄferũt cõbu-
ſtio ſtoracis calamẽti pulegij origani mẽtaſtri: ⁊ ſiliuꝫ: quo-
rũ ſiccitas cũ aromaticitate ſua lapſus cerebri cõueniẽter eſt
rectificatiua. ¶ Et iteꝫ pdictaꝝ medicinaꝝ puluis in ſyndo
ne colligat⁹ ⁊ ſepe odorat⁹ magne utilitatis exiſtit. Et ſi adhuc
ex pdcis forment̃ poma que in manibus ſepe odorent̃ utili
mũ erit. ¶ Rurſus bonuꝫ eſt alia ↄuenienter limitari. Caput
igit̃ bñ muniat̃ birreto notabilr ⁊ multũ calo ſuffulto pellib⁹
vulpinis aut ſaltẽ de doſſib⁹ narioꝝ uel de pellib⁹ agnoꝝ ni-
gris ⁊ ſiliuꝫ. Et ueſtes de rſo ⁊ uẽtre adiacẽtes pdictis pelli-
bus muniri debẽt: ꝓpter qđ etiã iuncture ab humiditate ꝓ-
uideri debent ⁊ calciamẽtis notabiliter calefacientib⁹. ¶ Et
ex his facile cõſideranti apparere põt q̃ euitari debent aquis
decurrentibus ꝓpinqua ⁊ uentis ſeptẽtrionalibus expoſita.
Similiter ⁊ manſio terrea ⁊ antiquis edificijs murorum cõ-
ſtructa. hec de aere ⁊ ſibi annexis.

¶ De motu ⁊ quiete. Caꝑ. II.

I nõ iſtet huic adoleſcẽti paroxiſmus dolorũ aut
alioꝝ accñtiũ ꝓhibẽtiũ motũ corporis: nullo mõ
eſt ſibi laudãda quies. eſt enim cauſa fixionis ⁊ ꝑ
manẽtie materierũ in iũcturis ⁊ capite ⁊ reflexio-
nis uapoꝝ: ex quoꝝ cõmixtione cũ ſpiritibus laxi
tudinis ſpẽs aduenire poſſet in iũcturis ⁊ toto: ut colligit̃ 2°
pmi. caplo de his que ꝓueniũt ex motu ⁊ quiete. ¶ Exercitiũ
itaqꝫ ul̃r: ut motus ꝓgreſſiuus eqtatio mediocris ⁊ ſibi ſilẽs
multũ utiles ſunt ei. qꝛ iuncturas cõfortant excutiẽdo mãs la
xitudinis ⁊ doloris ⁊ oĩum accñtiũ ſupra notatoꝝ. ¶ De pti-
cularibus autẽ exercitijs optia ſunt ei frequẽs capitis frica-
tio. abſterſio uel pectinatio. ſilr ⁊ mãeruꝫ a capite abſtractio
per denunciationẽ eleuationẽ uocis caloꝝ pãnoꝝ applicatio
nẽ ⁊ frequentem excernutationẽ regulariter adminiſtratam
poſt uſes cibones: ⁊ paucam repletionẽ capitis ſenſatam: que
per abſentiam doloris capitis cognoſci poteſt. Igitur mane
⁊ ſero ſtomacho non grauato cibis ꝓuocet̃ ſternutatio cum
puluere hoc narib⁹ inſufflato uel attracto. Cuius q̃titas non
trãſcendat quantitatẽ grani frumẽti. ⁊ fiat leuiter eius attra
ctio uel inſufflatio. Eſt adẽ pulueris hec deſcriptio. ℞. coſti:
piperis albi: ſtaphiſagrie: arthanite: piretri. añ. ℈. 5. ellebori
al. ℈. i. partes. ij. puluerizentur: ⁊ fiat ut dictum eſt. ¶ Exer-
citiũ etiã ſpeciale iuncturaꝝ ad defendendũ eas a fixione mãe
rum in eis eſt fricatio leuis earũ, ⁊ ꝓprie facta cũ his que ca
lefaciendo reſoluendo ⁊ exiccando mediocriter mãs a iun-
cturis expellunt: ſicut frequens aſperſio earum cũ aqua ſalſa
maritima uel artificialiter tali: ⁊ cum fricatione earum facta
cum oleo ⁊ ſale contrito. q̃re breuiarij 4° caꝑ de preſeruatio-
ne iuncturarũ a doloribus. Et ex eis que cuſtodiunt hoiem
ne accidat ei podagra: eſt embrocatio cuꝫ aqua ſalſa qñ fun-
ditur ſup duos pedes ſemp. ⁊ ſal tritum qñ aggregat̃ cũ oleo
⁊ fiat ex eis emplaſtrum in pedibus uel ſuper fricatio. hec de
motu ⁊ quiete ⁊ annexis.

¶ De menſura ſomni ⁊ vigilie. Caꝑ. III.

p Ro menſura itaqꝫ hoꝝ ꝑmitẽdũ: q̃ cõueniẽtior
hora dormiendi eſt nox q̃ dies. lꝫ ꝓpter ↄtingen-
tias nõ paucas dormitio etiã diurna iterdici non
debeat: ut cum contingeret laxitudinem ſucceſſiſſe motibus

corpis et alalibus fortibus. ſcʒ 2° pmi cap ut ſupra. Talis enim dormitio eſt et ſm curſum nature facta que noctẽ non effugit et diem nõ impedit. Ubi aũt adoleſcẽs iſte non multum ex laſſitudine debilitatus eſſet. et magnã in ſpiritibus alalibus reſolutionẽ nõ hẽt: quoꝝ reſtaurãdoꝝ grã pcim inuẽtus eſt ſomnus: non ↄuenit ei aliquo mõ diurnus ſomnus. Quare 2° pmi. doctrina 2ª. ſũma 5ª. cap 13°. In die dormire malũ eſt et ad malas ↄparãs egritudines. gñat enĩ egritudines humectantes et reumatiſmos. corrumpit colorem. et inflat ſplenẽ. laxat neruos: et efficit pigritiam. ❡ Ex quibus ↄcludi põt q̄ et ſi ſomnus grã digõnis et reſtaurationis alalium ſpũum huic iuueni ↄueniẽs eſſet. tutius tñ eſt ei a tẽperata dormitione recedere partiper per remediũ vigiliarũ q̄ econtra. Itaqʒ dormiendum eſt ei capite notabiliter eleuato. talis enim preparatio materias ad caput euaporare minus iclinat. eo q̃ nõ fit tanta mẽbroꝝ utriuſqʒ uentris inferioris inuicem copula. ❡ Oino aũt cauare debet dormitionẽ reſupinaꝫ: qm̃ mãs ad poſteriora: ut ad nuchã et neruos declinare facit ut 2° pmi. allegato cap colligẽdũ. Et ſi ois eque bene in ope ſicut in uerbo liberari poſſent: pmus qdẽ ſup dextro: deinde ſuper ſiniſtro latere dormiendum eſſet. et tertio iterũ ſuper dextro latere accubitus fieri debet. Talis enim dormiendi modus organa digõnis omnia conuenienter rectificat aliter vigorat. ❡ Neqʒ attendendũ eſt qõ frequẽter a multis dr̃: q̄ dormiẽdũ ſit ſup lecto pleno coto aut ſilibus ei. tales enim fantaſie: neqʒ a poſteriori: neqʒ a priori ṽitatẽ hñt. Ego enĩ tales ſibi dimitto fantaſias et lectũ ex pluma molli eligo: q̃ utilius.

❡ De regimine accidentium anime. Cap. IIII.

Niſi aliqualiter pmoueret me argumẽtũ ab etate ſũptũ ꝓnunciarẽ audacter conuenire debere huic iuueni oẽs aie paſſiones: per q̃s fortis et ſatis uelox fieret in humoribus et ſpiritibus motus. Quare aliqñ iracundiã incidere bonũ eſſet. Silr̃ etiam et fortẽ et lõgã meditationẽ circa delectabilia et triſtãtia: ut frequẽter ↄuerſari i locis ubi hyſtorie delectabiles pferant: ad riſũ notabilr̃ inclinãtes: aut rerũ triſtantiũ memoriã adducanť. ❡ Ex qbus oibus facto in ſpiritibus et humoribus notabili motu: et uapoꝝ uel uentoſitatũ ↄſumptio. et humoꝝ digõ et excuſſio melius fieret: q̃re tñ hoc facilius dici q̄ adminiſtrari ſecurius eſt. raro irã et ſiles paſſiões aie uehemẽter agitantes incidere et maxime in pſeuerãdo in eis. Exterminãt enĩ hec oia: et mutãt corpus ab ea que eſt ſcʒ nãʒ conſiſtentia. 3° tegni. ❡ Et qt apud illuſtres phyſicos ut in pluribus ſub accntibus aie coitus collocari ſolet: ꝑpter uehementẽ aie aff. ctionẽ ad appetitũ eius ſepe: aut ꝑpter delectationẽ ingẽtem que in eo ↄtingit. Ideoqʒ de ipſo paulisp agendũ: neqʒ igiť multotiens appetitu debet coitus: neqʒ etiã eius ludo frequẽter inſiſtendũʒ eſt. Nihil enim eſt qõ corpus exterminet magis et exanimet q̄ coitus: et nihil etiam eſt qõ hiſchies. i. anchará dolores et incurabiles egritudines hũano corpi irradicet q̄ coitus multus. ut clare colligi põt 20° tertij. cap de nocumentis coitus. Raro igiť ab hoc iuuene coeundũ eſt: et ꝑprie uſqʒquo non plene curatus fuerit. ❡ Ad officiũ igiť coitus nemo accedere debet niſi prius incitatione ab appetitu nãli iclinãte debite facta. neqʒ nãliter promoueri debet ab obiecto extrinſecus frequenter occurrente. Fiatqʒ prima iã digõne cõpleta. et ſcõa etiã qõ videť eẽ tpe aurore in diebus hyemis. et ab hora decima uſqʒ ad 12am in tpe eſtatis. Sicqʒ ut pretactũ eſt ad coitum inuitãte appetitiua virtute tranſiri põt ſemel aut bis in ſeptimana ad plurimũ expediẽdo actum eius abſqʒ magna ↄcuſſione: ſed motu ſuaui corporis deliciã eius ultimate exequendo. poſt quẽ actũ eius dormitioni accubãdum eſt. et ab exercitio abſtinendum ſaltem forti. et per interuallũ hore ad minus corpus cibarijs facilis et boni nutrimenti cum menſura rõnis aſſumpti reſtaurari debet.

❡ De regimine per inanitionem et repletionem. Cap. V.

Iuuenis iſte replẽonem oẽm cauare debet: eo q̃ caloris nãlis ſuffocatiua eſt. De humorali autẽ repletione nihil ad pñs: q̃ in regimine medicinali de eo aliqd agetur. Solũ aũt hic intelligitur de replẽone ꝑp cibos et potus eueniente. Pro qua alique regule breuiter tranſcẽtur. ❡ Prima eſt. q̄ nunq̄ cibũ aut potum accipiat ſtante faſtidio aut abominatione ſtomachi. tunc enim neqʒ cum delectatione aſſumentur nec bene digerentur. ❡ Scõa regula. nunq̄ accipiendus eſt cibus ſtante uentris ſtipticitate ſaltem magna uel retentione aliarũ ſuperfluitatum. ❡ Tertia regula. q̄ nũq̄ aſſumatur cibus niſi fames aut appetitus ad ipſum inuitauerit. ❡ Quarta regula eſt. q̄ nunq̄ aſſumentur cibaria ex pluribus et diuerſis cibis et potibus facta. ❡ Quinta regula. q̄ leuiora cibaria alijs premitti debent de quibus inferius. ❡ Sexta regula. q̄ nõ oportet in cibatione longũ tempus expendere ne diuerſitas digeſtionis in nutriente acquiratur. ❡ Septima regula. q̄ cibus omnis anteq̄ deglutiatur cõuenienter premaſticari debet. Octaua regula q̄ nunq̄ ciborum et potuum tanta q̄titas accipiatur ut ex ea grauet ſtomachus. deterior enim cibatio eſt que in ſtomacho grauitatẽ eff. cit. ſicut deterior potus eſt qui in ſtomacho fluctuat. ❡ Ultima regula. q̄ euitentur cibi qualitates malas ratiõe intenſionis gradus habentes uel uenenoſa qualitate participantes: ſicut fungi omnes et ſimilia. ❡ Itaqʒ cum contigerit aliqua de cauſis factam eſſe replẽonem ad ipſam euacuandũ ſubito feſtinandum eſt. Si enim ciborum corruptorum in ſtomacho ſigna apparuerint ex odore uel fetore ipſorũ eructuatione diuerſa: aut alio ſigno cognoſcibili ſaltem cibus ille a uomitu educi debet. et laudo etiam uomitum non ſolũ gratia euacuandi corrupta cibaria: ſed etiãʒ gratia minorãdi et eradicãdi materias egritudinũ que nãliter longe ſunt. De egritudinibus enim dignioribus: ut in eis fiat uomitus ſunt cronice: ut hydropiſis epilepſia: melãcholia: lepra: podagra et ſciatica. 4° pmi cap de uomitu. et 2° tertij et 22° euſdem. ❡ Neqʒ etiam inſtantia eſt conueniens: quia vir iſte nõ apparet habitudine et cõplexiõe cholericus. qm̃ regule ille intelliguntur de operatione regulari. Inſtante autem neceſſitate uomitus prouocari debet. ſemper non exiſte magna diſtractione ad oppoſitum: et maxime in iuuene iſto. cuius collum pectus et ſtomachus in ſuo plaſmate uidentur fortis ſatis. ❡ De melioribus autẽ inſtrumẽtis ad ꝓuocãdũ uomitũ eſt hoc et leue. ℞. aque decoctionis granorum uel carnoſitatis raphani. ℥. iij. ſyrupi ſimplicis acetoſi. ℥. j. ß. exhibeatur totum tepidum. et ſi non uomuerit poſt illud per vnam horã intromittatur digitus uſqʒ ad radicem lingue: aut penna iuncta oleo. et fiat ibidem titillatio et euomat. ❡ Si autem uomitiuum fortius facere uolueris decoctioni granorum raphani quando fiat addantur grana duo elebori nigri: et fiat ut dictum eſt. ❡ Si autem repletionis in uentre inferiori ſigna apparuerint euacuandũ eſt cũ cliſteri. Cuius deſcriptio. ℞. decoctiõis foliorũ blete malue: et mercurialis lib. j. olei oliuaꝝ. ℥. iij. ſal' cois. ℥. iij. hñdicte. ℥. iij. zuccari caſſiefiſtul. añ. ℥. vj. In tempore autem hyemis predicto cliſteri addantur ierepigre. ℥. vj. aut ieralogodion tantundem. et melius eſt propter impedimentum quod qñqʒ contingit ei in ꝓlatione ſermõis. et põt ẽt multiplicari doſ. hñdicte a medio ſeptẽbris uſqʒ ad pñm aplis et loco olei cois predicti cliſteris in tpe eſtatis põt poni oleum violaꝝ. ❡ Quantũ võ ad inanitionẽ caueat omnem inanitionẽ ſuperfluentem propter debilitatẽ virtutis que neceſſario ſequitur oẽm euacuationem fortẽ. hec de inanitione et repletione.

❡ De regimine per cibum et potum. Cap. VI.

DE cibis aũt et potibus nũc vltimo dicẽdũ ẽ. Sit igitur panis eius plus fermẽtati hñs et ſalis q̄ cois panis et ↄuenienter coctus. et ſi tpe ueris utereť pane ordeaceo: aut de ſpelta facto melior eẽt ei ꝑp maiorẽ exiccationẽ. Euitet ẽt oino panẽ azimũ: aut non bene coctum. ſimiliter etiã effugiat cibaria oia de paſta ut laganas: uel de farina frumẽti facta. niſi prius fuerint in furno bene cocta: farina autem ordei nõ eſt ei vituperabilis

neqꝫ iuſcula ptiſane de ea facta. ¶ Carnibus autē utaṭ que non habeant ſupfluā humiditatē actualem uel potētialē ſed magis ad exiccationem iclinentṭ: ut ſunt carnes lepoꝝ gaçelli ꝛ apri ꝛ omnium auium ſylueſtriū in aqua non degentiuꝫ ut ſunt columbi: ꝛ proprie ſylueſtres: turtures faſiani pdices ꝛ ſimiles. ¶ De quadrupedibꝰ ut ſunt carnes uituli lactētis etiā annualis carnes hedine. Rarius autē aſſumanṭ carnes agnine ꝛ caſtratine. Carniū vō ſalitaꝝ nō ualde pinguiū uſus ualde cōueniens eſt ei. ſiue fuerint elixe uel aliter cocte. In ſūma igiṭ ut in pluribꝰ adhereat carnibꝰ pulloꝝ ꝛ colūborum ꝛ maxime qꝛ digeſtio in eo videṭ eſſe fortis: ꝛ ſi non eſſet ita non laudaretur ei uſus carnium colūboruꝫ: ſunt enim tarde digeſtionis ꝛ lōge more in ſtomacho 13ꝰ tertij. licet ſylueſtres colūbi: imo ꝛ omnes carnes tales ſint meliores domeſticis quare ;ꝰ Almāſoris cap̄ 32°. Sylueſtres carnes meliores eē dicunt: ꝛ ſanguis ex eis genitus paucas habet ſuperfluitates caro etiam magne auis que habet dentes in ſuo palato que ſolet inueniri ſepe in montibꝰ vincētinis eſt ſibi utilis: ꝛ indigene auem illā vocāt plonem. ¶ Piſciū autē uſus nullo mō cōueniens eſt ei: ꝛ meliores forent ſalſi q̄ recētes. ꝛ frixi q̄ elixi. Raro igitur eis uti debet. ¶ Et ſi qnqꝫ accipiat ex eis ſint ſicut lucij: marſiones torrētine ꝛ ſiles: anguillas aut tēchas ꝛ cancros dimittat aliis. ¶ Lactis aūt uſus oīno reprobabilis eſt qualitercūqꝫ accipiaṭ. ¶ Caſeus vō uniꝰ anni mediocriter ſaliṭꝰ ſolidus ꝛ per inciſionē frāgibilis ſibi cōcedi pōt ꝛc̄. ¶ De oleribꝰ aūt euitenṭ omnia frīda ꝛ humida potētia: ut blete ſpinachie portulaca endiuia cucumeres cucurbita ꝛ pepones ſaltē multū uſus. ¶ Olera vō minuta ut ſaluia roſmarinꝰ: ꝛ petroſelinū ſeniculus apiū bugloſſa ſerpillū hyſopus mēta caules oīa ſibi cōuenientia ſunt. ¶ De radicibꝰ aūt uti pōt aliqn raphano: ꝛ cepe ſub cineribꝰ cocto oleo melle ꝛ ſale cōdito ꝛ bulbo. ¶ Alleū vō ꝛ porruꝫ ꝛ ſi rōne caliditatis cōuenire viderenṭ. dimitti tn̄ debēt ꝑpter multitudineꝫ uentoſitatis puenientis ex eis. alleū enim ſiſam facit 4° de regimine acu. ¶ Rape aūt ꝛ napi omnimō ꝑparationis ſibi utiles ſunt. Silr paſtinache ſylueſtres ꝛ domeſtice. ꝛ in ſumma radices oēs caliditatē ꝛ ſiccitatē hñtes nobilē abſqꝫ uentoſitate eoꝝ. ¶ De fructibꝰ autē euitētur oēs horarij ut ſunt ceraſa: quoꝝ uſus ꝑpter ſupfluā humiditatē eoꝝ nō placet niſi raro ꝛ gratia mollitiōis uētris accipianṭ. Apud aūt italos quedā ſpēs ceraſoꝝ inueniunṭ que acetoſa ſunt: amarilia noīata: ꝛ aliqua inueniuntur ſolida dura que utraqꝫ frequentius ei concedi debent. eo qꝛ minus humida ſunt. imo aliq̄ ſiccitate participantia. ꝑpter eandem etiam cauſam nō placet mihi frequens uſus pſicorum: uiuberum: pomorum apiꝫ: ꝛ ſimiliū. Fructus vō omnes notabili dulcedine pticipantes ꝛ ſolidi ſubſtantia pſunt ei: ut ſunt ficus ꝛ uue bñ mature: poma ꝛ pira notabilr dulcia: auellane: amigdale dulces: etiā nuces ſibi conueniunt. Caſtanee vō omnino dimittātur: licet enim caſtaneas in nutriendo q̄ſi pares frumēto ſcripſit Gal. 2° alimētoruꝫ. cap̄ 36°. qd̄ qdem intelligi debet eas comparando ad alios ſylueſtres fructus: qꝛ tamē earuꝫ nutrimentū uentoſum eſt compacti groſſum ꝛ viſcoſum dimittatur earū uſus. ¶ Grana vō pinearum licet cōmuni auctorum ſentētia nerutis videanṭ habere iuuamētum. tn̄ qꝛ parua caliditate ſua ꝛ unctuoſitate multa remollitiua ſtomacho nocētꝰ: ut ;ꝰ tertij colli. cap̄ de nocentibus ſtomacho. Jō dimittantur: ꝛ intātū ſcripſit Auicēna 2° canone. qui uoluit ipſa infundi debere in aqua calida: ꝛ condiri cū melle ad homines frigide complexionis: cuꝫ çuccaro vō ad calidos. ¶ Fiſtici autem qꝛ ponuntur calidi ꝛ ſicci in ſecundo. 22. continentis. cap̄ 53° auctoritate Bunaſij. conuenientes ſunt ei: eo qꝛ aperiunt meatus uentris ꝛ expurgāt cānales pulmonis. 8° de ſimplici medicina. ¶ Dactyli vō non videntur eſſe conuenientes. eo qꝛ uentrem conſtringunt ꝛ punctionem in ore ſtomachi inferunt: ꝛ dolorē in capite faciunt ꝛ oppilationes in epate ꝛ ſplene. 23. continentis. 2° cap̄ de palma. licet etiam calidi ponantur in primo. De ſecunda vō qualitate paſſiua eorum fuit diſcordia apud ſapiētes: ut patet in Aggregatore cap̄. 65°. nomināt eos inter medicinas calidas ꝛ ſiccas. Auicenna vō de eis parū ſcripſit: ut patet cap̄ de palma. 2° canone. ubi dicit: q̄ periit ſermo de eis cap̄ de dactylis. lꝫ in multis uoluminibus nequaq̄ inuenerim caplm de dactylis: neqꝫ de ſenictbis: neqꝫ de rotab: ꝛ ſunt termini qbꝰ cognoſcunṭ qualitercunqꝫ tn̄ ſit: ſiue in ſiccitate parū ꝛ notabiliter eleuenṭ nō cōueniūt ei ꝑpter ea que dicta ſunt. ¶ Mora vō celſi uel parui ꝛ criſomilla nō placēt ꝑpter humiditatē eoꝝ. ¶ Granata vō dulcia aliquādo ſibi cōuenire pñt. Pōtica vō ꝛ muça nō ſint ei in uſu: niſi gratia lenitionis uētris ꝛ extinctionis caloris aut ſedationis ſitis. ¶ De ſaporibꝰ aūt uti pōt aceto p̄ter q̄ tēpore paroxiſmi. ipm̄ enim nocet neruis. pmo cap̄. ſecūda tertij. Agreſta autē mediocriter ſalſa melior eſt ei. Meliores autem ſunt ei lymones ꝑpter caliditatem a ſquilla acquiſitaꝫ. Succus etiam citrangulorum ſibi conuenire poſſunt. ¶ De cōditis autem utaṭ çinçibere condito a principio menſis octobris uſqꝫ ad finē. ſilr̄ accipiēdo de eo radicē unā bis in ſeptimana: ꝛ tardeṭ poſt ipſum cibus ſaltem quatuor horis. ¶ Citonia vō cōdita aut qualia ſunt nō placēt: eo qꝛ debilitant iūcturas: ut patet 2° cañ. qꝛ ſtomacho notabiliter cōueniunt: pōt ex eis aliquādo accipe poſt cibum: ꝛ ꝑprie in mane. ¶ Cortices etiā citranguloꝝ ꝛ citri cōditi ꝛ ſecacul conditū omnia ſibi utilia ſunt. ¶ Accipe autem bis in ſeptimana mirabolanū unū kebulum conditum eſſet ſibi utiliſſimuꝫ. Oliue etiam condite: cappares ꝛ rape ꝛ napi optime ſunt ei. ¶ De granis autē dicēdum primo q̄ oīs leguminum uſus abhorrēdus eſt. Alenes enim incurreret debilitates neruorū ꝑpter comeſtionē leguminū. ut 2° affo. cōmēto 17°. ¶ De leguminibus aūt quibus ueſci pōt: ſunt cicera rubea: ꝛ ꝑprie ius eorū coctū cū radicibus aperitiuis: tale enim neruis ꝛ iūcturis laudaṭ: eo qꝛ materias ab eis diſtrahit. ut 3° cañ. cap̄ de cura paraliſis. ꝛ nō deberet comedi in pncipio. neqꝫ in fine cibationis: ſed in medio: ut 2° cañ. cap̄ de cicere. ¶ Panici etiā uſus mihi placet. ipm̄ enim ꝑpter ſuā ſiccitatem parū ꝛ bñ nutrit. ꝛ ꝑpter ſuam lenitatē urinam puocat: licet frigidum ꝛ ſiccū ſit in ſecūdo. 21° cōtinētis cap̄. 109°. ꝛ colligi pōt 2° cañ. cap̄ de gegueris. ¶ Riſum aūt cōueniēs eſt ei: qꝛ calidum ſiccū in pmo. 21° cōtinētis cap̄. 126°. ꝛ quia etiā cōuenienter nutrit ꝛ exiccat nō tamē cōmendaṭ cum ſtipticitate: eo qꝛ aliquā ſtipticitatē habet. 8° de ſimplici medicina caplo ſuo. ¶ Lentes autē ſaltē abiecta pma decoctione aliquādo comedi pñt ꝑpter exiccationē quā hñt. Si vō aſſumanṭ cū pma decoctione magis apitiue ſunt: earū tamen uſus non multꝰ ſit. ¶ Fabe vō faſeoli ꝛ cicera alba dimittanṭ: eo qꝛ caput ꝛ neruos ledūt ꝛ iūcturas debilitāt. hec de cibis dicta ſufficiāt ꝛc̄. ¶ De potu aūt paululiſper agēdum. pmittēdum pmo q̄ vini uſus abſcindēdus eſt: ꝛ ꝑprie tpe inſtantie doloris capitis ꝛ iūcturarū: in quo tpe conueniens eſt ei uſus hydromelis facti ex ſexdecim partibus aque ꝛ. xvij. mellis. Cuius decoctio ſit uſqꝫ ad cōſumptionē tertie ptis. Et ſi ꝑpter nocumentuꝫ ſtomachi noceret a melle bibat aquā çuccari cui admiſceaṭ ſexta ps ſucci uṭ vini granatoꝝ ſuis tpibꝰ. Reliquo aūt tpe bibere pōt vinum: ꝛ argumento ſumpto a nocumēto capitis ꝛ ſtomachi conuenientius eſſet ei vinū album: eo qꝛ digeſtibilius ꝛ mēt. i. caput minus pcutit. 2° de regimine acutoꝝ. ueruꝫ ꝑpter maiorē aptionem eius per quam materias ad iūcturas inclinat non detur eidem. quare vinum eligendum eſt ſubſtantia non ualde ſubtile colore cere ſolum ſapore mediocre aut ad aliqualem ponticitatem inclinatum: ꝛ ad remiſſam dulcedinem: habens ꝛ odorem delectabilem: quod quideꝫ ſi non fuerit uehementer vinoſum bibatur ſimplex. Si autem fuerit potens ualde frangatur cum aqua frigida in diebꝰ caloris ꝛ cruda. Cocta vō in diebus frigoris. hec de cibis ꝛ potibus ꝛc̄.

¶ Tractatꝰ ſecūdus de regimine per medicinalia.

Expedito itaqꝫ primo regimine huiꝰ adoleſcētis per menſurā, rerū

nō nālium ad regimē medicinaliū tranſeundū eſt. Et erit hic tractatus in tot capla partiēdus quot ſunt intentiones in regimine harū diſponū neceſſarie. pª intētio erit mārum eius minoratiua. 2ª erit diuerſio earū. 3ª vo mārū digeſtiua narrabit. 4ª vo mās eradicandas euacuabit. 5ª erit accītiuz correctio. 6ª vo ꝛ ultima erit membroꝝ recipientium confortatiua ꝛ mandantium rectificatiua.

De flobotomia ꝛ euacuatione minoratiua. Cap.i.

In huius capli mā parū oportet extendere ſmonē: eo qꝫ eximij doctores: qui paulo ante hāc diſpōnem magno rōnis ſcrutinio peruenerūt parā eſt ea a qbus uſr incipiēduz eſt optime pcurauiſſe. Verū qꝫ hoīum diſpōnes nō ſunt fixe ꝛ pmanētes imo maxime mobiles: ꝛ frequēter cōtingit renouare repletiōes: aliqua circa intentionez hanc gratia pulchritudinis opuſculi leuiter percurrantur. Apperētibus igitur ſignis uſis plectorie flōmetur hic uena nigra de ſiniſtri brachij educēdo ſanguinis .℥.iiij. uel .v. ad plus. ꝛ ſi uiderenſ ſigna lapſuz epatis oſtēdentia flobotomet eius brachij baſilica ſub cubito inuenta: aut ramus eius ſaluatelle noīatus inter auriculares ꝛ anularem digitos apparēs: ꝛ extrahatur ſanguis: ut dictū eſt. Apperentibus aūt ſignis plectorie nō neceſſitantis ad flobotomiā euacuāda erit mā cum farmaco electiue educente mās: quarum diuum appꝛehēdetur: ꝛ qꝛ uēriſimile eſt ꝛ deducibile de his que poſita fuerunt in caplo pº huiº opuſculi dīari mās flaticas notabilr. choleræ vo parū ꝛ multo minus apparere ſanguis. Ideo euacuēſ hec mā cū hoc appropriato farmaco. ℞. pillularum de iera gal. ℨ.j. agarici electi. ʒ.j. ſinçi. ǧ.iiij. reformenſ pillule. vij. uſ ij. cū electuario ſucci roſa: ꝛ exhibeanſ in aurora: ꝛ dormiat poſt eas per horam vnam. ꝛ hora quinta poſt aſſumptionez earum bibatur cyathus aque cocte cum ſuccaro: ꝛ tardetur cibus per horā vnam. Melius autē minoratiuum materierum iſtarum eſſet hoc. ℞. pulueris hermodactyloꝝ: agarici electorū. añ. ℨ.j. turbit electi. ℨ.ſ. ſinçi. dauci: cinamomi electi. añ. ʒ.ſ. ſalis indi. ǧ.ij. aque folliculorū uel lupulorū: ꝛ capil. ue. añ. ℥.ij. fiat oium horum infuſio per diem nālem: deinde calefiat totum. ꝛ coletur ꝛ expumatur: ꝛ detur in potu: ꝛ obſeruētur oia que de pcedentibus pillulis ſcripta ſunt. Ego vo inter reliqua minoratiua magis laudarē aperitionem emorroidarum: eo qꝛ iam cōſueuit hēre eas. Etiā qꝛ earꝫ fluxio magnum affert iuuamentum oibus cronicis egritudinibus. ut patet 17º tertij. Ideo cum opportunitate tpis aperiantur fricando eas cū folijs ficus: aut cum panno aſpero: aut fricādo eas cum radice artbanite recentis: aut radice ireos: uel cum pauco puluere euforbij: aut flōmādo eas: aut ſanguiſugas eis applicando: que magis tumentes apparebunt ꝛ erit modus facilis ſatis. Et ſolet earꝫ fluxus vna uel duabº ſeptimanis durare: deīde per ſe reſtringunſ ut in pluribus. Hanc ēt intentionem cōplet: ſed in longiori tpe abſtinētia a q̄titate ciboꝝ: qꝛ ipſa exiccat corpora. 7º affoꝛ. affo. 59º. Similiter adminiſtratio cliſterioꝝ ꝛ uomitus que ſupra ſcripta ſunt. Pillule bone ad minorandū mās ſi accipiaſ ex eis ol die uel ſaltē tertia die vna ante cenaz. ℞. aloes ſuccotrinī ℥.j. agarici hermodactyloꝝ: turbit electoruz. añ. ℨ.ſ. maſtices ſinçi. ſpice. cinamomi electi. añ. ǧ.v. fundanſ oia pulueriçata in. ℥.iiij. ſucci foliorū ireos: ꝛ exponantur ſoli ut exiccenſ: deinde iterum ſuperaddatur ſuccus: ꝛ ita ter renouetſ: ꝛ fiāt ex eis pillule ex omni. ℨ.vj. que exhibeantur ut ſupra.

De modo diuertendi materias. Cap.ii.

Apparet ex pmiſſis in precedenti caplo eſſe difficile imaginari poſſe q̄ aliqua ſint iſta mās euacuantia minoratiue quin eas diuertāt. Itaqꝫ pro huius intentionis in precedenti capitulo ſubincluſa videſ. ꝛ maxime ubi de emorroidibº actuz eſt. Si aūt diuerſioni fortiori magis eſſet opº iſtāte necītate flōmeſ ſaphena dextri pedis ſup cauicula illius poſita et extraheſ ex ea minus de ſanguine q̄ de alijs dcīn eſt: eo qꝛ flōmia uenaꝝ inferioꝝ magis debilitat q̄ ſuperiorū. 4º pmi. cap 20º. Silr etiaz ꝯſerūt uentoſe cū ſcarificatione naribus appoſite aut ſpatulis ſm exigentiā diuerſionis diſtantioris aut ppinquioris: que fieri debet per plꝫ q̄ per vnaz diametrū: ꝛ minus q̄ per duas: ut 4º pmi. caplo pmo. colligendū. Frequēs etiam ꝛ fortis extremoꝝ fricatio: ꝛ eorūꝫ ligature doloroſe materias a ſuperioribus ad inferiora: ꝛ a centro ad circunferentiam cōuenienter mouent. Amplīº ꝛ 4º medicine rubificantes ꝛ diſiccantes extremis mēbris appoſite: cōuenienter itr ās diuertere pnt: ſicut appoſitio empli cū fermēto ꝛ aceto: ꝛ corporibº cātaridarū facti: ut ſup carnoſis tibus tybiarū ꝛ coxarū: aut ſup naribus uel ſpatulis applicari debet ſm q̄ videretur opus diſtrahendi ab vna parte magis q̄ ab alia: ꝛ hoc remaneat in coniectura exercitati viri. Domeſticuz aūt diuerſiuū pōt eſſe hoc. Recipiantur recentiā folia flammule uel apij ranini: ꝛ diligenter contrita. r ꝛ apponantur: ut ſupra.

De regimine per digerentia ꝛc. Cap.iii.

De digerentibus aūt cola ſunt ſicut gelenīabin ꝛ oximel utrunqꝫ ꝛ ſyrupus de ſticados ꝛ de calamento ꝛ cōpoſitus acetoſus çuccarinus. De domeſticis autez cōpoſitis eſt hoc. ℞. aque melliſſe que adueniatur flegmati. ℥.v. Et fortius illo eſt. ℞. aque melliſſe. ℥.ij. aque iris. ℥.iij. miſce. Et iterum fortius illo eſt hoc. ℞. aque ſticadis. aque iris. añ. ℥.ij.ſ. Et iteruꝫ fortius illo eſt ſyrupus de ſticados: ſyru. de abſinthio. añ. ℥.vj. aque melliſſe: aque abſinthij. añ. ℥.ij. miſce. Et ſi pp etatem timeretur ex iſtis caliditas epis: frangantur digeſtiua pdicta ex cōmixtione aque acetoſe uel endiuie ad epar ꝛ ſplenē: ꝛ aque lupulorum: ꝛ ſilium ad renes: ꝛ ſic de alijs. Digeſtiuum bonuz ad mās flaticas: qđ eſt ſtomachale cerebrale: iuncturis ꝛ oibus mēbus conueniens: de quo magnā inueni utilitatē: ꝛ per me compoſitū. ℞. melliſſe: pulegij: ſaluie: florū roriſmarini: betonice. añ. M.ij. herbe paliſie: paucedani: ameos: aſſari: ſticados: eupatorij. añ. M.j. galāge: nucis muſ. granoꝝ paradiſi: baccarū lauri: granoꝝ peonie. añ. M.ſ. infundantur oia in lib. viij. aque per duos dies: deinde coquantur lento igne uſqꝫ ad ꝯſumptionez medietatis. poſtea colenſ ꝛ fortiter expumenſ: ꝛ colature addaſ çuccari lib. j. ſ. aceti ſquillitici. ℥.iiij. deinde leuiter bulliant: in qua decoctione bulliāt ſpecies iſte in ſyndone ligate. ℞. ambre muſci. añ. ǧ.ij. amomi: granorum paradiſi: radicum peonie: acori calamenti: galange. añ. ʒ.ſ. ꝛ oia ſubtiliter pulueriçentur: ꝛ fiat ex eis ſyrupus longus de quo aſſumantur. ℥.v. in aurora: ꝛ ſit calidus. ꝛ tardeſ poſt eius aſſumptionem cibus quattuor horis. Si autez uelis ipm facere cōplete decoctionis accipiantur ex eis. ℥.ij. cū tribus. ℥. aque maiorane: aut betonice uel melliſſe uel ſaluie. hec de intentione tertia.

De euacuatione eradicatiua mārum. Cap.iiii.

Eradicant mās oia minoratiua ſuperius tacta ſi doſis illorum augeatur in ſexquialtera magis q̄ ſit ſcriptum: aut ſm tenorem virtutis comprehenſum ab eo qui fuerit doctrina ꝛ experiētia doctus. De euacuātibus autem mās flegmaticas ſecuris ꝛ conuenientibus ſunt pillule de ſarcocolla de ſcriptione Meſ. maiori ꝛ minori: quarum doſis ſit a. ʒ.ij. uſqꝫ ad. iiij. ſed mediuꝫ tenere q̄ complete euacuare tutius eſt. Item pillule de iera deſcriptione Auic. 5º canon. Pillule bone ꝛ ſecure ad hanc intentionem ſunt hec. ℞. artbanite: hermdactylorum: agarici electi. añ. ʒ.ſ. turbit. ʒ.j. partes. ij. ſiçi. aniſi: dauci: ameos. añ. ǧ.ij. formenſ pillule cū ſuc. maiorane ꝛ exhibeanſ: ꝛ ſunt vna doſ ꝛ mediocris ſatis. Eradicatiuum vo liquidum ꝛ conueniens poterit eſſe hoc. ℞. tere ſimplicis. ℨ.ſ. agarici electi. ʒ.j. ſinçi. ǧ.iij. totuꝫ hoc deſ in potu cum aqua decoctionis macis: aut ſublimationis ſaluie uel maiorane. In oibus autem ſolutiuis iſtis obſuent canones qui ſupra poſiti fuerunt in pº caplo de minoratiuis. Solutiua vo fortiora hincinde plurima ab auctoribus

digere poteſt: ſed non ſunt hec ſecura.

De accidentium correctione. Cap. v.

Hec itaqʒ accidētia correctiōe indigētia plurima ſunt. Quorū primū eſt Soda. Secūdū cōturbatio in ſōno. Tertiū eſt īpedimētū proferēdi ſmonē expedite. Quartū eſt dolor ⁊ grauitas in ſtomacho nō raro apparēs. Quintū eſt dolor ſpatularū. Sextū urine retētio. Septimū eſt emorroidarū reſtrictio. 8m ⁊ ultimū iūcturarū ferē oium manifeſta debilitas.

De cura doloris capitis. Cap. vi.

Primū itaqʒ .ſ. dolor capitis extenſiuus ⁊ grauatiuus toti capiti cois: ⁊ maxime poſteriori pti que ab arabicis ſoda: a grecis vo cephalea nominatus eſt: ⁊ ſm q in altera pte magis nocet q̄ in alia emigranea noiari pōt. Si toti caput inuadit galea ab antiqs dictus eſt: oēs itaqʒ he ſpecies doloris per ea que poſita ſunt in quatuor capitulis antecedētibus curari poſſunt. nā ⁊ minoratiue euacuationes digeſtiones ⁊ eradicatiue euacuatiōes materierū ɔuenientes ſūt imo neceſſarie.

De particularib° aūt exiccātibus materias ad caput ⁊ dētes ⁊ ſoluētib° eas ſunt pille aſſaiaret deſcriptiōe Auic°. p° tertij. cap° ult°. ⁊ ꝓprie ſi eis addat tertia ps agarici ⁊ fiat ex eis pilla .j. magna que exhibeat p duas horas poſt cenā.

De exiccantibus vo non reſolutiuis ſunt ſicut tyriaca hermetis ⁊ metridatum: ⁊ aurea alexandrina: ex quibus exhiberi pōt .ʒ.j. per duas uel tres horas poſt cenam cū modico aque maiorane. Ego vo libentius exhibeo talia per ſeptem horas poſt aſſumptionem cibi. Locale bonum ad dolorē capitis antiquū: ⁊ leue eſt hoc. ℞. rute recentis. M. iiij. ſolatri recentis. M. j. ſ. croci ʒ. j. ſalis cōmunis. ℥. ſ. farine ordei. ℥. j. cū albumine vnius oui: ⁊ applicet calidū dolentibus capitis uel toti capiti. Et fortius illo eſt hoc. ℞. radicū brionie recētiū lib. j. abſinthij: calamēti: origani recentiū. aā. M. j. farine ordei. ℥. ij. croci. ʒ. j. ſcamonee. ʒ. j. ſ. olei liliorum al. ℥. iij. fiat emplaſtrum omnibus minutiſſime contritis: ⁊ calidum applicetur ut ſupra.

Corrigatur 2m aūt accñs .ſ. cōturbatio in ſomno cum electuarijs ſupra poſitis: ⁊ proprie cum tyriaca hermetis. Et ſi apparerent agitationes in ſomno magne: melior eſt aurea alexandrina exhibita cū decoctione granorum papaueris. Ego aūt tales conturbationes ſepe remoui dādo in potu. ℥. ij. ſyrupi de papauere cū. ℥. iij. aque diſtillationis floꝝ camomille: aqua etiā diſtillationis recētiū florum croci mirabilis eſt: ſi detur ex ea tepida. ℥. iiij. circa dormitum. Et digne quidem: quia crocus eſt de medicinis calidis ſomnum prouocantibus: ut patet ſecundo can. cap° de croco.

Tertiū vo accñs .ſ. impedimētum proferendi ſermonem corrigitur exhibendo bis in ſeptimana ʒ. j. ſ. ieralogodion cum aqua decoctionis roriſmarini.

Itē cū oris collutione ſepe facta: ⁊ ex coctione iſta. ℞. pulpe collocintide. ʒ. j. herbe biſtorte que uocat Sula. ʒ. ij. zinzi. cicer: galāge: coſti: granoꝝ paradiſi. aā. ʒ. ſ. Coquant oia in lib. iij. aque uſqʒ ad ɔſumptionē medietatis: deinde colentur ⁊ fortiter exprimant: deīde addat oximellis ſquillitici lib. ſ. ⁊ iterū aliq̄diu bulliat. Ex iſta igit decoctione calida ſepe retineat in ore: ⁊ fiat ex ea collutio ⁊ non fallit.

Quartum vo accñs qđ erat dolor ſtomachi extēſiuus uel grauatiuus cū nocumento digeſtiue eiuſdem etiam notabiliter corrigitur per ea que in quatuor immediate precedentibus capl'is poſita ſunt.

De exptis aūt ad illud eſt hoc. ℞. pulueris gariofi. ℈. ij. aque decoctionis origani. ℥. iij. zuccari al. ʒ. j. detur calidū in potu in aurora: ⁊ tardetur cibus quatuor horis: ⁊ ſolet ſedare ſtomachi dolores ⁊ ſingultus a frigido ꝓuenientes.

Decoctio ēt aſſari ⁊ calamēti utiliſſime ſunt. Et qdā laudāt ſuccū recētē camomille: ſi ex eo calo. ℥. ij. detur in potu.

De his autē que laudauit Auicē. eſt puluis ameos: ⁊ ꝓprie datus cū aqua mēthe calida. De localibus aūt expertis ad illū eſt ut inūgat ſtomach° cū calido oleo de nerdo: deinde emplaſtret cū emplaſtro ad dolorē frigidū ſtomachi deſcripto a Raſi 9° Almāſ. cap° de dolore ſtomachi. v. ſus fines. Si aūt iſtaret uehemēs in ſtomacho dolor propter euitare ſpē eius piculū maius neceſſe eſt qnqʒ trāſire ad oppiata. det uaqʒ patiēti. ʒ. j. nouelle tyriace cū modico vini dulcis precalefacti. Et ſi nō habes illā det. ʒ. ſ. filonij bene fermentati ſm canones cū eodem vino: ut dictū eſt.

Quintum accñs ſupra tactum qui fuit dolor ſpatularū cū his que de diuerſionib° uentoſis rubificantibus ⁊ ueſicātibus dicta ſunt facile curari pōt. Et ſi uehemētius inſtaret inūgant ſepe ſpatule vnguēto arogon calido deſcriptione Nicolai in antidotario. ⁊ fortius illo eſt vnguentū marciaton ibi poſitū. Locale bonum ⁊ equale magis eſt hoc. ℞. olei de croco: olei vulpini: pinguedinis dabaon: ⁊ eſt taſſus. aā. partes equales calefiant: ⁊ fiat ex eis vnctio. Ego autē ſcio a poſteriori experientia ductus. q oleum de piretro ⁊ oleum de euforbio omnes antiquos dolores ſpatularum potenter curant.

Sextum vo accidēs q me iudice difficilius eſt. fuit Suria .i. urine denegatio. Et ipſū quidem diſcretā multū ⁊ feſtinā procuratione indiget: q quidem accidens plurimis ⁊ diuerſis indigeret inſtrumentis ſecundum diuerſitatem cauſarum a quibus prouenit.

Videt tñ in adoleſcēte iſto a duplici ꝓuenire cā. Prima eſt multitudo materierū flegmaticaꝝ obturātiū collum ueſice adherētia ⁊ viſcoſitate ſua: ⁊ forte etiā contingit a materiebus eiſdē oppilari vias trāſitus aquoſitatis ab emulgētibus ad renes: aut a renibus ad uritides uel ab eis ad ueſicā. Et ſcda cauſa pōt eſſe ꝓhibitio trāſit° debite quātitatis aialiū ſpirituū per quos dilatari ⁊ cōſtringi debet ueſice collū. que oia adeo difficilia ſunt q nō ſubiacēt recte cognitioni niſi cū ɔiectura magna: ut patet 2° primi. doctrina p° 8° cap°. Si igit hoc accñs ab hac uel ab illa cā prouenit procuret cū his duob°. ℞. decoctionis granoꝝ milij ſolis. ℥. iij. ſpēꝝ litontripon deſcriptione Nicolai. ʒ. j. detur totum calidū in potu. Aliud ⁊ fortius illo eſt hoc. ℞. radicis rubeatinctorum: ſpice nardi. aā. ℈. ij. detur totum calidum in potu cū. ℥. iij. aque diſtillationis capilli ueneris.

Septimum vo accñs .ſ. emorroidarum conſtrictio cōplet ex his que ſupra ſcripta fuerūt capitulo de euacuantibus minoratiue: ⁊ tu lege ibi.

Octauum vo accñs .ſ. mēbroꝝ iuncturalium debilitas uſis corrigit ex his que ſupra partim ex cibis in primo tractatu habita ſunt. ptim ex euacuātibus ⁊ diuertētibus que ſcripta fuerunt. Et pro cōplemento horum videtur mihi ſalubre fore q anno iſto uere ⁊ autumno exponat ſe balneis naturalibus. premiſſis euacuationibus ⁊ cum conſilio ſapientum.

De cōfortatione mēbroꝝ mādātiū ⁊ recipiētiū. Cap. vii.

Ultime vo intētionis finis acqrit per ea que in quinque alijs intētionibus tacta fuerunt: vnū ſupaddēdo tñ q uſus cōfectionis de acoro mirabilis eſt ad rectificādū mēbra mādantia: ⁊ ad fortificandū recipientia ad laudem dei. Amen.

Cōſilium. II.

De mala cōplexione frigida ⁊ humida cerebri accidentali cum naturali complexione totius calida ⁊ ſicca: cum malis diſpoſitionibus ſenſibus tam interioribus q̄ exterioribus cōplicate. ⁊ diuiditur in quatuor capitula.

De cauſis ⁊ ſignis dictarum diſpoſitionum. Cap. i.

Si diligēter conſideretur diſpoſitio uenerabilis patris ⁊ ſerui dei fratris Thome bononiēſis de ordine ⁊ ſacra religione predicatorum videbitur q duo ſunt principalia puncta in eo conſiderāda. Quorum primū eſt uſus eius cōple

pio que indubitãter declinat ad calidũ ⁊ ſiccum per ſe ⁊ no tabiliter. Secundũ vo pũctum eſt mala cerebri eius diſpo ſitio ad frigiditatem ⁊ humiditatem accitaliter conuerſa. ¶ Et pmũ qdẽ ex multis deduci poſſet. Sed ſufficit argu mentũ ſumptũ a tactu caliditatẽ in toto pcipiẽte. ¶ 2° ex gra cilitate hitudinis. ¶ 3° ex cõuerſione coloris eius ad citri nũ cũ aliq̃li opacitate cõmixti pᵖter aduſtionem alicuius partis cholerice materiei. ¶ 4ᵐ ſignũ eſt caliditas a patiẽte pcepta que cogit ipm: ut in longo tpe vino granatorum ⁊ reliqs infrigidãtibus. ¶ 5ᵐ argumẽtũ eſt urinarũ [illegible] ci trinitas pſeuerans. ¶ 6ᵐ eſt uelocitas ⁊ frequentia pulſus eius. ¶ 7ᵐ eſt paſſibilitas eius a calore. facile enim ex ap plicatiõe aeris ⁊ alioꝝ calidoꝝ iſlãmat̃ iſte vir: ⁊ lʒ frequen ter ledat̃ ex applicatione frigidoꝝ ad ipm hoc ↄtingit pro pter raritatẽ ſubſtantie eius magis q̃ propter frigiditatẽ cõ plexionalẽ. ¶ Et qḋ cõfirmat totũ eſt ꝙ ex applicatione po tus dulcis ⁊ aliorum calidorum ſtatim inflãmatur iſte vir.

Secũda uero principalis diſpõ eius eſt mala com plexio cerebri ſui frigida ⁊ humida: quaʒ credo magis eſſe accitalẽ q̃ naturaleʒ. ¶ Siue pmutatio cerebri prouenerit ex malo regimine nõ bñ cooperiendi ca put ⁊ exponendi ipm ad extrinſecus infrigidãtia. ¶ Siue cõtigerit pᵖter uehemẽtiã ⁊ lõgitudineʒ ſtudij ad qḋ ſequi tur reſolutio ſubſtãtialis cerebri ſpũum ⁊ humoꝝ laudabi liũ. ¶ Siue hmõi ↄuerſio cerebri facta ſit pᵖter lõgã ⁊ pfũ dã dormitionẽ replẽtem caput. ¶ Aut quarto huiuſmodi mala cõplõ frigida ⁊ humida i cerebro aegri potuit pᵖter uehemẽtes vigilias: que lʒ pᵒ occurſu calefaciant ⁊ exiccẽt: finaliter tñ pp lõgitudinẽ vigiliarũ fit reſolõ ſubſtantialis in cerebro ad quã ſequit̃ multiplicatio mãerũ frigidarum per viã indigeſtionis. Etiã vigilie calefaciendo pñt eſſe cau ſa attractionis mãerũ ad caput. ¶ Silr etiã aſſũptio cibo rũ ⁊ potuũ multoꝝ frigidoꝝ ⁊ humidoꝝ. ¶ Et coitus ſup replone. ¶ Et capitis decoctio. ¶ Et rara eius ablutio ⁊ humectatio abſqʒ exiccatione. Quacunqʒ igitur haruʒ uel cõſiliũ cãrũ data facile pcipi põt totũ caput eius ⁊ maxime cerebrũ humidũ eſſe humiditate infuſiua que eſt aquoſa ⁊ mucillaginoſa in oĩbus ptibus cerebri iſuſa: ⁊ maxime in anteriori. Et niſi eſſet eleuatio uapoꝝ cholericoꝝ ab iſerio ri regiõe ad caput: que eſt cã reſoluẽdi ptẽ pdictarũ mãerũ aut aliq̃liter rectificãdi eas in mõ ſubſtãtie: ⁊ faciẽdo eas pe netrare pſũdatas magis q̃ pſe penetrarẽt. neceſſariũ eſſet ꝙ iſte vir ↄtinue pſeuerarent ⁊ affligeret̃ magna effuſione ⁊ fluxu mãerũ a capite per ricã per palatũ p aures ⁊ oculos.

Ex hoc igitur fundamento cõſideranti dici poſſunt correlaria plra. ¶ Primũ ꝙ hic vir nõ eua cuat̃ a nocumẽto opationũ imaginatiue potẽtie iterioris. patet pᵖterea: qꝛ aliqñ habuit corruptionẽ in ſõno terribi lẽ: pp quã clamãdo timẽ faciebat aſtãtes ⁊ ſocios excitatio nibᵒ ualde corruptis: ⁊ adhuc aliqñ corrũpunt̃ opationes ẽtñ de imaginatiue potẽtie pp nocumentũ colcatũ per ner uos ſcdi ⁊ tertij paris deſcẽdẽtes ad maxillas: ⁊ ad gigiuas: ſiue huiuſmodi nocumẽtũ fiat in gingiuis per colligantiã abſolutã: uel per ſimplicẽ ↄdolẽtiã ſiue accidat hoc per colli gãtiã nõ abſolutã ut aliqd uaporeũ uel humorale ferat̃ ad gigiuas inferius. patet: qꝛ mirãda ſpẽs nocumẽti pcipit̃ a ſenſitiua potẽtia gigiuarũ ⁊ duoꝝ dẽtiũ anterioꝝ in ſiniſtra pte ſuperiori: ⁊ videt̃ eos eẽ diuiſos raros in quoꝝ medio imaginatiua potẽtia in ſui opatione corrupta pcipit rem fi xam oblõgã in medio duoꝝ dentiũ pdictoꝝ ſtãtẽ ⁊ fixã qua ſi eſſet neruus in medio illoꝝ dentiuʒ poſitus. Unde ergo q̃ ſubtiliter ⁊ ſublimiter oportet viri ſapiẽtẽ ↄtẽplari cãs mi rabiliũ effectuũ in corpe hoĩs apparentiũ. ¶ Quod vo ledat̃ iterũ leſione corruptionis opatio imaginatiue potentie: ite rum a poſteriori manifeſte demõſtrari põt per corruptam operationẽ ſenſus viſus cõprehẽſam per imaginationes ⁊ diuiſiones oculoꝝ: Siue eniʒ defendit̃ opinio pythagori coꝝ que ponebat fieri ex mittendo hoc facile tolerari põt.

carnes pulloꝝ: ⁊ caro ꝑdicis ⁊ faſianoꝝ: ⁊ lactentis vituli: ⁊ oua ſorbilia: ⁊ ꝓpͤ cū vino albo ſubtili cocta ⁊ ꝯquaſſata. Cibaria oīa cocta cū anda cocha: ſaluia: maiorana: bethonica ⁊ rore marino: ⁊ cerebrū leporis: qḋ hēt in hoc ꝓpetatē: ⁊ auelane comeſte: que in cerebro augmētū faciūt: ⁊ oīa ſilia iſtis. ¶ Ea vō que uētriculos cerebri: ⁊ poros carūcularū mamillaꝝ ⁊ uenas: ⁊ arterias earum expurgatas deti nēt: ſunt ꝑdicta oīa. ¶ Et de medicinalib⁹ magis ſunt ambra: roſmarinus: cinamomū: gariof. lignū al. ⁊ nigella: que diu odorata oēs oppilationes cerebri apiunt: ⁊ ruthe etiā: ⁊ ꝓpͤ ſicca: ⁊ camedreos: ⁊ camepitheos: calamētū: ⁊ origanū: ⁊ ſternutatio facta cū iſpiratione ligni aloes: piperis al. ⁊ ſtafiſagrie. ¶ De numero ꝑdictoꝝ eſt gargariſma factū cū hac decoctione apiente oppilationes cerebri oēs. ℞. radicū ſcordeon caſtorei ſerapini aā. ʒ. ſ. coſti dul. ſtafiſagrie: ligni al. piretri origani. aā. ℈. ij. corticis agarici. ʒ ij. ligritie: aniſi: peucedani: collognitide. aā. ℈. ij. ſalis indi. gra. j. coquanſ oīa mediocriter ꝯtuſa in lib. ij. aque uſqꝫ ad ꝯſumptionē tertie ptis. deinde colenſ: ⁊ fortiter exprimantur. Cū ergo hac colatura calefacta fiat omni mane in medijs tertijs gargariſma quatuoꝛ vicibus: ⁊ iterū ante cenā per horā vnā continuādo ipſum per integrā ſeptimanam. ¶ Deſcriptio odoramēti bona ad illud eſt. ℞. nigelle toꝛrefacte: prius tñ in aceto infuſe. ℥. j. caſtorei: nucis muſcate. aā. ʒ. j. ſ. been al. ⁊ ru. galange: piperis al. origani calamēti. aā. ℈. ij. coſti ſerapini: ruthe: ſe. baſiliconis. aā. ℥. j. pulueriçentur oīa per ſe: ⁊ ligenſ in ſindone retoꝛta: ⁊ ſepe odorenſ. Et cōferunt hec oīa nocumēto odoratus a mala cōplexione frigida mali cum oppilationibus: uel ſine eis eueniente.

Si aūt in odoratu ꝯtingeret nocumētū ex pte narīū per quas fit attractio ⁊ delatio ſpērum odorabiliū: uel aeris hūtis in potētia ſpēm odorabilē. tūc neceſſe eſt: ꝙ aut in predictis ptibus ſit oppilatio: aut apoſtema: aut caro addita: aut cruſte: aut ulcus: aut excoriatio. Si aūt in odoratu nocumētū ꝯtingat ꝓpter oppilationē: tunc aut erit hec oppilatio a natura ꝯcta: aut aduētitia. Si autē e iſto p̄mo modo inuēta ſicut ꝯtingit in multis melancholicis: aut multū frigidis corporibus: tūc ipſius curatio perfici pōt in his que pauloante dicta ſunt apientia oppilationes cerebri. ¶ Et iterū fieri pōt huic oppilationis cā: aut a frigiditate pura: uel ſimul cū mā ꝑuenītis: tūc curatio fieri debet cū iſtis qnque inſtrīs: quoꝝ p̄muꝫ eſt deſcriptio huius ſyrupi. ℞. pulegij cardamomi ma. ⁊ mi. granoꝝ paradiſi: bethonice: yſopi: ſticados: gumi arabici. aā. ℳ. j. floꝝ nenufaris ⁊ violarū. aā. ℳ ſ. maiorane: floꝝ roriſmarini: acori: peucedani: calami aromatici. aā. ℳ. j. ſ. ſe. peonie excoꝛticatoꝝ: ligni aloes. aā. ʒ. vj. galāge cinamomi: nucis muſcate. aā. ℈. ij. ambre muſci. aā. ǧ. ij. hec oīa bullianſ in lib. x. aque in qbus ſteterint infuſa per dies duos: ⁊ coquanſ uſqꝫ ad medietatē: deinde cū uehemēti expſſione colenſ: huic itaqꝫ colature addanſ aceti ſquilitici. ℥. iiij. mellis diſpumāti: ⁊ çuccari al. aā. lib. ſ. inſimul lento igne coquanſ uſqꝫ ad ꝯuenientē inſpiſſationē aromatiçādo eadē cū muſci ⁊ ambre aā. ǧ. j. de hoc itaqꝫ ſyrupo decē diebus ꝯtinuis in aurora exhibeanſ. ℥. ij. cum aque roriſmarini ⁊ ſaluie. aā. ℥. j. ſ. calefactis: ⁊ tardeſ poſt ipſuꝫ cibus ſaltem horis quatuoꝛ. ¶ Scōm remediū eſt: ꝙ vndecimo ſequēti die mane ſoluaſ uēter cū hoc cōpoſito. ℞. pillularuꝫ cochiarū. ℈. j. pil. ſtomaticharū alkīdi. ℈. ij. ſ. reformenſ pillule. viij. cuꝫ aqua maiorane: uel roriſmarini: ⁊ ſunt ualde ſolēnes: qꝛ pillule ſtomatiche alkindi cum ſua euacuatione ſenſus oēs ⁊ eorum organa confortant. ¶ Tertiū remediū ſingulare cui nullū inueni par in apiendo oppilationes cerebri anterioris: ⁊ colatorij eius eſt hoc. ℞. nigelle tribus diebus in aceto acutiſſimo infuſe ⁊ exiccate. ʒ. ij. agarici electi: ligni al. caſtorei oppoponacis. aā. ℈. iiij. laudani puriſſimi. ʒ. ij. pulueriçenſ oīa: ⁊ iſundanſ in. ℥. iij. ſuc. maiorane. aut ſaltē a que ſublimationis eius. ita ꝙ ſub radijs ſolis: uel ad ignē exiccenſ. Ex hac igiſ maſſa accipiaſ. ʒ. j. ⁊ miſceaſ cuꝫ. ℥. iij. aque ſublimationis maiorane: ⁊ ore p̄us impleto aqua traijciaſ leuiter per nares. hec mixtio ter uel quater per ſingulā noctē cuꝫ viciſſitudine ⁊ interpolatiōe aliquāta facta. videbis enīꝫ mirabile de ipſo. ¶ Quartū inſtrīn eſt: ut ſero ⁊ mane aliqñ nares linianſ cū hoc linimēto. ℞. olei philoſophoꝝ. ℥. ſ. ambre. ǧ. ij. ꝯteranſ ſimul ⁊ cū pēna linianſ nares de hoc tepido. ¶ Quintū cōpoſitū: qḋ ꝯtinuatū nō eſt minoris efficacie eſt hoc. ℞. radicis brionie ligni al. granoꝝ paradiſi aā. ʒ. j. maiorane: gariof. aā. ʒ. ij. caſtorei ſiccioris. ℈. j. muſci ambre aā. ǧ. j. ſ. pulueriçenſ oīa per ſe ⁊ miſceanſ. Et de hoc cōpoſito inter capillos a fine capilloꝝ uſqꝫ ad ſummitatē capitis ꝯſpergatur quātitas quatuoꝛ granoꝝ oꝛdei per iceſſuꝫ ſagittalis commiſſure per q̄tuoꝛ digitos oī ſero qñ uadit ad lectū cū pectine deponēdo p̄mū puluerem qñ vult ponere ſecunduꝫ. ¶ Et nota ꝙ per hec inſtrīa iā pauloante tacta facile curari pōt oīs cerebri oppilatio tā a tpe q̄ a nā ꝯcta. Uñ ex iſtis iſtrīs apparet ſufficiēter euacuari poſſe nocumētū olfatus ꝓueniēs a debilitate virtutis cerebri. 2° ex defectu ſpiritus aīalis qui eſſe debet eius inſtrīm. 3° ex defectu lacerti ad attrahēduꝫ aerē oꝛdinati. ⁊ fuerūt tres de cauſis nocumenti olfatus poſite ſupra ſectione ſcōa capitulo ſcōo in fine.

Cū aūt ꝯtigerit ꝙ nocumētū i odoratu accidat ꝓpter apā in cōcauo viaꝝ epis tūc neceſſe eſt ꝙ illud apā ſit ꝓfundū ⁊ ꝓperiçā magis ſenſuꝫ viſus effugiēs: aut ſit inferius in via manifeſtiori: ⁊ ſenſu viſus diſcernibile: ⁊ quōcūqꝫ ꝯtingat illud apā: erit illud qḋ coīter moꝝ noīant: aut polipū aut cancrū uel emoroides naſi. ¶ Si aūt hoc apā exiſtat polipus: uel emoroides ⁊ extrīſecus apparēs: tunc cura eoꝝ facilioꝛ eſt ꝓpter multa. ¶ Prima qꝛ materia taliū apoſtematū: ut in plurib⁹ eſt ſanguis aquoſitati flegmatice cōmixtus. lꝫ qñqꝫ fiat ex flegmate ſalſo ſanguini commixto: tales aūt materie ſunt obediētes ad curam magis q̄ melācholice uel acute. ¶ Itē qꝛ hec apoſtemata non ſunt ita ꝓfundita a mēbro immerſa: ut 3° tegni. quare facilius ⁊ cōuenientius poſſunt eiſdem applicari localia remedia. ¶ Tertio iterum qꝛ operatio manualis ad ca ꝓpter ea conuenientius peruenire pōt. ¶ Quarto adhuc qꝛ talia apoſtemata ſunt elōgata magis a ſupioribus partibus riçe uenarū ⁊ arteriarū: circa quas cū localibus: ⁊ cum opatione manuali ꝓcedi non pōt ſine magno labore ⁊ timore.

Itaqꝫ cū talia apāta medico occurrerēt cū repletione corporis totius notabili. flōmetur baſilica lateris oppoſiti nari patienti: aut ſaltem uena nigra: uel media ſi fuerit repletio maioꝛ. ſi autem nō tanta fuerit repletio ſufficit flobothomare cephalicam aduerſi lateris extrahendo ſanguinis. ℥. iiij. uel. v. ſḿ ꝯiecturā viri in ſcientia ⁊ opere periti. ¶ Facta vō flobothomia ſequenti die digerat materiam cum hoc cōpoſito. ℞. oxiçachare ſyrupi nenufarini. aā. ʒ. vj. aque acetoſe: ⁊ feniculi aā. ℥. j. ſ. miſce ⁊ exhibeatur in aurora: ut de alijs dictum eſt. ¶ Sumpto autēꝫ ſyrupo octo uel decem diebus euacuetur cū hoc medicamine. ℞. ſucci roſ. ℥ j. caſſie cum aqua violaꝝ nuper extracte. ℥. j. ſ. totum hoc cum. ℥. ij. aque oꝛdei parum calide ſumatur. ⁊ fiat poſt ipſum obſeruatio eorum que de alijs euacuantibus ſcripta ſunt.

Poſtquā aūt euacuatus fuerit: tunc ꝓcedatur ad curam cum tribus localibus que per me utilia repta fuerunt p̄ alijs. ¶ Quoꝝ p̄mum eſt linimētum hoc: de quo totus naſus exterius ⁊ ptes adiacētes ⁊ ptes intermedie frontis per quas extēditur uena recta in eo inter medium utrinſqꝫ ſupcilij: cuius deſcriptio eſt. ℞. ſucci uermicularis: ſuc. plantaginis: ⁊ burſe paſtoris aā. ℥. j. albumina duoꝝ ouoꝝ. camphore ſubtiliſſime trite. ℈. iiij. tucie preparate: acatie: ſumac. aā. ʒ. j. corallorum combuſtorum: karabe. aā. ℈. ij. amili. ℥. j. ſ. terantur omnia ſimul ultimata contritione in moꝛtario plumbeo cum ſuo

piſtello: ⁊ ter uel quater in die renouetur eius applicatio. ¶ 2m inſtrm̄ eſt ut ſepe ſalue in die quater per nares trahiciaṫ ſuccus foliorum virge paſtoris: ⁊ eſt carduus maior uocatus a quibuſdā ſemp̄ ſtātes. Et ſi timeres audacē infrigidationē eius: tūc eidē cōmiſceaṫ tertia uel quarta ps̄ ſaluie uel bethonice. ¶ 3m cōpoſitū eſt horum apatū cōuenienter exiccatiuum: cū quo magnū decus in pluribꝰ acquiſiui. ℞. tucie ppa rate: ⁊ ꝓprie cū urina īfantis annorum duorum: ceruſe. añ. ʒ.ij. ʒ. plūbi uſti. ʒ.iiij. litargiri ſpumificati. ℥.j. caphore. ʒ.j.ſ. ſuc. ſempuiue. ℥.v. terantˀ hec oīa ſaltē tribꝰ diebꝰ lōgo tēpore in mortario plūbeo cum ſuo piſtello: ⁊ exponantˀ ſoli: cumque exiccata fuerint: bis uel ter renoueṫ ſuccus: ex quo medicamine ter uel quater in die liniantˀ apata predicta: ⁊ hoc medicamen eſt tāte nobilitatis: ꝙ cum eo multitudinē hoīum habentium cancrū: ⁊ polipū ulcerata blandiēdo pduxi uſqꝫ ad finē vite corruptiones frequēter ſerpētes ꝓhibēdo ⁊ remittēdo. Et tu ꝯſidera virtutē ſimpliciū ex ſententijs illuſtrium virorum acceptam ⁊ videbis ueritatem.

Quarto iterū pdictis ſupaddēdum eſt: ꝙ ſi pdicta apoſtemata mollia fuerint ⁊ nō obedirent curationi per predicta inſtrumēta: ſapientes ſcripſerūt curā opatione manuali tripliciter fieri debere. ¶ Et primus qdē modus eſt cū acutis forficibus ſupadditā illam carnoſitatē a naribus īcidēdo. deīde poſt eius inciſionē reſiduū ꝯſumēdo cū vnguēto viridi qd̓ ſic cōponiṫ. ℞. mellis. ℥.ij. aceti. ℥.j.ſ. ſarcocole: armoniaci añ. ʒ.j. bulliant oīa lento igne ſup carbonibus ignitis abſqꝫ flāma uſqꝫ ad ꝯuenientis glutinoſitatis acquiſitionem. Et de hoc liniaṫ tenta: ⁊ ponaṫ in naſo ⁊ eſt efficax linimētum ſm̄ deſcriptionem Raſis quarto Almanſ. ſeptimo caplo. ¶ Scd̓s v̓o modus operationis manualis eſt: ut predictis iā nō ualētibus cauteriçētur apoſtemata illa cū cauterio ignito plane figure per cānulā ereā circūferētialiter madefactā aqua roſ. imiſſo uſqꝫ ad ꝯſumptionē illorum apatū: ⁊ pluries reiterato: deīde locus iungaṫ cum recēti butyro uſqꝫ ad caſum eſcare. poſtea cureṫ cū equali pmixtione vnguēti baſilico. ⁊ de ceruſa: uel cū vnguēto ſuprāſcripto añ opationē manuā. ¶ Tertiꝰ modus deponēdi pdicta apata eſt per viā ſectionis: ⁊ modus eſt talis ut accipiaṫ ſeta de cauda equi. cuius vna extremitas in naſo pforamē eius in os trahaṫ: ⁊ extra dentes: ⁊ alia eius extremitas extra naſum ſit tēdens. Tale ergo filū ſurſum ⁊ deorſum ꝯtrias extremitates trahēdo latera pdicti apatis amplectaṫ: ⁊ iſta ꝯtinueṫ opatio uſquequo per filū apoſtema radicitus cōplete ſeceṫ. Cum ergo ſectum fuerit reſtringaṫ ſanguis cum hoc puluere. ℞. mirre ſarcocole. boli ar. ſan. dra. añ. ʒ.j. tucie preparate. ʒ.j.ſ. puluericentur ſuper loco: uel inuoluaṫ in ipſum tenta cum albumine oui: ⁊ imponatur. Cū ergo reſtrictus fuerit ſanguis curetur cum vnguēto ante manuales operationes iam deſcripto.

At uero iterū ſi pdictis locis ſchirroticū fuerit apa: uel ſephiroticū ut iā trāſiuerit mēſurā ſex menſium nunꝙ̄ vidi illius pfectā opationē. ſed melius eſt blādiēdo cū ipſo ꝓcedere. Et de melioribꝰ inſtrīs ad illud cū rectificatione regiminis ⁊ digeſtiuis: ⁊ euacuatiuis melie eſt ut ſepe fiat oris collutio cū oleo amigdal. dul. ſimplici: uel cōpoſito cū aqua viol. uel nenufar. añ. de quo etiam ſepe per naſum iteriꝰ trahiciaṫ uſqꝫ ad nucā: ita ut et per os deſcēdat.

Cum aūt ꝯtigerit in predictis locis cācroſum apa: ſiue ſit ulceratū ſiue nō nunꝙ̄ ipſiꝰ curationē vidi. neqꝫ ab aliquo ſapientū inueni. ſed oīum ſapientū coītas coīter ꝯcorditer ꝯcedit: ꝙ in cura ipſiꝰ palliādo ⁊ blādiēdo ꝓcedaṫ cū ſōmitis melagogis. i. euacuatiuis melie: ⁊ digeſtiuis appropriatis: que hic propter breuitatē omitto. ⁊ tu regre in alijs ꝯſilijs que de hac materia non raro compilaui.

Apparet inſup ex fundamento predictorum: ꝙ nocumētū ablationis odoratꝰ ꝓueniēs ꝓpter excoriationē: uel vulnera: uel ulcera pdictarum partium naſi eodem fundamēto curari pōt: qm̄ premiſſis euacuationibus preter cetera interius in naſo pponaṫ vnguētū qd̓ ante manualē operationē ſcriptū fuit. qd̓ oīa talia ulcera cum rectificatione regiminis illius in breui tempore curabit ⁊c̄.

Nunc aūt tria ſingularia remedia ad nocumētū odoratus deſcribā ut nunc ſequitur. ¶ Primū itaqꝫ de expertis mihi ſepe eſt caputpurgiū hoc qd̓ virtute ſui aperitiua dilatat vias odoratꝰ: abſtergit: ⁊ educit materias in eis ꝯtētas. reſoluit ⁊ ꝯſumit eas: ⁊ ꝯfortat organa oīa olfatꝰ ⁊ ꝓprie ꝯtinuatū ter uel quater in ſeptimana actu calidū ſex vicibus viciſſim iniectū ieiuno ſtomacho cuius deſcriptio eſt. ℞. ſuc. cucumeris aſini. ℥.iiij. ſalis armonia. ſubtiliter pulueriçati. ℥.ſ. miſceantˀ ⁊ ponantˀ in ampulla: ⁊ infundatur aqua uſqꝫ ad mediū ampulle. De hac igiṫ aqua ſepe trahiciaṫ in nares modo dicto. ¶ Scd̓m v̓o eſt ſuccus origani ⁊ pulegij antequā exponantˀ ad ſolem ⁊ ad quācunqꝫ ℥. eorum addantur muſci. g.ij. ⁊ fiat ut de alio dictum eſt. ¶ Tertiū compoſitum eſt hoc. ℞. pulegij: origani: calamenti. añ. ʒ.j. granorum paradiſi. ʒ.iiij. fiat puluis ⁊ ligetur in panno ⁊ ſepiſſime odoretur. ¶ Et ſi bene ꝯſideras iā apparet ſufficienter eſſe poſitā curam oīum ſpēcierum nocumēti olfatus que puenire poſſunt ex ſex cauſis. ſ. ex pte debilitatis virtutis olfatiue: aut cerebri: aut caruncularum mamillarium: aut utriuſqꝫ ſimul: aut inſtrī qd̓ eſt ſpiritus: aut ex pte nocumēti in oſſe rite ꝯtingentis: aut qnto ex parte lacerti attrahentis aerem uel ſpecies odorabilium: uel ſexto ⁊ ultimo ex parte viarum ad hoc deſeruientium. ⁊ ſic apparet ſufficienter ⁊ laborioſe ſatis aſſignatum fuiſſe modum curationis ſecundi accidentis: qd̓ erat ablatio odoratus: ut ſupra viſum eſt.

¶ Sectionis ſecunde de cura ſcothomie ⁊ imaginationum principale. Cap. III.

Sicut videri pōt ex his que leguntˀ 3ꝰ tertij capꝰ de imaginationibꝰ. ⁊ ex his que itelligi pñt ex pma tertij tractatu 5ꝰ. capꝰ de uertigine. Oēs he diſpōnes videlꝫ ſcothomia uertigo ⁊ imaginationes ſiue deluſiones coicant in hoc ꝙ ſunt nocumēta corruptionis ſenſus viſus: differt tamen parūper uertigo a duobꝰ predictis: ꝙ dato ꝙ in uertigine aſſigneṫ nocumētū corruptionis viſus tñ in eo etiā eſt nocumētum motiue potētie: qꝛ appent in eo corpora quieſcētia circulariter moueri: ⁊ eſt in ea nocumētū diminutionis ſubſtantiue uel retētiue potētie qꝛ appet hoī qnqꝫ ꝙ cadat. ⁊ per hoc ſufficiēter appet differētia iter uertiginē ex vna pte: ſcothomiā ⁊ imaginationes ex alia pte: tñ a ſapiētibꝰ pōt colligi dr̄ia etiā eēntialis iter pdicta: eo qꝛ cā nocumēti in v̓tigine poniṫ in cerebro: qꝛ motꝰ in ſpiritibꝰ in uētriculis: aut in rimoſitatibus cerebri cōtentis rotatiuus aſſignaṫ. Cauſa v̓o nocumēti ſcothomie poniṫ in ſpiritibꝰ ꝯtentis in neruis obticis. Cā v̓o eſſentialis imaginationum poniṫ in criſtalloide ⁊ in organis actione cerebri: qꝛ tñ hec dr̄ia ex pte locorum aſſignata leuis ⁊ parua nō eſt magna dr̄ia curationis intētionibꝰ ⁊ inſtrumētis medicinalibus ab auctoribꝰ aſſignata: ⁊ maxime qꝛ oīa predicta accītia ꝯueniunt in gn̄e cauſe efficientis. ſ. materie humoralis flegmatice: uel uaporum uel uētoſitatum eius. ¶ Idcirco nō video ꝓpter multū occupādū eſſe a multiplicatione inſtrumētorum curationis earū: niſi qꝛ quāque ſingularia remedia ponam per me frequēter experta. ¶ Quorum primum eſt electuarium Sotira nominatum. ¶ Secūdum v̓o eſt electuarium de ambra mains dando ex hoc uel illo. ʒ.vi. in mane hora ſyruporum per mēſem ꝯtinuū premiſſis ſufficiēter euacuationibus. ¶ Tertium v̓o remediū ⁊ mihi magis uſitatū eſt ꝯfectio hermetis deſcripta ab Auic. 22. tertij. capꝰ de cautela a doloribꝰ iūcturarum. cuius modus ⁊ doſis fit ut dictū eſt de predictis. ¶ Quartum remediū eſt ut oī fine. x. dierū accipiaṫ. ʒ.j. infraſcriptarū pillularū ⁊ tardeṫ poſt eas cibus horis ſex obſeruādo regulas in aſſumptione farmacorum ordinatas: quorum deſcriptio eſt hec. ℞. pil. de ſarcocola: pil. fetidarum. añ. ʒ.j. artbanite. ℈. ʒ. fiant pillule cū ſucco foliorum brionie. de quibus detur. ʒ.j.

¶ Quintū remediū tpe uſus p̄dictoꝝ medicaminū eſt ut aſſueſcat ſaltem tribus vicib⁹ in ſeptimana ponere in oculo quolibet guttas duas huius collirij. ℞. ſuc. roſ. ℥. j. ſuc. arthanite (⁊ eſt porcin⁹ panis). ʒ. ij. fellis piſcis ſabotb (⁊ eſt lucius fluuialis). ʒ. iij. ſuc. violarum. ʒ. vj. ponantur in ampulla: ⁊ exponatur ſoli ſaltem per dies. xv. deinde ſit ex eo uſus ut dictum eſt ⁊c̄.

¶ De cura nocumenti digeſtionis. Cap. iiij.

Iam pro nocumēto huius. x. tangunt̄. quorum quodlibet ad diminutā ⁊ ablatam digeſtionem conſertiuo ad corruptam notabiliter iuuat. ¶ P̄rimū memorabile eſt q̄ longus uſus ſyrupi de abſinthio ſolēniter iuuat ⁊ ꝓprie ſm̄ hunc modū. ℞. ſyrupi de abſinthio. ℥. j. aque decoctionis granorum paradiſi cimini. ℥. ij. miſce. ¶ Secundum inſtrumentum ſimplex eſt frequēter deglutire duo uel tria grana carpobalſami ieiuno ſtomacho. ¶ Tertiū eſt cōmunis uſus ziziberis viridis ſaltē ter in ſeptimana aſſumpti. ¶ Quartum inſtrumētum eſt ut ſepe fiat inunctio ſtomachi cum oleo de mentha facto de maſtice gariofilis ⁊ mace. ¶ Quintum inſtrumentum eſt frequens uſus electuarij de ligno aloes deſcripti ab Auic̄. quinto canonis ſumma prima. rubrica illa. Electuarium de xiloaloes. ¶ Sextum remediū eſt frequens calefactio ſtomachi: ⁊ euaporatio eiuſdem facta cū cimino ⁊ granis orobi mentha ⁊ lambruſca equalibus partibus calefactis in calderiola ſicca ⁊ poſitis in ſacculo. ¶ Septimum vo eſt defendere ſtomachū cū hoc ceroto portato ſup ipſo. ℞. reſine electe. ʒ. j. ſ. maſtici s. ʒ. j. garc. ℈. ij. diſſoluatur reſina cum bono aceto: ⁊ fiat cerotū ſcutale ſuper panno de grana. ¶ Octauum remediū ⁊ cum ſignis etiam frigiditatis ⁊ uentoſitatis. f. ut poſt cibum cum modico aromatici vini bibatur. ℈. j. pul. Lemeos: de quo dixit Auic̄. q̄ erat mirabile: ⁊ eſt uerū. ¶ Nonum remediū eſt uſus confectionis diacitonitē cum aromaticis ſpeciebꝰ: que colliguntur a Meſue in antidotario: ⁊ ab Auicēna quīto canone. ¶ Decima ⁊ ultima medicina infallibilis iuuamenti eſt electuariū alkekengi deſcriptione Auic̄. 5° canone. ⁊ accipiat̄ ex eo omni alterno mane in aurora. ʒ. j. ⁊ tardetur cibus ſaltē horis. v. nullū enī ſtomachū quaſi cōplexione debilitatum eſſe vidi ex uſu eius non fuiſſe ſanatū.

¶ De cura dolorum renum huius viri. Cap. v.

Iam vo ſuperius apparuit dolores in renib⁹ huius viri conſequi oppilationes ⁊ uentoſitatum cōgregationes in eiſdem eſſe. ¶ Pro canone igitur curationis eorum premittendum p̄mo q̄ abſtinendum eſt a frequentia coitus: ⁊ maxime inſtantia frequentium dolorum. ¶ Secundo q̄ euitet̄ ſummopere ſtipticitas uentris: cui ſi euenerit prouideatur cū enemate ſuperius tacto: aut cum pillulis poſitis in capitulo de olfatu. ¶ Tertio q̄ euitetur frequens equitatio: ⁊ ꝓprie ſuper equo ſiniſtre gradationis. ¶ Quarto q̄ ſummopere euitetur decubitus ſuper ſpinā tā euigilando q̄ dormiendo ⁊c̄.

Deinde predictis doloribus ſubueniendum eſt cū tribus remedijs. ¶ Quorum primum eſt q̄ tēpore doloris accipiantur olei nardi. ℥. v. paritarie recētis ul. maxe cōtrite lib. j. coquantur ambo ſimul in ſartagine ſuper carbonibus ignitis abſq; flamma. ⁊ in fine apponatur croci. ℥. j. ⁊ extenſis ſuper panno calidis actu fiat emplaſtrum ſuper renes: ſedabit enim dolorem fere in inſtanti. ¶ Secundum remedium eſt deſcriptio huius tragee: de qua tam tempore paroxiſmi doloris q̄ gratia preſeruādi accipiatur coclear vnum ante omnem cibum. aperit enī oppilationes. ſoluit uentoſitates. prouocat urinam mundificando materias. ℞. granoꝝ milij ſolis. ℥. j. granoꝝ pineatum. ℥. ij. ſe. portulace lactuce endiuie ſcariole añ. ℥. ſ. granorum papaueris al. ℥. j. ſ. ẓuc. al. duplum pondus omnium. terenda terant̄ ⁊ incidenda incidantur: ⁊ commiſceātur adinuicem. ¶ Tertium remedium ⁊ infallibile eſt q̄ ſepe patiens ſaltem in ſeptimana ter accipiat. ʒ. j. electe tyriace andromachi cum. ℥. j. ſ. aque ſublimationis milij ſolis. ⁊ eſt nobile medicamen. ſcripſit enim Auicēna quinto canone. q̄ tyriaca andromachi cōfert doloribus renum ex pluribus cauſis ⁊c̄.

¶ De cura male cōplexionis capitis huius viri. Cap. vi.

Si bene ⁊ diligēter ꝯſiderent̄ inſtrā ⁊ intentiones curatiue in p̄cedentibus capitulis poſita intelligi poterit q̄ plura illoꝝ malinā cōplexionis epatis huius viri ſuperius poſitā ⁊ declaratā curare poterūt. At vo nūc memorāda ſunt octo inſtrumenta que partiꝫ a natura cōmuni diſtēperiem epatis corrigere poſſunt. ¶ Memorādum ergo p̄mo q̄ oēs endiuie ſpēs competunt nocumento epatis ſiue earū pulueres decoctiones ſublimationes ⁊ ſyrupi: ⁊ confectiones exhibeātur. ¶ Scōm ſpeciale eſt limatiarū uſus: ⁊ ſunt codie que inueniunt̄ in rubis: quarum carnes elixe comedant̄: ⁊ proprie ſecum decoctis radicibus ſcariole tarapacon. ¶ Tertium vo ſimplex eſt: ut ſaltē in ſeptimana ter hic vir accipiat ʒ. j. pul. epatis lupi abluti cū aqua endiuie: ⁊ in furno exiccati. ⁊ accipiat̄ cū ℥. ij. aque endiuie. ⁊ hec quidē tria aſſumi debēt tempore apparitionis diſcolorationis faciei: ⁊ extenuationis eiuſdē: etenim in inſtāti dolorem ⁊ tenſionem in epate ſedant: ⁊ colligunt̄ hec tria a principe decimaſexta tertij. capitulo de iuuantibus ⁊ nocētibus epati. ¶ Quartum vo famoſum cōpoſitum ⁊ approbatum ab oībus fere electuarii dialacca maius cum ẓuc. reductum in forma ſolida de quo ſemper ante cibum rotulam. ʒ. ij. ʒ. ⁊ proprie factam cum aqua cicoree accipiat. ¶ Quintum cōpoſitum eſt uſus pillularum ſtomaticharum alkindi deſcriptarum ab Auicēna quinto canone. ſumma prima. tractatu nono. ¶ Sextum medicamen eſt confectio de xiloaloes ſuperius nominata frequēter. ¶ Septimum inſtrm̄ eſt uſus ſuffufobede cuius pul. det̄ in ſeptimana bis uel ter. ʒ. j. cū ℥. ij. aque eupatorij: cuius laudes ⁊ deſcriptiones collegi 5° canone. ſumma p̄ma. tractatu 4°. ¶ Octauum ⁊ ultimum expertum eſt electuariū poſitum ab Auicēna q̄nto canone ſumma p̄ma. rubrica illa. ꝯfectio kimia medici que facit ad malitiam complexionis ⁊ apoſtema epatis ⁊ ſoleo uti eo dando de eo ante cibum rotulam. ʒ. ij.

¶ De cura iſtrīs apiēdi emoroidas ꝯſtrictas. Cap. vii.

Quoniā alias vir iſte emoroidales uenas fluentes ⁊ aptas habere ſolitus eſt non eſt dubitabile ex retētione curſus earū plura de nocumētis ſupra poſitis euenisſe: aut ſaltem augmentata fuiſſe. Reſtrictio enīꝫ curſus earū eſt cauſa plurium nocumentoꝝ quare 17° tertij cap̄ 3°. Scias q̄ in ſanguine qui currit ab emoroidalibus ⁊ ex ano eſt ſecuritas ab herpeſtiomeno ⁊ mania ⁊ melancholia. epilēſia melācholica ⁊ heriſipilla: ⁊ ex alijs que ſunt ſicut miliū ⁊ cācro: ⁊ excoriatione ⁊ ſcabie: ⁊ lepra: ⁊ pleureſi ⁊ piplemonia: ⁊ freneſi. ⁊ qñ retinet̄ ſanguis ex eis ꝯſuetus timet̄ aliqua harū egritudinū ſupple p̄dictarū: ⁊ timet̄ etiam hydropiſis ꝓpter illud qđ accidit in epate de apoſtemate malo ⁊ duro: ⁊ corruptione male cōplexionis: ⁊ timet̄ ptiſis ⁊ dolores pulmonis ꝓpter expulſionem ſanguinis mali ad ipſū. ¶ Cū ergo vir iſte aliquod dictoꝝ accidentium iam inciderit q̄ citius eſt poſſibile inſiſtendum eſt apertioni uenarum emoroidalium que. v. infraſcriptis ingenijs ⁊ inſtrumētis aperiri poſſunt a leuioribus inchoando. ¶ Primū itaq; eſt ut eger ſepe cum digito uel cū candela titillationem faciat in circūferētia intrinſeca inteſtini. ¶ Secundum vo parumper fortius illo eſt: ut cōfricet loca predicta cum folijs fici. ¶ Tertium adhuc fortius alijs eſt ut confricet eas cum cepe ſquille circū inciſo ¶ Quartum eſt q̄ ſi predicta non aperirent fiat plurium illorum decoctio ⁊ in aquam calidam ſedeat: deinde loco exiſtente bene calido actu fiat con-

fricatio earum cum aliquo de predictis. ¶ Ultimum vero eſt q̄ ſi ex p̄dictis ingenijs tales uene aperiri non poſſunt: quod tamē apud me nun̄q̄ contigit: tūc fiat inteſtini compreſſio ad extra: ⁊ cum flobotbomo aperiat̄ vna uel due de predictis uenis que groſſiores fuerint.

¶ De cura tremoris cordis viꝝ huīc moleſtātis. Cap. viii.

Regimē tremoris cordis in hoc loco in duas diuiſi intētiones. Prima qdē eſt reſpiciens tēpus paroxiſmi ⁊ augmēti tremoris illius qui tūc maxime debilitat. Secūda vero eſt regere ipſuz tēpore quo non ita frequenter moleſtatur.

Pro expeditione vero p̄me gnque ponam ingenia: pro cōplemento ſecunde ponā tria inſtrumēta. ¶ Primū itaqz inſtr̄m p̄me intētionis eſt ut cū medicus occurrit egro moleſtato a reſolutione nimia ꝯſite uelocem ⁊ fortem motū ⁊ ſpirituum ⁊ humoꝝ de circūferentia ad ipſuz cor ſtatiz ſollicitus eſſe debet de augmēto reſolutionis illius ꝓhibēdo: qm̄ ſi perſeueraret ualde facile poſſet egrū ad cōpletam extinctionē pducere iuxta ſniaz hyppo. affo͡ꝝ ſcd̄a ſermōe illo. Qui exoluū tur frequēter ⁊ fortiter ſine manifeſta cauſa repēte moriuntur. Itaqz p̄muz inſtr̄m eſt ut ſtatiz facies ⁊ extreme ptes irrorent̄ cum hac mixtione actu frigida. ℞. aque roſ. ℥. iiij. aque menthe. ℥. ij. roſ. ſpodij ſandal. al. ⁊ ru. an̄. ℈. ij. muſci ambre oriētalis. an̄. g. ij. aceti. ℥. ij. vini maluatici. ℈. iiij. p̄dictarū ſpērum pulueres per ſe ꝯtriti cū liquoribus uehemēti ꝯtritione ꝯquaſſent̄ in mortario. hec enim irroratio virtutem vitalē reſolutam tā in febribus q̄ in alijs diſpoſitionibus reſeruare ſolet. ⁊ colligit̄ ex ſermonib⁹. ſcd̄a primi. in fine capituli illius. In harena ſepelire. ¶ Scd̄m inſtr̄m ad hoc eſt iſtud. ℞. vini aromatici aque buglo. an̄. ℥. j. ſpērum diamuſci dul. ℈. j. miſce ⁊ det̄ in potu calidū. ¶ Tertiuz inſtr̄m eſt hoc. ℞. fol. baſiliconis ſiccoꝝ. roſ. violaꝝ ſpodij oſſis de corde cerui. an̄. ʒ. j. cāphore. ℈. ij. muſci: ambre electoꝝ an̄. g. iiij. ſandaloꝝ amboꝝ coralloꝝ amboꝝ an̄. ʒ. j. pulueriꝫent̄ per ſe ⁊ miſceant̄ ⁊ ligent̄ in ſindone de grana: ⁊ odoret ipſum eger quaſi cōtinue. ¶ Quartū inſtr̄m eſt hoc. ℞. diamuſci dul. ſpērum electuarij de gēmis: ſpērum letificantis Almāſ. an̄. ʒ. j. vini aromatici maluatici. ℥. iiij. aque buglo. aque acetoſe cicoree ⁊ viol. an̄. ℥. j. fragmētoꝝ hiacinti ſmaragdi ⁊ ſaphyri. an̄. ℈. ſ. margaritarū. ℈. ij. ꝯquaſſentur oia in mortario: deinde leuiter calefiāt ⁊ intingat̄ in eis pānus qui applicet̄ ſuper mamilla ſiniſtra frequēter. releuabit enim ⁊ reſtaurabit virtutē in breui tēpore. ¶ Quintuz remediū ⁊ fortius alijs ſi frequētaret̄ tremor ⁊ reſolutio virtutis eſt puluis iſte: de quo det̄ in potu. ʒ. ſ. cū aqua roſ. bugloſ. ⁊ vini maluatici oiuz triuz an̄. ℥. j. cuius deſcriptio eſt hec. ℞. coral. ru. hiacinti ſmaragdi ſaphyri. an̄. g. v. limature ſubtiliſſime auri. g. iij. margaritaꝝ. ʒ. ſ. dent̄ in potu ſupaſpgēdo p̄dictis aceti al. coclear. j. ⁊ nota remedia talia.

Pro ſecūda vero intētione. ſ. pſeruandi in tēpore minoris moleſtie: q: vir iſte nō euacuat̄ ab aliquali motu tremulo cordis. Ideo nō eſt deſiſtendū ab applicatione remedioꝝ preſeruātiū. ¶ De modo ergo coꝝ p̄mū eſt memorāduz q̄ in oī cibario ſuo ſemp ponatur aliqd croci quātum eſt granū vnuz frumenti: ⁊ in eius cibarijs bulliāt ſemp folia bugloſ. recētis ⁊ comedat ea. aut ſaltem pul. ipſius exiccatū ponat in cibis. Eſt eniz p̄ceptuz Auic. xi. de curatione tremoris cordis dū inqt. Super bugloſſam vero ſis audax: ⁊ nō timeas malitiā eius: ⁊ utere ea in oī qd̄ in potu tribuis ⁊ in cibo das. ¶ 2ᵐ vero remedium eſt electuariū hoc: de quo ſaltē ter in ſeptimana accipiat coclear vnū in aurora ⁊ ante cibū ſaltem horis quatuor. ⁊ ſi cogeret̄ bibere poſt ipſuz bibat. ℥. ſ. vini aromatici cū aliquali quātitate aque roſ. mixtē adinuicē. Eſt aūt huius electuarij deſcriptio. ℞. ſpērum letificantis Almanſ. ſpērum diamuſci dul. ⁊ ſpēruz electuarij de gēmis an̄. ʒ. vj. ſandal. ⁊ coral. amboruz an̄. ʒ. j. ſpodij oſſis de corde cerui an̄. ℈. ij. violē. roſ. an̄. ʒ. ſ. ſyru. roſ. ſyru. acetoſitatis citri. ſyrupi ſimplicis acetoſi. an̄. ℥. v. ꝫuc. al. ℥. iij. coquant̄ ſyru. cū ꝫuc. uſqz ad ſpiſſitudinē ⁊ poſt infrigidationē ponantur ſpecies. ¶ 3ᵐ remediū eſt ſacculus iſte quē ſemp ꝯſuti portet: ⁊ renouet ipſum reuoluēdo ſemp de latere in latus. Et melius eſſet ut haberent̄ ſacculi duo qui alternatiz renouarentur ℞. ſe. baſiliconis: floꝝ bugloſſe: boraginis origani capitis roſ. coral. ⁊ ſandalorum amboꝝ. an̄. ʒ. ſ. hiacinti ſmaragdi ſaphyri an̄. g. v. cāphore. ℈. j. lābruſce. ʒ. ij. macis. ʒ. j. ſ. terātur oia ſimul: ⁊ fiat ſacculus in ſindone de grana retorta. ¶ Et ſpero q̄ remedia hec bñficio ſummi ⁊ dulciſſimi ſaluatoris curabūt ipm̄ ab inſtātia p̄dictoꝝ accitiuz ⁊ pſeruabunt ipſum a tranſitu in diſpoſitionē deteriorem quod totum ſibi miſericordia ſua concedat omnipotēs altiſſimus ad laudem eius ſempiternam. Amen.

Cōſiliuz. 15. De decez malis diſpōnibus videlicet. ¶ De mala cōplexione frigida ⁊ humida cerebri cū nocumēto in operationibus virtutū intrinſecaꝝ ipſius videlicet apprehēſiue imaginatiue demonſtratiue ⁊c̄. ¶ De profunditate ſtomachi cum corruptio fantaſijs in eo ⁊ cum difficili excitatione ab eo ⁊ cum timore. ¶ De diminutione viſus. ¶ De multitudine aquoſitatis in oculis. ¶ De debilitate digeſtiue ſtomachi ⁊ appetitiue etiam. ¶ De ablatione operationis olfatiue. ¶ De debilitate motus progreſſiui. ¶ De fluxu emorroidali frequenter moleſtante. ¶ De motu pulſatiuo: ſiue de tremore cordis. ¶ De frigiditate multa membri genitalis cum difficultate coeundi. ¶ Diuiditur autem conſilium in tres particulas. ¶ Particula prima continens duo capitula.

¶ De diſcuſſiōe ⁊ enumeratiōe accitiū curādoꝝ. Cap. i.

Labilis humane nāe cōpago multiſqz lapſibus prōptiſſima rem mihi magna ſpeculatione digniſſimam nuper obtulit. Uir eniz quidā de his qui nr̄o latio florē tiſſimi exiſtunt. Spectabilis miles legūqz peritia ⁊ phie mediocriter eruditus. auo vero noie pro nūc occultandus eſt: videt̄ plurimis accitibus ⁊ difficilib⁹ moleſtari. ¶ Primo in opationibus virtutū cognitiuaꝝ uel memorabiliuz qm̄ ipſe tardius app̄hendit ea que per opationē apphenſiuā celeriter app̄hendē ſolebat. Silr etiā nō eſt bñ diſpoſit⁹ in opationibus imaginatiue potētie cōponēdo ⁊ diuidendo. ⁊ adhuc fortius qm̄ memorabilia nō conuenienter nec diu retinet. ¶ 2° etiā vir iſte ſomno ꝓfundo moleſtatur a quo nō niſi difficulter excitat̄: etiam in dormiēdo ſomnijs corruptas fantaſias repreſentātibus agitat̄. Et adhuc ſepe raro cū timore excitatur a ſomno. ¶ 3° p̄ncipalr̄ in viſu eius nocumētuz pcipit diminutionis notabilē: ita q̄ nō niſi cū magna difficultate legere pōt. ¶ 4° p̄ncipaliter in oculis ſuis multitudo repreſentat̄ aquoſitatis ita q̄ quaſi ſemper madefacti ſunt. ex quo pcipitur lapſus cerebri ad humiditatē: ⁊ quoniam retēta eſt multe aquoſitatis preſentia quaꝫ facere ſolebat. ¶ 5° p̄ncipaliter vir iſte moleſtat̄ debilitate digeſtiue ſtomachi. ¶ 6° vir iſte quaſi p̄uatus eſt operatione olfatius. obiecta eniz odorabilia aromatica: uel fetida fere nō percipit. ¶ 7° vir iſte in opationibus motus ꝓgreſſiui manifeſtam pcipit leſionē ⁊ laſſitudinez in tātuz q̄ genua eius nō vident̄ habere potētiaz ſuſtentandi ꝯueniēter corporis molē. ¶ 8° inſuper vir iſte moleſtatur fluxu emorroidali bis uel ter in menſe. ¶ 9° adhuc vir iſte pcipit pulſationem in parte ſiniſtra cordis ſub mamilla quam dicit eſſe tremorem cordis cum aliquali grauedine in anhelitu. ¶ Decimo ingēti moleſtat̄ accidēte qd̄ eſt multe frigiditatis ſenſatio in toto genitali mēbro: ⁊ maxime in burſa eius ita q̄ ad uenereū actuz ualde raro ⁊ difficulter incitat̄. ⁊ ipſum nō niſi cū magna difficultate complere pōt. Queda͞m alia iterū in eo accidētia appent: que tñ a radice iſtoꝝ accidētium predictoꝝ dependent. Hec in ſumma videtur eſſe

diſpoſitio huius viri p̄dictis .x. accidētibus cōplicata. que oīa ſui abſciſionē velociter ſtudia itelligētu facile manifeſtāt.

¶ De inueſtigatione cauſarum egritudinum ⁊ accidentiū ʒ predictorum. Cap. ii.

Oportet aūt paruꝑ per cōtēplari theorice in cauſis p̄dictoꝝ accidētiū anteꝙ curationis inſtrā exprimant. In opationib⁹ enim p̄us qdē corporum diſpōe ⁊ accitiuʒ cognitio hēri debet. deinde ⁊ ſalubriū cāruʒ inuētio. p̄mo tegni. quomō eniʒ inſtrā curationis ⁊ p̄ſeruationis eligi ⁊ cognoſci poſſunt ſine precognitione cauſarum egritudinum ⁊ accidentiū earū. ¶ Oportet aūt hic fundamētuʒ accipere. ꝙ oium p̄dictoꝝ accidentiū vna ⁊ ſufficiēs cauſa eſt mala cōplexio frigida ⁊ humida in toto corpore huius viri multum aucta. ¶ Hoc aūt ex pluribus ſignis deduci pōt. P̄rimo qdeʒ ab inherētib⁹ ſubſtātie qꝛ per tactū in quacūqʒ pte eius mollities repreſentat̄ ⁊ frigiditas etiā: lʒ ſit remiſſior ꝙ humiditas. Lapſus eniʒ huius viri ad humiditatē magis eſt ꝙ ad frigiditatē inclinatus qd̄ appet ex vehemēti oiuʒ ptiuʒ corporis mollitie ⁊ remiſſa in eis rubedine carnoſitatis augmēto cū magna ipſius mollitie ex pluribus aliis nūc reſecādis. ¶ Iterū p̄dictus lapſus demōſtrari pōt per ſigna ſumpta ab opationibus. ¶ P̄rimo qdeʒ virtutis pulſatilis: qꝛ pulſus eſt mollis ⁊ tardus. lʒ eniʒ humiditas hēre arterias reddere molles: multitudo tñ eius idiſponit ad motū ut patet in valiſt. Sed ī eſt p̄uus ꝓpter remi ſſam caliditateʒ ⁊ auctā humiditatē: ⁊ ꝓpter hoc nō eſt velox: ſed ad frequentiā iclinatus. Cū eniʒ virtus ſue neceſſitati per magnitudineʒ ⁊ velocitatē nō ſufficiēter ſatiſfaciat ſupplet cū aliquali frequētia. ¶ Appet etiā hoc pcipi poſſe per nocumētuʒ anhelitus huius viri: qd̄ in veritate eſt anhelitus ɔſtrictio. Multa eniʒ humiditas cōprimēdo membra anhelitus eſt cauſa anhelitus ɔſtrictiōis: ita ꝙ videat̄ patiētem dilatare organa anhelitus cōprimētis hanc dilatationē impedire. ¶ Et ex hoc fundamēto iterū declarari pōt cauſa alterius accidētis. ſ. motus tremuli cordis: virtus eniʒ recōpenſans neceſſitati cordis nō pōt facere diaſtolē magnā ꝓpter ipſius debilitatē ⁊ inobediētiā. quare humiditas augmētata laſſitudinē facieʒ in ptibus mobilib⁹ cordis. quare accidit mot⁹ tremulus cordis. quotiēs eniʒ virtus mouet cor ad diaſtolem dū multa humiditas ⁊ eius vapor impediēdo motū laſſitudine ⁊ debilitate quā facit eſt cā motus tremuli cordis ⁊ eſt accīs valde verēduʒ ⁊ p̄pe ſi pſeueraret. Vñ qui habet motū cordis tremulū ɔtinuū caueat ne ſubita intercipiat̄ morte. gñta p̄mi. cap̄ de ſignis p̄noſticātibus egritudines. ¶ Et adhuc ⁊ tertio mala cōplexio frigida ⁊ humida corporis declarari poteſt ex multo ⁊ prolixo ſomno qui reducitur ad operationes animales. ¶ Et iteruʒ hoc apparet ex nocumēto moraliuʒ virtutū ɔtingente in hoc viro: cū difficultate eniʒ apprehendit ⁊ imaginat̄ ⁊ memorat ut ſupra declaratum eſt. ¶ Inſuper talis mala cōplexio ab opatione appetitiue ſtomachi cognoſci poteſt: qm̄ appetitus eſt a multa humiditate ſopitus: ſiue ꝓpter oppilationē a materia tali cadēte in neruo reuerſiuo oris ſtomachi: per quē deſcēdere debet aialis ſp̄s a ſexto pari neruoꝝ cerebri appetitus excitatiuus. ¶ Similiter etiaʒ ex diminuta ſtomachi digeſtione exceſſus frigiditatis ⁊ humiditatis deduci pōt. tarde enim ⁊ non niſi lōgo tempore digerit ⁊ fluctuant in eo cibaria ita ꝙ eoꝝ digeſtio in ventoſitates permutatur. ¶ P̄reterea p̄dicta mala cōplexio demōſtrat̄ facile ex notitia ⁊ opatione gñatiue potētie que in eo dici pōt nocumētuʒ. ſ. diminutionis: qꝛ parū appetit ⁊ minus pōt in operatione veneream. ¶ Etiā potētia trāſmutatiua ſanguinis in ſpina in opatione ſua corrupta eſt. ¶ Etiā debilitata eſt expulſiua vaſoꝝ ſeminaliū: qꝛ ſemen effundere non pōt niſi cuʒ tēpore longo ⁊ cum labore magno: ⁊ hec oia ordinant̄ opationibus vegetatiue potētie. ¶ Et rurſus iteꝝ augmētuʒ frigiditatis ⁊ humiditatis pulchre demōſtratur ex magno nocumēto in motiua potentia huius viri apparente ſiue motu ꝓgreſſiuo quātuʒ ad totū corpus: ſiue partiali membroꝝ ut capitis: qd̄ nō bene ſuſtineri pōt brachioꝝ ⁊ pedū: quoꝝ motus ad oēs differētias poſitionis eſt in viro hoc valde difficilis. ¶ Et videt̄ hāc diſpōnē in hoc viro nō ſolū eſſe a tēpore ētatis: ſed a p̄ncipio generationis maculatā. Refert eniʒ genitorē cum in tali pte etatis eſſet in qua ipſe nūc conſtitutus eſt: neruoꝝ frigiditate ⁊ humiditate cū magna debilitate fuiſſe moleſtatū. Et adhuc intēſam frigiditateʒ in mēbris genitalibus valde magnifice fuiſſe paſſuʒ. ꝓpter qd̄ huius viri egritudo hereditaria denoīari pōt: ⁊ eſt peior ꝙ ſi eſſet a tēpore precipue ɔtracta aliis paribus. ¶ Adde iterū ꝙ lōga ⁊ frequēs euacuatio emorroidarum hūc viruʒ p̄duxit ad ɔſilem diſpōnem magnifice augmentādam. Ois eniʒ euacuatio intēſiue magna ⁊ lōgo tēpore durās perducit ad laſſitudinē ⁊ debilitateʒ membroꝝ motus ⁊ deſtructionem innati caloris augmētum frigiditatis ꝓpter quā diminuuntur ⁊ corrumpunt̄ opationes membroꝝ: ut 14⁹ tertii. cap̄ de aſclite. ¶ Ex quoꝝ oium fundamēto iam manifeſte appet ꝙ huius viri diſpoſitio eſt mala cōplexio frigida ⁊ humida totius corporis mālis que eum inuadit magis in capite ſtomacho ⁊ mēbris genitalib⁹ eius ut iam deductū eſt. ¶ Appet ſcdō ꝙ egri diſpoſitio cū ſuis accidētibus eſt valde verēda. ¶ Et ſeqtur tertio ꝙ ad eius curā citiſſime ꝓperanduʒ eſt. ¶ Et ſequitur quarto ꝙ cura accitiuum p̄dictoꝝ vana eſſet ⁊ pauce vtilitatis ſine pmutatione eius ad ſubtractionē frigiditatis ⁊ humiditatis mālis de qua dictum eſt. ¶ Seqtur qnto: ꝙ cura huius viri fundari debet ſuper debito regimine menſurato multū accurate ⁊ diſcrete per res non naturales ⁊ medicinales: ut nunc ſequitur ⁊c̄.

Particula ſecunda huius tractatus de conuenienti regimine huius viri per res non naturales continens capitula ſex.

¶ De habitatione ⁊ loco ſibi cōuenientibus. Cap. i.

Quoniā huius viri diſpoſitio ut apparuit in p̄cedēti cap̄ eſt lapſus ad frigidū ⁊ humiduʒ notabilit̄ intēſus. Ideo indiget regimine reductiuo ad diſpoſitionē meliorē: qd̄ per ɔ̄ria fieri debet: ergo locus ubi habitare debet eligēdus eſt ad caliditatē ⁊ ſiccitatē declinis: ſed hoc regimē huic viro nō niſi cū magna difficultate eligi pōt: qm̄ ipſe ꝓpter magnas italie diſcolias oratorie dignitate: uel officio diuerſas urbes ⁊ loca neceſſario cogit̄ perambulare: qcqd tamen ɔtingat eligat ſibi habitaculū a vēto ⁊ curſibus aquarū elōgatū. Et caueat moram ɔ̄herein habitaculis antiquoꝝ edificioꝝ ⁊ prope pulueruētā humiditate corruptoꝝ ⁊ frigiditate magna. ꝓpter qd̄ eligat locū ſatis ɔuenienter ornatum ⁊ munitū: ʒ in quo etiā ignis accendat̄ non ex carbonibus: ſed ex lignis abietis: quercus: lauri: pomoꝝ: iuniperi: ⁊ cōſimiliū. ¶ In quo etiā ſepe ſuffumigatio cū puluere ſtoracis calamite ſuperaſperſo prunis ignitis: aut cū laudano thure ligno aloes ſandaraca colofonia: reſine hñ dura. ¶ Vel cū trociſcis iſtis. ℞. gallie muſ. laudani electi. añ. ʒ. i. ſ. ſtoracis calamite ʒ. vi. ligni al. ʒ. i. bacarum lauri. ʒ. iiii. pul. foliorum cupſſi. ʒ. v. puluerizent̄ omnia per ſe ⁊ incorporentur cum ſuc. folioꝝ lauri: ⁊ fiant trociſci pōderis ʒ. iii. quos poterit ſecū portare ſuffumigādo ex eis cameraʒ veſtes caputeos ⁊ birreta. ¶ Similiter etiā quantū ad annexa ſit veſtib⁹ in nocte ɔuenienter tectus. imo ⁊ adhuc in eſtate caput eius pellibus ſuffultis ⁊ doſſibus varioꝝ: aut pellib⁹ vulpinis conuenienter tegat̄. ¶ Frequenter pomum iſtud die noctuqʒ in manibus odorādo teneat. ℞. croci. ʒ. ſ. maiorane: roriſmarini ſticados folii. añ. ʒ. i. ſ. ambre orientalis. ℈. ſ. muſci. ʒ. ſ. ſtoracis calamite laudani añ. ʒ. ſ. diſſoluantur hec duo in vino aromatico ⁊ fiat pomum ut dictum eſt.

¶ De regimine eius per exercitium. Cap. ii.

uolatilibus:laudãt carnes faſianoꝝ ⁊ perdicũ propter lau-
dabilitatẽ repletionis eoꝝ ⁊ qꝛ generant ſanguinem ad exic
cãdum prõpcium ⁊ propter cordialitatẽ que inuenit̃ in eis.
¶ Et ꝑpter eandem cauſam oium auium carnes ſylueſtri
um que cibũ ſuum queritãt ⁊ uenant̃ cũ uolatu ⁊ labore
magno laudabiles exiſtũt. Tales enim ex numero a ſapien
tibus ponunt̃ carduelle:philomene:alaude:⁊ paſſeres etiã
reliquas vͦo preter iſtas dimittãtur. ¶ Cõueniunt etiã cotur
nices:que multũ abundãt apud ſiculos:⁊ frãcolini: quoꝝ
copia eſt apud tridẽtinos:⁊ ſtarne que multũ abundãt in
dioceſi aqlegienſi:ſiue per ſtarnam aial ſpecie diſtinctum a
pdice itelligas ſiue pdicẽ:utraqꝫ eoꝝ eiuſdem cõplexionis
ſcribit̃. ⁊ ideo tales utiles ſunt huic viro:quoniã caro per-
dicis auget ſanguinẽ ualde:⁊ ꝯueniens eſt ſi ea utat̃ cõua
leſcens:cuius corpus fuit infrigidatũ ⁊ ſanguine diminu
tũ. 23° Cõtinentis cap̃ preallegato. Et eadẽ ratione laudã-
tur faſiani ut dictum eſt:quoniã caro eoꝝ eſt melioꝛ carne
pulloꝝ. ſcdo canone. cap̃ de duragi. ¶ Caro vͦo uolatilis
quã lõbardi dicũt Quatulã:greci aũt Uertiginẽ dicũt:⁊ ia
nuẽſes uocãt Squiſcalã raro accipi debet. qm̃ generat ſan-
guinẽ humidũ ⁊ uẽtoſabilẽ:⁊ ſua pinguedine facientẽ lapſi
tudinẽ in neruis ⁊ nauſeã in ſtomacho. ⁊ ideo uſus eius ſit
paucus:⁊ cũ aromatibus ꝯdita. ¶ De carnibus quadru-
pedũ laudant̃ capretine:ꝑpter inclinationeꝫ cõplexionis
eoꝝ ad leuem frigiditatem cum augmento ſiccitatis: bone
etiã ſunt̃ vitelline. ¶ Carnes vͦo caſtrati ⁊ ꝓprie ualde pin
guis ⁊ iuxta ualles nutriti dimitti debẽt. lꝫ enim Auerrois
5° colliget. carnes caſtratoꝝ videat̃ ꝓferre carnibus vitulo
ruꝫ. Dicẽdum eſt:ꝙ itellexit de his que oriunt̃ in climate uꝉ
regione magne caliditatis ⁊ ſiccitatis:qualis eſt regio hiſpa
noꝝ:vnde oriũdus fuiterat eniꝫ Cordubẽſis:ut in ſcriptu
ris inuenio. Similiter etiã intellexit de caſtratis qui nutri-
untur plãtis calidis exiccãtibus ut mellilotto andachocha
thimulo trifolio ⁊ ſimilibus. ꝑpter qͦd ⁊ carnes caſtratoruꝫ
in mõtibus vincẽtinis nutritoꝝ:⁊ in ꝯſimilibus ꝑpter cali
ditatẽ:⁊ ſiccitatem a nutrimẽto acqſitam ita collaudari de-
bent ſicut carnes plãtis frigidis ⁊ humidis nutritas repro
bare ꝯueniens eſt. ¶ Caro vͦo agni ꝑpter excedentẽ humi
ditatẽ eius non habeat̃ in uſu niſi raro ⁊ cum ſpẽbus aro
maticis calefacientibus ⁊ exiccantibus cõdita. Et adhuc
conuenientioꝛ eſt ei aſſata ꝙ elixa. ¶ Caro vͦo domeſtici
porci recens omnino dimittatur. generat enim mollitiem
in neruis ⁊ cerebro ⁊ iuncturis.

De quadrupedibus ſylueſtribus ptꝫ
ei conuenire car
nes ſylueſtris porci:raro tñ ⁊ in pauco uſu:⁊ meliores erũt
ei carnoſe partes in pinguedine minorate ⁊ ꝓprie condite
cum aromatibus ⁊ plantis calidis ⁊ ſiccis. ¶ Caro vͦo ca-
prioli eſt ei ualde laudabilis bonitate ſui nutrimẽti laxie. a
ſuꝑfluitatibus expurgati:ipſe eniꝫ inter ſylueſtres carnes
meliores exiſtunt. ⁊ ſanguis ex ea generatus paucas habet
ſuperfluitates. 3° Almãſ. cap̃ nono. ¶ Caro vͦo leporis ite-
ruꝫ ꝯueniens eſt ei rõne pauce humiditatis ⁊ multe ſiccita
tis:que inuenit̃ in nutrimẽto eius lꝫ rõne remiſſe calidita-
tis nõ videret̃ aduerſari frigiditati ſupacute. Inuenio tñ
ſi artificialiter ꝑparet̃ cum pipe croco çinçibere ⁊ ſimilib⁹
erit ualde ꝯueniens. tūc enim per ambas qualitates aduer
ſabit̃ generationi flegmatis. ¶ Carnes vͦo ceruoꝝ quoruꝫ
magna copia eſt apud romanos:⁊ in uſu habetur ibi non
eſt multũ diſcõueniens ⁊ ꝓprie cum aromatibus cõdite.
¶ Caro vͦo cuniculi omnino reprobanda eſt. ¶ Alie vͦo
carnes ſylueſtres non ſint multum in uſu preter urſorum:
quorum uſum abſcinditea uobis propter groſſitudinem
⁊ viſcoſitatem ⁊ remiſſam caliditatem ſanguinis genitã ex
eis. In ſumma igitur omnium animalium carnes a me-
dio in ſpecie ſua multum elongate per augmentum fri-
giditatis ⁊ humiditatis meliores erunt ei ſalite ⁊ aſſa-
te ꝙ elixe.

Quia uero ꝑpter ſacre legis reuerẽtiã nõ ſemp li
cet comedere carnes. Dicẽdum ꝓmo
gñaliter ꝙ oium piſciũ uſus reprobãdus eſt:⁊ ꝓprie in quã
titate multa. Et melius eſt uti ſalitis piſcib⁹ ꝙ recẽtib⁹:⁊ in
oleo frixis uel aſſatis ꝙ in aqua elixis. Sint tñ piſces min⁹
incõuenientes eligẽdi. ſ. illi quoꝝ cõplexio caliditati ⁊ ſiccita
ti viciniorꝫ eſt:⁊ eoꝝ ſubſtantia duricies. De quoꝝ numero
elegãtiores ſunt carpiones in comitatu ueronẽſi ⁊ brixienſi
abundãtes. Scdo etiã ſunt torrẽtine fluuiales uel ꝓncipio
maris vicine ſicut in extremitatib⁹ atteſis ⁊ padi mare atti
gẽtibus. Silr̃ etiam piſces alij uarioli noiati:de quoꝝ nu-
mero eſt ſpere ſolis ſemilunarẽ figurã in ſquãmis eius ha
bẽs. etiam ꝯueniũt ei more dicto lucij in aqs nõ limoſis in
uẽti. Et aliquãdo qui uocãtur capedani ſturiones ⁊ tenne
li boni ſunt ⁊ orade. ¶ De maritimis ſunt rumbi menole
ſardelle ⁊ alij oẽs ſolidarũ carnium inuẽti ⁊ in mari nutri-
ti a limoſitatib⁹ ⁊ ciuitatibus elõgati. ¶ Conchilia ⁊ oſtra-
che quarũ ꝑpter laſciuiã magis ꝙ ꝑpter utilitatem ⁊ iuua
mẽtum in nr̃is tẽporib⁹ cibatio libet nõ placẽt nec uobis uti-
les ſunt. Talia eniꝫ aialia genita ſunt ex limoſitatibus ⁊ fe
calibus ptibus in fundo maris ⁊ ripis inuẽtis magis per
modũ putrefactionis ꝙ ꝑpagatione ſeminis:de qbus alias
ſermonẽ ꝓlixum feci rõnibus ⁊ auctoritatibus reproban-
tibus aialia talia:ut patet in ꝯſilio ſcripto ad Angelicũ ab-
batẽ Camaricẽſem. ¶ Propter qͦd anguille tinche ⁊ om-
nes piſces mollium carnium ⁊ magnoꝝ corpoꝝ nõ ſunt ac
cipiendi. Unde ⁊ cancri abhorreantur in uobis fluuiales
⁊ marini ſimiliter quos Maſanctos uocant.

Lac uero ⁊ lacticinia oia ꝯſimiliter euitent̃. uſus
eniꝫ eoꝝ ſenſibus iterioribus nocitiuus
eſt:⁊ amẽtie gñatiuus ⁊ mollitiei ⁊ diſpõnis paliſis:augmẽ
tatiuus:ut colligit̃ 2° canone in ꝓpͦ cap̃:ubi dixit. Lac eñ
ꝑpter declinationẽ eius ad frigus aliqͦd nocet flegmaticis:
quoniã eoꝝ caliditas non ꝯuertit ipſum ad ſanguinẽ ſicut
oportet. Et in aureola oculi dicit ꝙ lac facit euenire tene-
broſitatem viſus ad caliginẽ. ¶ Propter qͦd etiam caſeus
mollis ⁊ recens euitari debet. ¶ Silr̃ ⁊ butyri uſus oino
eſt ei incõueniens ꝑpter magnã mollitiẽ ⁊ relaxationẽ ſto
machi ⁊ neruoꝝ. Eſt tñ calidũ ⁊ humidũ in ꝓmo. humidi-
tas tñ eius eſt amplioꝛ caliditate ipſius. ¶ Uñ ꝑpter hoc
cõuenientioꝛ eſt ei uſus olei oliuaruꝫ bene maturaruꝫ. Eſt
enim calidũ in ꝓmo ⁊ humidũ in fine eius. ¶ Propter qͦd
⁊ ꝯuenientius eſſet uobis oleũ de nucibus ſolẽniter appro
batũ ad diſpoſitiones neruoꝝ. Et oleũ de amigdalis dul.
⁊ adhuc ꝯuenientius eſſet oleum de fiſticis. Fiſtici eniꝫ ca
lidi ſunt ut infra patebit de fructibus.

Similiter etiã ⁊ mellis uſus ꝯueniẽs eſt in cibari-
is ⁊c. Mel eniꝫ potẽter aduerſat̃ fleg-
mati ut colligit̃ ſcdo canone. ⁊ 6° de regimie ſanitatis. vñ ⁊
mellita cibaria cõuenientiora ſunt ꝙ çuccarata. Çuccarum
enim lꝫ in paſſiuis tẽperamentum obtineat:ad caliditateꝫ
tñ parũper inclinat̃:ꝑpter qͦd nõ eſt ſufficiẽs uſus:ſed gra
tia laſciuie cum aromatibus calidis.

Ea uero qbus ꝯdiunt̃ cibaria que attrahẽtia ſunt
lꝫ in multo uſu nõ ꝯueniãt:minus tñ no-
ciua ſunt uobis ꝙ acetoſa. Acetũ eñ potẽter nocet neruis
ut patet ſcdo canone. ⁊ ſcda tertij. cap̃ ꝓmo. Et dicit de eo
Serapio auctore Gal. ꝙ ualde nocet neruis ut experiẽtia
docet. Et ſi bene cõſideres acetum quãto magis acre ⁊ mi
nus acutum tanto minus nocumẽtuꝫ erit uobis. ¶ Quia
inſuper laudanda ſunt non ualde dura quocunqꝫ modo
coctio preparetur preter ꝙ frixa. ¶ De aromatibus vͦo qb⁹
fercula cõdiunt̃ ꝯueniũt uobis calida ⁊ ſicca. Talia enim
capiti cordi ⁊ ſtomacho ſunt utilia. oia eniꝫ aromata dili-
gunt̃ a mẽbris ꝓn aipalib⁹ ut 4° ꝑ. ⁊ 2° tertij colligendum.

Iam uero de leguminib⁹ parũper agendum eſt.
Premitẽdũ ꝓmo ꝙ oium taliuꝫ uſus
abſtinẽdus eſt a uobis ꝑpter eoꝝ uẽtoſabilitatẽ ⁊ uẽtoſitatẽ

nē que replēt neruos euaporatione eoꝝ ad caput propriē uelut piſa fabe faſeoli ⁊ cicera alba. Unde elenes .i. greci incurrerūt nocumēta iſtꝰ curarū ꝑpter comeſtionē multam eoꝝ. ❡ Si qua tñ ꝯuenire poſſunt ſunt cicera rubea que calida ſunt ⁊ ſicca: ⁊ ꝯueniēter apiriūt ⁊ ꝑcipitatiua mācrum flegmaticarum per vias urine: non tñ ſint in multo uſu: eo qꝛ inflatiua ſunt: ⁊ nō debēt accipi in ꝑncipio nec in fine cibi: ſed in medio ſolum. ſcđo canone ꝑprio caꝑ. ❡ Laudo nobis pānicij uſum: lȝ enim ſit frigidū ⁊ ſiccū: qꝛ tñ paꝝ nutrit: ⁊ ꝑpter ſui leuitatē ⁊ ſiccitatem ꝯueniens eſt: ⁊ urinam ꝓuocat .11. ꝯtinentis caꝑ .99°. ❡ Siſr etiā ꝯueniens eſt nobis riſus. eſt enim calidū in ꝑmo ⁊ ſiccū in ſcđo .21. ꝯtinentis caꝑ 26°. ꝯueniēter nutrit ⁊ exiccat: ⁊ ꝯfortat etiā: qꝛ habet aliquā ſtipticitatē. octauo de ſimplici medicina. ꝑmo capitulo. Alia aūt legumina nō placēt mihi ꝑpter allegatas cauſas.

De oleribus

aūt dicēdū ꝑmo. ꝙ nullum eſt cōueniēs nobis frigide cōplexionis ⁊ humide: nec hñs humiditatē multam facile ebullibilem ⁊ putribilē: qualia ſunt ſpinachia bleta portulaca lactuca cucurbita ⁊ endiuia creſſones ⁊ ꝯſimilia. 22. ꝯtinentis. Q̄ꝺ ſi aliqđ iſtoꝝ olerū ꝯtingit accipe: frāgaſ cū calidis ⁊ ſiccis ut mentha ſerpillo feniculo petroſel. ⁊ alijs. Aut ſaltem iſta ante ꝑdictoꝝ aſſumptionem accipianſ. ❡ Dicēdum tertio ꝙ olera ꝯueniētia nobis cū hoc ſint calida ⁊ ſicca debēt eſſe apiriua mediocriter: ut māo ꝯſumant ⁊ ꝑcipitent per vias urine. De quoꝝ numero eſt ſaluia ſepe laudata. 3° canone ab Auic. lȝ ſpāle capitulū nō fecerit in 2° canone. Diaſcorides vō caꝑ de lilifago. videſ aſcribere operationes a caliditate ⁊ ſiccitate eius ꝑuenientes: lȝ eam nō graduet ſicut neqȝ aliquod alioꝝ ſimpliciū niſi ualde raro. Joānes vō Serapi. in aggregatione ſimpliciū. caꝑ 49°. enumerat ipſam inter medicinas calidas ⁊ ſiccas in ſcđo: ⁊ dicit ꝙ eſt calida caliditate manifeſta ⁊ paruȝ ſtiptica. De hac planta multi modernoꝝ ampla dicunt in egritudinibus: qđ tamen nō ita auctēticum inuenio ab illuſtribus antiquis. ❡ Laudo etiam nobis feniculi uſum: nō tamē in magna quantitate: eſt enim calidus in tertio ⁊ ſiccus in ꝑmo. 8° de ſimplici medicina. tñ ꝑpter eius iuuamētum ad nocumēta viſus que grādia ſunt in nobis etiam qꝛ calefaciēdo diuertit materias a remotis partibus per vias urine educēdo cōuenit recens in quantitate maiori: ſiccus vō minori. ❡ Similiter etiam ⁊ ſcđa ſpēs apij petroſellinū noīata ꝯuenit nobis. eſt enim calidū ⁊ ſiccū in 3°. 8° de ſimplici medicina. lȝ aliqui ponāt ipſum in tertio gradu caliditatis ⁊ in ſcđo ſiccitatis: quicquid tñ ſit eſt ꝯueniēs in ꝓuocādo. caput ꝯfortādo ⁊ ſtomachū ut a pluribus colligiſ. lȝ Ruffus dixerit ꝙ nocet ſtomacho attrahēdo ad ipſuȝ mās acutas aliūde. Sed ſi bene ꝯſideretur inuētio eius fuit de apio ut eſt ꝑma ſpēs: ambo enim ponunſ eiuſdē ſpēi: ut patet ſcđo canone. ꝑmo capitulo. ⁊ 8° de ſimplici medicina. ꝑallegato loco. ⁊ .21. ꝯtinentis. caꝑ 63°. ⁊ a Serapione ſimplicium 4°. Aliter aūt ad Ruffū dici pōt negādo ꝯſtiam ſuam: nō enim eſt argumētatio bona. petroſel. trahit materias acutas aliūde ad ſtomachū ergo nocet ei. Cū hoc enim ꝙ attrahit eas abſtergēdo ⁊ aperiēdo cito educit eas: ita ꝙ in eo non ꝯtrahant moram tantam ut poſſint ledere. ❡ Menthe vō cuiuſcūqȝ ſpēi uſum laudo nobis: ſiue igiſ per ipſam intelligaſ ſpecies eius cuius folium parūper rotūditati attinet ⁊ ſtipes eſt ſubrubeus ⁊ parum plus ſemipedali a terra eleuaſ ⁊ eius odor eſt ſuauis ⁊ amenus: ⁊ talis poniſ calide ⁊ ſicce complexionis in ſcđo canone ⁊ lege ibidem ꝙ ꝯfortat ſtomachū calefaciēdo ipm: ⁊ ſedat ſingultū ⁊ digerit ⁊ prohibet uomitū flegmaticum. ❡ Et ſi per mētham itelligaſ alia ſpēs ſiſimbriū nominata: que apud uenetos mētha reputaſ etiam hec planta ꝯueniēs eſt nobis. quoniam eius caliditas ⁊ ſiccitas perueniunt uſqȝ ad tertiū graduȝ. ❡ Si aūt per mentham intelligatur tertia ſpēs eius que balſamica uocatur: etiam cōuenit: eſt enim in aſtātia caliditatis ⁊ ſiccitatis ſicut ſcđa: ⁊ eſt capiti ⁊ neruis cōuenientiſſima: qđ eius aromaticitas amena declarat. ❡ Propter quod ⁊ mentaſtruȝ quod eſt eius ſpēs agreſtis etiaȝ conſimiliter laudandum eſt nobis. ❡ Nemē iterū qđ Auic. 2° canone ſerpillum noīat ⁊ Diaſcorides ſerpillum uocat: ꝯuenit uobis. Auicē. ponit ipm calidū ⁊ ſiccū in ſcđo: ⁊ dicit ipſum aromaticitate ſua ſtomacho ⁊ capiti conueniens eſſe: ⁊ ꝓuocat urinam: lȝ Serapio enumeret ipſum inter medicinas calidas in 3°. ❡ Adhuc ⁊ ſaget alnarina quā roſmarinū Serapio nomīat laudāda eſt uobis ꝑpter caliditatē ⁊ ſiccitatē eius in tertio gradu: ⁊ ꝯuēit ſtomacho capiti neruis ⁊ oculis. ❡ Amaracos etiā quā maioranā uocāt ꝑpter ꝟtutē eius attenuatiuaȝ ⁊ diſſolutiuā a caliditate ⁊ ſiccitate tertij gradus ꝓueniētē 8° de ſimplici medicina ꝯuenit ualde: ⁊ eo fortius qm̄ aperit oppilationes cerebri ⁊ colatorij. ⁊ ꝯuenit doloribꝰ capitis a flegma ⁊ uētoſitatibꝰ ꝓueniētibꝰ. ut 2° canone ſuo caꝑlo colligēdū mēbrorū capitis. ❡ Ocinū etiā ꝯuenit: ſed illud magis qđ aromaticitatē hēt ſilem gariofilis ⁊ magna folia extēſa ⁊ minꝰ etiaȝ qđ aromaticitatē amenā hēt ſilem gariofil. ꝯueniēs eſt ei calidū ⁊ ſiccū in ſcđo ut Joannes Serapio de hegereſen. ❡ Propter qđ dicēduȝ eſt: ꝙ lȝ multa ſint olera ꝑter iſta que uſui hoīum in cibis ꝯſueta ſunt: ut origanū calamētum daucus ⁊ ſimilia. oīa tamen aromatica: quorū aroma emanet a caliditate ⁊ ſiccitate ⁊ non a frigiditate ⁊ ſiccitate uelut in camphora laudanſ uobis in uſu. ❡ De alijs aūt oleribus cum iam excluſerim ea nihil ad preſens niſi de rebus quaruȝ cōmunis eſt uſus. primo de caulibus. Prima enim apparentia uidētur conuenire nobis: qꝛ calidi ſunt in primo ⁊ ſicci in ſecundo: maturant leniunt. ſ. uētrem exiccant ⁊ prouocant. ſecundo canone. caꝑlo ꝑprio: lȝ 21° ꝯtinentis. caꝑlo. 641. ſcribatur auctoritate Gal. ⁊ Humaſij ſanguis generatus ex caulibus eſt horribilis ⁊ mali odoris q̄re melius eſt ab eis recedere. ❡ Borago etiam lȝ ſit in uſu multum mihi tamen non placet propter uētoſitatē ſuā per quam nocet digeſtioni inquietando cibum in ſtomacho etiam qꝛ non habet tātā caliditatis quātum uobis opportunum eet. Ponitur enim tēperata: qꝛ eſt ſpecies bugloſſe ut colligendum eſt ſecūdo canone. primo capitulo cū ſpeciale capitulum de ea non habeatur ibidem. ❡ Medicine aūt tēperate ad lapſum frigidum ⁊ humidum. notabilr intenſum non hñt ſufficientem actiuitatem: qm̄ a ꝑportione minoris inequalitatis nō ꝓuenit actio ſufficiens. ❡ Cerefoliuȝ etiam qđ eſt in uſu non paruo quod calidum eſt in principio ſecundi ⁊ ſiccum in eo ꝯueniens eſt uobis ſubtiliatiuuȝ diureticum ⁊ confortatiuum.

Quia uero

antiquorum conſuetudo erat numerare inter olera citrullos cucumeres angurias ⁊ pepones: dicendum eſt de eis parumper. ❡ Et ꝑmo qdem angurie cucumeres citrulli parui oīno a uobis euitādi ſunt. Et lȝ ſit coīs uſus utendi cucurbitis. nec uſus eius apud uos oīno euitari debet: qm̄ generat humores frigidos humidos ⁊ crudos ⁊ male ſubſtantie ut apparet ſcđo alimentoꝝ. caꝑlo 3°. tñ ſm ꝙ ibi tangitur pōt artificialiter ita componi ꝙ ipſa inclinetur ad generationē laudabilis humoris: ꝑpter qđ ꝯſuetudo fere coīs artificialiter faciendi ipſam cum modico croco ⁊ caſeo uobis eſſet laudabilis. Cum agreſta vō nō. Similiter ⁊ portulaca ſpinachia ⁊ bleta ⁊ criſolacāna omnia dimittūtur. ❡ De melonibus vō dicendum ꝙ pari rōne dimitti debent quia ſunt frigidi ⁊ humidi: qꝛ tñ eo minus frigidi ſunt quāto maiori dulcedine participant: ⁊ ſui ſubſtātia ſoliditati attinentes: ideo magis utiles videntur eſſe: ⁊ ex eis comedē poteſtis ⁊ ꝑpriē añ cibum ⁊ bibendo poſt eos laudabile vinū in quantitate ꝯueniēti abſqȝ aqua: ut colligiſ 2° alimētoꝝ. caꝑlo quinto.

Inſuper

iteruȝ dicendū parūper ꝙ oēs frucꝰ actu ⁊ potentia frigidi ⁊ hūidi dimittendi ſunt. ❡ Propter qđ ceraſa nō placēt mihi: dulcia aūt lȝ ēt ſint leniuia uentri: tñ ſūt nociua ſtomacho: acria vō lȝ ſtōacho

videantur utilia ⁊ aliq̃liter laxatiua:nõ tñ ſũt uobis laudãda
q: uentrẽ retinent:ut Diaſco. In ſumma tñ aliqñ poteſtis
accipe de illis que ſunt ſubſtãtie compacte ⁊ groſſe: ſaporis
medij inter dulcẽ ⁊ acrem que uocantur maraſche. ⁋ Per
ſica ẽt pp frigiditatem eoꝝ in pmo ⁊ humiditatem in ſcõo
nõ ſunt ↄueniẽtia:lꝫ eni ſtomacho ſint bona ⁊ appetit⁹ in
citatiua:ut 2° canone,tñ nõ ſit eoꝝ uſus multus:⁊ eligantur
cõpacta dura aromatica ⁊ citrini coloris ⁊ ſaporis ad dul
cedinẽ eleuati ab oſſibus nõ ſepabilia niſi per inciſionem.
⁋ Et eadeꝫ rõne de pomis dicendũ eſt ꝙ eligant̃ que aro
matica ſunt colore rubea ⁊ citrina ſubſtantia ſolida in ſa
pore dulcedine notabiliter participantia ⁊ raro utantur.
⁋ Propter qđ ⁊ pira minus diſcõuenire vident̃ ꝑpter ſic
citatem eoꝝ que aduerſatur humiditati.ſunt enim frigida
in primo ⁊ ſicca in ſecundo.21. Continentis. capitulo 9°.
Ex eis tamen eligantur:ut de pomis dictum eſt. ⁋ De ficu
bus parũper ↄſiderãdũ:ſunt eni ſicce ex eis calide in þ ſicce
in pn° ſcõi.humide vo ex eis nõ tãtã caliditatẽ ⁊ ſiccitatem
hñt:ſꝫ magis nutriũt ꝙ̃ ſicce:lꝫ nõ ita ↄueniãt ſtomacho ut
ſicce:qcqđ tñ ſit ↄueniẽtiores ſunt uobis inter alios fruct⁹
ſunt eni meliores alijs fructib⁹ in terris ⁊ regionib⁹ in qb⁹
eſſe ↄſueuerit. 3° pmi.cap̃ de regimine per cibũ ⁊ potũ.ſunt
eni ſtomacho ſpleni renib⁹ ⁊ epati utiles apiẽdo abſtergen
do ⁊ mũdificãdo:in eis eni eſt lenificatio ultia ⁊ nutricatio
maioꝝ ꝙ̃ in alijs fructibus.2° can. ꝓpo cap̃. ⁋ Paſſule vo
ſtomacho ⁊ pectori approbant̃ ⁊ enumerant̃ a ſapiẽtib⁹ i
ter ea que ſũt calida ad caliditatẽ declinãtia. In ſũma igit̃ ex
eis meliores ſunt uobis ille que hñt arillos ⁊ hñ comedunt̃
debẽt ultimate maſticari:talis pars arilloſa terrea eſt ⁊ ſicca
frãgit earũ vnctuoſitatẽ ⁊ humiditatẽ ſupfluã ꝑpter quam
ſunt nociue lapſib⁹ humidis. ⁋ Nuces autẽ numerant̃ in
ter edulia ⁊ medicinas calidas ⁊ ſiccas: ꝑpterea uobis ↄue
niũnt:uerum quia propter vnctuoſitatem multam earum
nauſeant ſtomachũ ⁊ grauãt caput ⁊ pectus.ideo nõ ↄue
niũt. ⁋ Caſtaneaꝝ aũt uſus lꝫ rõne ſiccitatis videret̃ utilis:
earũ tñ nutrimẽtũ q: eſt groſſuꝫ ⁊ ſiũt difficilis trãſmutatio
nis ⁊ earũ humiditas eſt in groſſas uẽtoſitates conuertibi
lis non placẽt:⁊ adhuc q: ſunt nutrimentũ hñtoꝝ.tractat̃
enim de eis in caplo de glande ut colligitur ſcõo canone.
⁋ Criſomilla vo que nõnulli anteoſica ⁊ falſe uocant:qm̃
anteꝑſica ſunt parua que matureſcũt in mẽſe iulij:non cõ
ueniunt uobis:q: frigide ⁊ humide cõplexionis ſunt in ſe
cũdo. generant enim febres malas uelocitate putrefactio
nis eorum:⁊ precipitur a ſapientibus ꝙ ſi aliquando come
dantur accipiatur cum eis anetum uel ſemẽ eius. ⁋ Pro
pter eãdẽ etiam cãm non laudo uobis iuiubas:lꝫ frigide
ſint in pmo ⁊ tẽperate in paſſiuis uroicit de eis Gal.non
repi iuiubas nec in ↄſeruãdo ſanitatẽ ⁊ in remouẽdo egri
tudinẽ aliquid ↄferẽtes.ſed reperi eas difficilis digõnis ⁊
pauci nutrimenti ⁊ malas ſtomacho:⁊ in eaꝝ gđuatiõe eſt
diſcordia magna inter auctores quã hic diſputare nõ curo
⁋ Mora aũt bñ mature ⁊ dulcia declinant ad caliditatẽ ⁊
humiditatem:q: tamen ſtomacho nocent dimittantur:illa
tamen que de eis non ſunt mature ponuntur frigide ⁊ ſic
ce complexionis: ⁊ de eis aliquando comedere poteſtis q:
confortant ſtomachuꝫ ante cibũ tamẽ ſumant̃. ⁋ Dactyli
bene maturi vniuerſa bolum ↄcordia ponuntur calidi in
pmo.in paſſiuis tñ de eis diſcordant ſapientes fere omnes
Serapio enim in aggregatore enumerat eos inter medici
nas calidas ⁊ ſiccas in primo gradu. Auic. vo 2° canone
caplo de palma.parũ de eis dicit.ſ.ꝙ preterijt ſermo de eis:
ſed in pluribus uoluminibus nõ inuenio de eis capitulũ
neqꝫ ſub rubrica dactyli neqꝫ de fenikia neqꝫ de rotab.23° cõ
tientis capitulo de palma ſic ſcribitur. Dactyli maturi cali
di ſunt in ſecundo humidi in pmo. Auctoritate Bimaſij 8°
de ſimplici medicina legitur ꝙ cũ hoc ꝙ abũdanter nutri
unt uentrem ſtipticãt ⁊ inferunt dolorem pungitiuum ſto
macho ⁊ oppilationes epati ⁊ ſpleni. quare dimittantur.

⁋ De pineis ſcẽrũ dicendũ ꝙ in paſſiuis grana earũ tẽpera
ta ſunt parũ ad caliditatẽ declinantia.ideo nõ multũ curan
dum eſt de eis. Si tñ accipe placeret aut in ↄuiuijs eſſet ne
ceſſariũ: tũc meliores ſunt cũ infundant̃ per noctẽ in aqua
calida ⁊ ſic remouebitur ab eis acuitas acrimonia ⁊ mor
dicatio: ⁊ efficientur optime ad nutriendum: ⁊ ꝓprie ma
gis condite cum melle ⁊ calefacte cum çuccaro. ⁋ De fiſti
cis dicendum . ponuntur enim calidi in fine ſecundi ⁊ eſt
in eis humiditas non limitata. Raſ.22. continentis ſim
plici.53. auctoritate Archigenis ⁊ Bimaſij ponitur calide
⁊ ſicce. In ſumma igitur laudo uobis eos:aperiũt eniꝫ mea
tus nutrimenti ⁊ oppilationes epatis expurgando ipſum ⁊
canales pulmonis octauo de ſimplici medicina. ⁋ Iam de
granatis dicenduꝫ. triũ ſpecieruꝫ inueniuntur.propter qđ
non raro ⁊ parũ eoꝝ complexio diuerſificat̃ :dulcia ſunt fri
gida ⁊ humida:acria vo frigida ⁊ ſicca in ſcõo ⁊ muça tenẽt
medium.dulcia enim ⁊ bene matura comedere poteſtis:cõ
ueniunt ſtomacho ꝑpter ſtipticitatem ſubtilem.

Quoniam vo parum differunt ſpẽs alimẽtoꝝ in
ter ſe ſumpte ex carnibus ꝑpter ptes
aialiũ. ⁋ Ideo dicenduꝫ eſt de eis parumper. Et pmo ꝙ ol
um aialiũ mẽbra uel partes ſua potentiali uel actuali humi
ditate nimium molles ⁊ lapſitudinis mẽbroꝝ poſitiue eui
tande ſunt. de quoꝝ numero ſunt cerebrum medulle partes
medullares ⁊ pinguedines oẽs multipliciter enim ledunt:
aut multa euaporatione implẽte cerebrũ :aut nimia earum
mollitie ledendo ſtomachuꝫ ⁊ neruos. ⁋ Scõo etiã ꝙ oẽs
partes animaliũ viſcoſitateꝫ habentes notabileꝫ dimittẽde
ſunt:uelut cutis mẽbrana uel partes cutanee ⁊ neruoſe ⁊ li
gamentales. ⁋ Premittẽdo 3° ꝙ oẽs partes que ſubſtãtia
eaꝝ difficilis tranſmutatiõis ⁊ groſſi nutrimẽti ponuntur
dimitti debẽt. Sicut caro cordis epatis ſplenis renũ ⁊ fere ol
um inteſtinoꝝ. ⁋ Propter qđ inferẽdũ eſt ꝙ ſole ⁊ laudabili
ores aialiũ ptes exiſtũt carnes muſculoſe nõ multũ pigues
ſubſtãtie ſolide mediocri colore rubee ⁊ odore ſuaues ⁊ de
iuuenib⁹ aialib⁹ accepte poſt occiſionẽ aialiuꝫ non diutius
ꝙ̃ per diem vnum uel duos conſeruate. Hec in ſumma de
regimine cibationis ſufficere poſſunt.

Iam autem ut cõueniens videatur hora dicẽ
dũ eſt de potu ſm conuenientiam.
⁋ Premittẽdo pmo ꝙ vina fumoſa ſua vinoſitate ⁊ ſubti
lia in ſubſtãtia actuali uel potentiali: q: nimiũ penetratiua
euitari debẽt:lꝫ ↄueniãt ſtomacho rectificãdo digõnẽ eius:
tñ q: multũ replẽt caput ⁊ neruos maius eſſet nocumẽtũ eo
rum ꝙ̃ iuuamẽtũ: ꝑparãt eniꝫ aduẽtũ nõ ſolũ paraliſis ſed ẽt
apoplexie ⁊ tenebroſitatis viſus : quare dimittenda ſunt.
⁋ Ampli⁹ cũ alijs que rectificãt organa digõnis ⁊ gñatio
nis non min⁹ ꝓuideri põt uobis ꝙ̃ vino: plurimi eniꝫ me
dicinales potus ſunt uobis utiliores vino ut ſtatim dicet̃.
⁋ Si tñ non placeret dimittere vinũ argumẽto ſũpto a cõ
ſuetudine bibendi uel incurrendi nocumẽta ex potu aque
cuiuſcũqꝫ : aut pp laſciuiã que eſt argumẽtuꝫ accuſandi fe
re oẽs hoies pp blãditiẽ magis ꝙ̃ pp virtutem. Ideo conde
ſcẽdẽdo dicenduꝫ ꝙ vinũ ↄueniẽtius eẽ debet odore ſuaue
ſubſtãtia oxaphanũ colore rubeum ⁊ vinoſitate ſua medio
cre declinatum magis ad paruam caliditatem ꝙ̃ multam.
⁋ Qđ ſi tale vinũ nõ inueniret̃ ꝑdictis circũſtãtijs ↄditio
natuꝫ permiſcẽduꝫ eſt cũ aqua fontis accepta libera aeris ⁊
decurſus celo ⁊ aeri expoſita a lacunis ⁊ limoſis partibus
denudata in qua non inueniat̃ multitudo ranarũ uel ſan
guiſugaruꝫ uel plante fetorẽ hñtes:uelut aggi nenufar len
ticula tribulus ⁊ ſilia. Et ſi talis aqua ꝑcoqueretur: ⁊ ꝓprie
qñ ſcaturit a mõtib⁹ ⁊ decurrit per riuulos lapidoſos ual
de melioꝛ eſſet propter quod ultimo cõcludenduꝫ ꝙ aqua
ciſterne melioꝛ eſſet uobis ꝙ̃ altera aqua. ⁋ Dico autem
conſilio ſalubriori utens ꝙ melius eſſet uobis ſpatio inte
gri anni uti mellicrato ſimplici aut compoſito: quod non
nulli ueterum laudant. ⁋ Talis eniꝫ potus ſua cõueniẽtie

caliditate ⁊ ſiccitate potētercii q2 diureticꝰ eſt. ¶ Et iterꝫ q2 mūdificatiuꝰ eſt capitis neruoꝝ ⁊ inſtrōꝝ ſenſus. ¶ Et adhuc q2 ſatis ↄueniēter eſt nutritiuꝰ. Jō oīo eligēdus eſt uobis. ¶ Cū igit̄ queritis hēre ſyrupū deſcribat̄ p hūc modū. ℞. aque ſuprascripte lib.xxv. mellis citrini odoriferi cum ſua dulcedine hn̄tis aliqd acuitatis lib.ij. coquant̄ ſil' in lapideo uaſe uſqꝫ ad ↄſūptionē tertie ptis ſpumificando ſucceſſiue ⁊ ↄtinue abijciendo: deinde colet̄ur bis per ſtamine cum ſpiſſū ⁊ cuꝫ infrigidatū fuerit reponat̄ in uaſis lapideis: ⁊ utendū eſt eo ad libitū: ⁊ poterit ↄſeruari per mēſem. ¶ Cū aūt deſideraueritis efficē ipm cōpoſitū: tūc qdē accipiēda eſt deſcriptio q̄liter repit̄ in receptarijs. ſꝫ cōpoſitio eius fūdari debet ſup v̄tutibꝰ medicinarū hn̄tiū ↄtrarietatem ad lapſuꝫ. iō debēt eē calide ⁊ ſicce: ⁊ hn̄tiū eleuationeꝫ ad cerebrū per v̄tutē tertiam q̄les ſūt galiga nux muſcata: macis peonia ⁊ ſilia. ¶ Et iteruꝫ eoꝝ que hn̄t calefacere ⁊ confortare ſtomachū. uelut macis gariofil'. maſtix pip al. ⁊ ſilia. ¶ Et iteruꝫ recipe debet hic potius virtutem medicinarum per tertiam opationem reſpiciētium neruos: uelut acorus grana peonie cardamomum utrunqꝫ. ¶ Recipere etiam debent medicinas cōfortantes membra generationis uelut daucus petroſellinum crocus ambra muſcus arthemiſia matricaria ſemina daucie ⁊ conſimilia. ¶ Propter qđ eligendum eſſet uobis hoc cōpoſituꝫ magiſtrale qđ omnes p̄dictas amplectitur v̄tutes ⁊ opationes cuius deſcriptio eſt hec. ℞. ambre orientalis.ʒ.ſ. muſci.ǧ.vj.ſſ. de mecbe nucis muſcate galanga coſti.el'. piperis al. añ.ʒ.ſ. cinamomi ſubtilis ⁊ acuti.ʒ.j.ſ. cubebarum granoꝝ peonie ſe. daucie ligritie añ.ʒ.ij. maſticis.ʒ.ſ. gariofil'.ʒ.j. aque laudate lib.xl. mellis ſ dicti.ʒ.xlv. coquantur uſqꝫ ad cōſumptionē tertie ptis diſpumatiōe facta ↄueniēter: ⁊ eedem ſpēs ligari debent in pāno raro ⁊ prius in aqua modicum coqui ante q̄ ponat̄ in mel: ⁊ poſt reſeruetur ut dictum eſt.

Particula

tertia huius tractat̄ de regimine accidētium huiꝰ viri que ↄtinet capl'a ſeptē. ¶ Capitulum primuꝫ de regimine vniuerſali per euacuationes vniuerſales appropriatas ſm̄ tempora anni. ¶ Capitulum ſecundum de electione medicinarum corrigētiuꝫ lapſum frigidum ⁊ humidū materialem cerebri. ¶ Capitulum tertium de medicinis conuenientibus nocumento diminutionis ⁊ corruptionis viſus. ¶ Capitulum quartū de medicinis curatiuis lapſus frigidi ⁊ humidi ſtomachi ⁊ rectificatiuis eius. ¶ Capitulum quintum de medicinis preſeruatiuis a paraliſi ⁊ confortatiuis neruorum. ¶ Capitulum ſextum de medicinis rectificantibus membra generationis ⁊ diſponentibus ea ad venereū actuꝫ. ¶ Capm̄ 7m̄ de medicinis ⁊ inſtrīs correctiuis quorundam accidentiuꝫ que in hoc viro perſeuerant ⁊ curationem ad ſe uocāt.

¶ De purgatione in uere ⁊c̄. Cap.1.

Itaqꝫ pro declaratione capituli primi premittende ſunt medicine neceſſarie ad purgatiōes regulares que fieri debent in uere iuxta ſniam ſummi hypp. ſexto afforiſmoꝝ afforiſmo 2º ibi. Quibuſcunqꝫ farmacia aut flobothomia neceſſaria eſt. hos in uere farmacare: aut flobothomare ↄuenit. Et ex hoc fundamento apparet q̄ euacuationes in autūno celebrate ſi utiles exiſtant non tamen ſunt ita regulares ſicut ille que in uere fiunt.

Agitur

a p̄ncipio menſis martij uſqꝫ ad mediū aprilis conueniens eſt ut iſte vir purget̄ bis. ſ. ol' xxº die per hunc modū. Nā mane in aurora accipiat hāc infuſioneꝫ calidā: poſt quā dormiat per vnā horā cōpletā: ⁊ non dormiat ſup ipſam niſi ſpatio p̄me hore: ⁊ tardet cibū ſuum uſqꝫ ad horas ſex: ⁊ quīta p̄cedēte horā ſextā accipiat cyathum vnū aque cocte cum çuccaro ⁊ calefacte. Eſt enim infuſionis deſcriptio talis. ℞. turbith electi puluerīs hermodactyloꝝ. añ.ʒ.j. agarici albi leuis frangibilis ⁊ non nodoſi.ʒ.ij.ſſ. cinamomi aniſi dauci ſpice. añ.ʒ.ſ. ſalis gēme.ǧ.ij. aque mellis.ʒ.iiij. calefiat aqua ⁊ infundantur in ea puluer es cum.ʒ.j. penidiarum: ⁊ ita ↄſeruetur per diem naleꝫ: hora vō ſupius dicta calefiant oīa ſimul ⁊ diligenter colentur ⁊ exprimantur: ⁊ bibat de colatura illa calide: obſeruatis conditionibus iam paulo ante dictis. ¶ Cuꝫ ergo fuerit hac minoratiua euacuatione mundificatus ſequēti immediate die in mane accipiat hunc ſyrupuꝫ calidum ſuprascripta hora: cuius deſcriptio eſt hec. ℞. ſyrupi de ſticados.ʒ.j. ſyrupi aceteſi compoſiti.ʒ.ſ. aque betonice ſaluie ⁊ eupatorij añ.ʒ.j. miſce ⁊ totum accipiatur caliduꝫ ⁊ tardetur cibus poſt ipſum horas ad minus quatuor. ¶ Cū ergo ſūpſeris hoc digeſtiuū ſex uel ſeptem diebus aut totiēs q̄ in urina eiꝰ appeat mediocritas in ſubſtātia ⁊ in colore citrinitas ⁊ hypoſtaſis in fūdo uaſis alba ↄtīcta ⁊ cōlis: tūc mane immediate ſequenti purget̄ cū iſtis pillis. ℞. pillaꝝ fetidaꝝ.ʒ.ſ. ⁊ de ſarcocola deſcriptione M[illegible] eius.ʒ.ſ. formentur pille.vij. cū ſucco ro. ⁊ accipiantur in aurora: qbꝰ acceptis poſt eas obſeruent̄ regule que in minoratiuo dicte ſūt. ¶ Cuꝫ aūt trāſiuerit ſpatiū.16. aut.20. dierū iterū purgetur cuꝫ hac ſcōa purgatione que v̄tualr̄ a p̄dicta differt debet aliquātuluꝫ. ¶ Pmo q2 nō debet eē ſcōa purgatio in ḡdu ⁊ potētia ſua eque fortis ⁊ calefaciēs ut p̄ma: q2 tūc vtꝰ erit parūper eleuata pp ſubtractionē ptis mēbri. ¶ Itē q2 calidus ↄuenēs tūc eſt maior ⁊ potētior ad mobilitādū mās. ¶ Etiā q2 vie euacuationis ſūt patiores: pp qđ pro minoratiuo recipiat hoc. ℞. eluarij indi.ʒ.ij. agarici electi.ʒ.ſ. medulle cartami.ʒ.ſſ. aniſi cinamomi.añ.ǧ.iiij. miſce. accipiat̄ hoc totū cū.ʒ.ij. aque ſublimatiōis radicis acori calefacte: ⁊ tardet̄ cibꝰ. ⁊ de minoratiuo dictū eſt. Et nota q̄ agaricus ⁊ cartamus uehemēter ↄferunt in diſpōnibꝰ neruorū. Collige hoc 2º tertij. capitulo p̄mo in fine. ¶ Poſt illud vō minoratiuū mane immediate ſequēti accipiat hoc digeſtiuuꝫ. ℞. ſyrupi de eupatorio.ʒ.j. mellis ro.co.ʒ.ſ. aque abſinthij. feniculi ⁊ cicoree añ.ʒ.j. miſce ⁊ accipiatur ut ad operationē bone digeſtiōis ſic ſupra ſcriptū eſt in p̄mo ſyrupo. ¶ Cuꝫ ergo acceperis hoc digeſtiuū mane ſequenti euacuetur cū hoc med. camic. ℞. agarici electi.ʒ.ſ. medulle cartami.ʒ.j. caſſiefiſtule ſyrupi viol'. añ.ʒ.ſ. çinçiberis.ǧ.iij. accipiat cuꝫ cyatho medio aque ordei calefacte: ⁊ fiat poſt hoc ſicut ſcriptum fuit poſt minoratiuum primum.

De purgatione

vō in p̄ncipio autūni fienda ſic pcedat. In fine nāqꝫ mēſis ſeptembris uel in p̄ncipio octobris vno mane in aurora accipiat hoc minoratiuū. ℞. tyriace hermetis deſcriptione Auic'.22º. tertij.ʒ.j. electuarij indi.ʒ.ij.ſ. aque ordei çuccarate ⁊ calide.ʒ.iij. miſce totum inſimul ⁊ accipiatur obſeruatis conditionibus in minoratiuo dictis. ¶ Poſt hoc aūt digerantur materia ſex uel octo diebus cū hoc ſyrupo. ℞. ſyrupi de biſātijs mellis ro.co. ſyrupi de eupatorio añ.ʒ.ſ. aque mellifſe lupuloꝝ ⁊ cicoree añ.ʒ.j. totum calidū accipiatur ut ſupra de alijs dictum eſt. Et ſi bene cōprehēdes hoc digeſtiuū ↄueniens eſt ad materias frigidas ⁊ calidas: ⁊ aliqualiter ad materias aduſtas quas eſt rationale fuiſſe reſeruatas ⁊ genitas in cōſiſtentia eſtatis ⁊ exercitijs fortibus ⁊ ſimilibus. ¶ Accepto itaqꝫ digeſtiuo accipiat̄ hoc ſolutiuuꝫ. ℞. benedicte ſimplicis.ʒ.iij. caſſiefiſtul'.ʒ.iiij. electuarij ſucci ro. electuarij indi añ.ʒ.j. totū accipiatur cuꝫ cyatho medio aque ordei çuccarate calide ↄditionibus oībus obſeruandis que in alijs ſolutiuis dicte ſunt. Et nota q̄ hoc ſolutiuum educit electiue materiam calidam a iuncturis virtute electuarij ſucci roſ. ⁊ materiam frigidam ab eiſdem: ⁊ a remotis locis virtute electuarij indi. ⁊ materias flegmaticas ⁊ aquoſas a ſtomacho ⁊ neruis v̄tute agarici: ⁊ educit etiaꝫ materias cholericas flegmaticas ⁊ partim aduſtas a ſtomacho epate ⁊ uenis v̄tute caſſiefiſtule. ¶ Predictis autem ſupaddendū eſt q̄ ſi tempore iſtarū purgationū qū accipit digeſtiua uēter nō eſſet bn̄ fluxibilis tūc mittat̄ aliqđ cliſtere in aurora cōpoſitū hoc modo. ℞. folioꝝ blete

malue mercurialis añ.M.ij.polipodij cartami añ.M.j.ſ. furfuris bñ cribellati.M.ij.coquantur oia in lib.quatuor aque uſqꝫ ad ↄſumptionē quartā partiuꝫ ꝛ de hac colatura bñ expreſſa accipiat lib.j.bñdicte caſſiefiſtule zuccari rubei.añ.℥.ſ.olei oliuarū.℥.iiij.ſalis com.℥.ſ.miſce ꝛ tota mediocriter calidā accipiat: ꝛ quieſcat poſt eius aſſumptionē: ꝛ calidos pānos ſup uētrē frequēta. ¶ Quod ſi vir iſte aut alter abominaret clyſteriorꝫ aſſumptionē ſicut mos eſt pluriū ꝛ maxime dñorꝫ alamanorꝫ: tūc ol die aut ſaltē tertia die paruꝫ ante cenā accipiat vnā de iſtis pillulis. Et placēt mihi magis propter aſpectū quē hñt ad ſtomachū neruos caput ꝛ genitalia mēbra. quarꝫ deſcriptio eſt hec. ℞. cinamomi.ʒ.ſ. maſticis nucis muſcate radicis peonie.añ.ʒ.ſ.ſalis indi.ʒ.j.ſ.radicis feniculi.℈.ij.agarici electi.ʒ.iij.hermodactylorꝫ turbith.añ.ʒ.ſ.croci ligritie añ.℈.ſ.aloes epatici electi.ʒ.v. pulueriſent oia per ſe ꝛ īfundant in.℥.v.ſucci maiorane. ꝛ.℥.iij.ſucci ſaluie.℥.iiij.ſucci cicoree ꝛ diligēter cōmiſceantur ꝛ ponant ſub radijs ſolis uſqꝫ ad ↄſumptionē ſuccorꝫ deinde iterū renouent ſucci ꝛ exiccent: ꝛ ita tertio fiat ut dictū eſt: videbis enī operationem diuinā in euacuādo mās predictas a predictis locis ꝛ confortando ea ꝛc̄.

¶ De cura lapſus cerebri frigidi ꝛ humidi materialis. Cap.ii.

Cum vir iſte fuerit euacuatus ut ſupra dictū eſt procedēdū eſt ad ↄſumptionē materiarū flegmaticarū que in cerebro eius principaliter abūdāt. Et primo quidem cum medicinis ſimplicibus.

Et de leuioribus ſimplicibus eſt ſpica nardi de qua ſoleo dare in ſero qñ eger uadit ad lectū pillulas duas factas cū puluere eius ꝛ modico tyriace hermetis per duas horas poſt cenā eſt enī potiſſima ad pdicta ut ſcripſit filius Serapionis in ſuo cap ei° inq̄t: Spica nardi exiccat humiditates in capite aggregatas ↄfortat cerebrū ꝛ phibet reumatiſmos. ¶ 2m ſimplex pdictis appropriatū eſt ambra ꝛ ppe ptib° patientibus apoſtema: de ea enī accipio ℈.iij. ꝛ cū.ʒ.ij.ſyrupi de calamēto cōmixtā exhibeo in aurora cū.℥.iij. aque maiorane calefacte. Ambra enī aſſumpta ↄfortat cerebrū ꝛ corroborat ipm ꝛ ſenſus oēs ꝛ cor etiā ꝛ ppe in ſenib° frigidis cōplexione. ¶ Tertiū ſimplex eſt caputpurgiū factū cū muſco per hunc modū. ℞. pulueris muſci.℈.ij.aque maiorane.℥.ij.calefiant ambe ſimul ꝛ in medijs tertijs aut per horam ante cenam ore pātis repleto hydromelle tepido plena palma manus de predicta mixtione leuiter calida trahiciatur per naſum leui tractu per utrāqꝫ narem bis in ſpatio medie hore. Eſt enim remedium ualde efficax. ¶ Quartū ſimplex ualde ↄueniēs eſt comedere ſex uel octo auelanas torrefactas poſt cibum. ſcribitur enim de eis ſcdo canonis in primo capitulo. q augmentum efficiunt in cerebro.

De cōpoſitis aūt medicinis mirabiliter ↄfortatiuis cerebri ꝛ exiccatiuis humiditatū abūdātiū in eo ꝛ de ↄferētibus neruis eſt electuariū ab Auic. deſcriptū 5° canone. ſūma pma. ꝛ denoiat fortitudo magna.i.ſaluatrix. Ego enī mirabiles effectus cognoui de ea exhibēdo de ipſa.℈.ij.cū.℥.j.ſ.aque ſublimationis ſo.herbe roriſmarini exhibēdo in aurora modo predicto. ¶ Scdm cōpoſitū ad eaſdē intētiones ꝛ eodē mō exhibitū eſt electuariū ibidē deſcriptū ſelite ab Auic.noiatū: qd ab Haliabate decimo practice.cap ſexto. noiatur ſelphe. ꝛ mirabiliter approbat ipm. ¶ Tertiū cōpoſitū eſt xilobalſamū ↄditū: ꝛ ſunt virgule ex arbore balſami recētes accepte ꝛ ↄdite cū ſyrupo zuccarino modico muſci que in mane accepte ꝛ bñ maſticate ꝛ deglutite mirabiliter cerebro ꝛ neruis ↄferunt ut elici pōt ab auctorib° cap de ligno balſami ꝛ balſamo. ¶ Quartū cōpoſitū uſuale ſūt mirabolani hebuli ↄditi quorꝫ uſus in ſero ꝛ in aurora eſt bonus: ſꝫ difficile ſit inuenire ipſos electos eqñ oia fere medicamina ab arborib° paganis aſportata corrupta ſunt ꝛ ſophiſticata:

¶ Ego aūt experientia certa ſcio q inunctio oīuꝫ ſpōdiliū a pri° colli uſqꝫ ad finem facta cū īfraſcripto oleo calido potēter ↄfert locis laxatis neruoſis ꝛ paraliticis. Cuius deſcriptio eſt hec. ℞. olei de coſto olei liliorꝫ alborꝫ añ.℥.ij: ambre orientalis.ʒ.ſ. terant ſubtiliter in mortario. deide icorporent. ꝛ ponant in ampulla ſtricti orificij bñ obturata ſaltē.xx. diebus teneant ſub radijs ſolis: calefacto cocleari vno ex eo ꝛ facta inunctione: videbis rem tibi ualde gratam.

¶ De cura nocumenti diminutionis ꝛ corruptionis viſus. Cap.iii.

Quoniā aūt in viſu huius viri diminutionis ꝛ corruptionis notabile nocumētū ↄſecutum eſt ad malā cōplexionē frigidā ꝛ humidā ſtomachi ꝛ cerebri hui° viri. Ideo in hoc cap leuius trāſeundū eſt ꝛ ſuccīcte magis. Oia medicamina que cerebro neruis ꝛ ſtomacho ſcripta ſunt ꝛ dicent viſui ei° notabile iuuamētū afferūt. Uapores enī flegmatici ꝛ uapores ei° ſpiritui viſibili ꝛ neruis opticis ꝛ humorib° oculi cōmixti ꝛ imerſi nocumētū pdictū in viſu efficiūt ut ſupra in pº cap deductū ē.

Propter qd hic quattuor ſolū ponā inſtrā. duo quidē phibitiua lapſus: ꝛ duo phibitiua nocumēti ei°. ¶ Primū itaqꝫ de phibitiuis eſt uſus pillularū in pº cap 3e pticule ſcriptarū quas dū volueris efficē efficaciores: cōmiſcē debes cū tertia ſui pte pillularū lucis deſcriptione Meſue in antidotario. Et accipiat ex eis vna per duas horas poſt cenā ꝛ pprie qñ ex.ʒ.j. ſex pillule facte fuerīt. ¶ 2m inſtrm eſt pectinatio leuis capitis per duas horas poſt cenā. poſt quā ſupaſpergat toti medietati anteriori capitis.℈.ſ. pulueris gariofi. In hoc enī medicamine magnū iuuamētū poſuit Auēçoar pº Theiſir cap pmo. ¶ Tertiū inſtrm de abſcidētib° nocumētū diminutionis ꝛ corruptionis viſus eſt ut ſepe oculi lauent cū aqua cinerīs capitali ꝛ medietate ſui aque maiorane. ¶ Quartū inſtrm ꝛ elegātius illo eſt. ℞. balſami electi.ʒ.ſ. aque maiorane.℥.ij.miſce ꝛ pone in amphora obturati orificij: ꝛ exponat radijs ſolis ſaltem per octo dies: de hoc ergo liniātur oculi intus ꝛ extra eſt, ꝛ notabile medicamen.

¶ De medicinis curatiuis lapſus frigidi ꝛ humidi ſtomachi rectificatiuis eius. Cap.iiii.

Conueniēs eſt nūc eligē iſtrā curationis lapſus frigidi ꝛ humidi ſtomachi que ꝛ ↄſumēdo materias in eo inuētas ipm ↄfortare poſſint. ¶ De numero igit illorꝫ eſt ſuccus abſinthij aſſumendo de eo.℥.j.cū aque mēthe ꝛ meliſſe añ.℥.j.ſ. ꝛ ↄtinuetur ſaltē per decē dies. ¶ Scdm ↄferēs ſtomacho etiā euacuādo mām eſt iera ſimplex Gal. accipiēdo de ea.ʒ.j.cum.℥.ij. aque calamēti ꝛ eſt ualde efficax obſeruādo poſt eā ↄditiones ſupius tactas in ſolutiuis. ¶ Tertiū ualde ↄueniēs ſtomacho calefaciēdo ipm ↄſumēdo ſuperfluitates carminat etiam uētoſitates: ꝛ eſt ſemē carui: de quo facio patiētes in mane maſticare.ʒ.j.uel.ſ. per horas tres ante cibū. Eſt enī bonū ſtomacho calefacit ꝛ corroborat: ꝛ facit digeri cibuꝫ ꝛ nutrit in ↄfectionib° medicinarū faciētiū deſcēdē cibū: ut Serapio in aggregatore ſcripſit in ppo cap. ¶ Quartuꝫ eſt maſtix de quo ſaltē ter in ſeptimana facio deglutire ℈.ij. uel.iij. eſt enī medicina ſtomatica epar ꝛ uentrē. deſiccans corroborat ꝛ ad īflationes eorꝫ iuuat abſqꝫ moleſtia: ut ſcripſit Diaſcorides pprio cap. ¶ Ad hāc etiā intētionē cōfert electuariū diaciminū ꝛ ppꝛie deſcriptū a Nicolao in antidotario accipiēdo de ipſo añ cibū rotulā vnā.ʒ.vni° ꝛ medie. ¶ De nobiliorib° aūt medicamib° ad vigorādū ſtomachū ꝛ ↄſumēdū mās duo ſūt mihi expta cōpoſita. ¶ pm eſt electuariū de ambra deſcriptione Meſue in antidotario diſtinctione pma deſcriptione 2a. ꝛ eſt medicina ſublimis cerebrū ↄfortās ꝛ cor ꝛ ſtomachū: ꝛ oia mēbra nutricantia: ꝛ digōnē pcurat ꝛ uētrē ea letificat: cōuenit ſenib° ꝛ frigidis nā ꝛ mulierib° ꝛ ad egritudines matricis: doſis eius eſt ut ſcribit ibi.ʒ.iij.in aurora cū.℥.ij.aque mēthe gra ſtomachi.

etiam aqua melliſſe ꝓpter cor.cū aqua abſinthij ꝓpter epar: aut oīuȝ aut pluriuȝ ſimul cū intendit ad oīa ſimul aut ad plura eoꝝ. ¶ 2m cōpoſitū expertuȝ eſt electuariū de aromatibus deſcriptū etiam a Meſue ibidē diſtinctione prima: ⁊ cap̄ primo. ⁊ debent dari ex eo.ʒ.ij.cum vino odorifero in aurora calefacto: aut cum aquis ſtatim dictis.

Hic etiam adduco duo medicinalia ſimplicia: ⁊ ꝑim etiam cibalia. ¶ Primū ſunt carice.i.ficus ſicce.ſm Diaſcoridē ſtomacho ſunt utiles accepte ante cibū. ¶ 2m ſunt fiſtici poſt cibū accepti qui etiam ſtomacho ꝯuenientes exiſtūt auctoritate Diaſcoridis. Plura etiā medicinalia ꝑter dicta īueniunt̄ confortātia ſtomachū. ¶ Et primū quidē eſt cerotū iſtud qđ ſup ſtomachū cōtinue portet̄. ℞.laudani electi.ʒ.ij.reſine.ʒ.vj.galie muſcate ſtoracis calamite ligni aloes añ.ʒ.ß.mēthe abſinthij añ.ℨ.j.maſticis.ʒ.ß.diſſoluant̄ gūme cū modico aceti vini citoniorꝫ: ⁊ fiat maſſa bn̄ glutinoſa ⁊ ꝓijciat̄ ſup pāno de grana ſm figurā ſcutalē cum extēſione ꝯuenienti: ⁊ ſup ipſum puluerizet̄ pulueris gariof. aſperſione leui. ¶ Si quis autē deſideraret hēre medicinā leuioris applicationis ⁊ facilioris ꝑmutationis cōponat ſibi hūc ſacculū in ſindone de grana tetorta ⁊ portet ipſum ſup ſtomacho maioris tēporis parte. Cuius deſcriptio eſt hec. ℞.ameos carui ſileris mōtani cimini añ.M.ß.mēthe origani abſinthij.añ.M.j.ligni al.folij añ.ʒ.ij.roſarū ſpodij maſticis añ.ʒ.ß. puluerizent̄ oīa per ſe: deinde miſceant̄ ⁊ mittant̄ in ſacculo lōgitudinaliter ⁊ latitudinaliter. ¶ Adhuc ego experiētia certa ſcio q̄ ſi ſtomachus iungat̄ mane ⁊ ſero cum ſupradicto oleo de balſamo actu calido ⁊ portet̄ ſuper eo pānus calefactus ſuffumigatus cum puluere galie muſcate in breui tēpore vigorat ſtomachū debilitatuȝ. ¶ Scio etiā q̄ portare continue plumaceolū magnuȝ ſup ſtomacho plenū pluma vulturis mirabiliter vigorat ſtomachum ⁊ rectificat ipſum.

¶ De medicinis ꝑſeruatiuis a paraliſi ⁊ cōfortatiuis neruorum. Cap.v.

In hoc cap̄ diligēter ꝯtēplandū eſt. oportet enim medicinas que hoīem paratū ad eneruationē uel paliſiȝ ꝑſeruare hēt. Etiā ſi iā egrotet poſſent curare: memorādo ꝑ q̄ opȝ ꝑintelligē ea que dicta ſunt in regimine per cibos ⁊ potus ut ea que ibi ꝯceſſa ſunt accipiant̄: reliqua vō ꝓhibita dimittātur. ¶ Premittēduȝ ſcdo q̄ talia inſtra que dicent̄ felicius opantur poſt euacuationes in uere ⁊ in autūno celebratas.

De numero ergo harū medicinarū alique ſunt iterius aſſumēde: nōnulle vō exterius applicāde. De his vō que applicāde ſunt interius nōnulle earū ſunt cibales ⁊ medicinales: ſicut dē de cerebro leporis ⁊ de andachocha ⁊ plurib⁹ alijs in ſcđa tertij. ſicut de carne colūboꝝ ⁊ ꝑ̄ſ ſyluestriū. comeſtio eniȝ eoꝝ cōfert ad relaxationē neruoꝝ mēbroꝝ oīuȝ ⁊ tremori totius ⁊ cordis ⁊ trahētibus poſt ſe crura ⁊ pedes ⁊ mēbris ꝑuatis ſenſu ⁊ motu ⁊ interfectioni loquele. ꝑ Thaiſir. ꝑ cap̄. ¶ Nonnulle vō haruȝ ſunt medicinales penitus: de quarum numero coīs eſt acorus ꝯditus accipiendo de eo in mane radicem vnā uel duas. ¶ 2m eſt ſotira magna de qua dictum eſt ſupra. ¶ 3m eſt tyriaca Hermetis etiā ibi tacta. ¶ 4m ſpeciale eſt confectio anacardina deſcriptione Auic̄ 5° canone ſumma prima: ⁊ doſis eius eſt ab vno.ℨ.uſqȝ ad.ʒ.j. ¶ 5m ⁊ ſpeciale de ſoluētibus eſt cōpoſitio pillularuȝ almaraſceni que deſcribunt̄ ab Auic̄.tertia tertij. ⁊ pillule fetide ⁊ pillule de ſarcocola mundificāt neruos ⁊ cerebrū ⁊ materias frigidas attrahūt ab eis aquoſas ⁊ groſſas. ¶ Ego autē expertus ſum ſepe electuariū hoc faciēdo hoīem uti ex eo per integrū annum accipiētem.ʒ.ij.in aurora cum.℥.ij.aque ſublimationis andachoche ⁊ tardet poſt ipſum cibus horis quatuor. Hoīes plures relaxatione iacere coactos vidi reſtitutos eſſe ad ꝓgreſſiuum motū ⁊ ad alias operationes vigoroſe ſanos. Cuius deſcriptio eſt hec. ℞.floꝝ roriſmarini floꝝ ſaluie ⁊ maiorane añ.ʒ.iij.ſe.rute herbe paliſie radicis acori añ.ʒ.v.cinamomi electi.ʒ.ij.galāge.ßß.triuȝ piperū nucis muſcate añ.ʒ.j.ß.croci.ʒ.ß.ſticados arabici.ℨ.iiij.radicis peonie.ℨ.v.muſci gra.iij ambre.ℨ.ß.pulueris cerebri leporis cōbuſti.ʒ.ß.balſami electi.ʒ.j.ß.melis diſpumanti lib.ij.çuccari lib.j.coquant̄ ſimul çuccaruȝ ⁊ mel uſqȝ ad ꝯuenientem inſpiſſationē. ⁊ cum inceperint infrigidari imponant̄ pulueres aliarū medicinarum per ſe puluerizatarūque ⁊ ꝯuenienter ꝯquaſſando incorporent̄ diu ⁊ uſui reſeruent̄ in uaſe vitreo bene obturato. ¶ De his autē medicinis que exterius applicāde ſunt paliticis ⁊ paraticis cōmuni oīuȝ auctoꝝ fama ſunt aque balneoꝝ naturalium: nō tñ oīum ſed eligēde ſunt ſulphuree ꝓprie ⁊ cimeritie ⁊ etiam aſpaltine. Alluminoſe vō ꝓpter ſtipticitatē ⁊ attramentine ꝯſimiliter ⁊ ferree aque ⁊ que ſcaturiūt per riuulos calibeos dimittende ſunt. ¶ Cū ergo deſideriū fuerit intrādi balnea eligant̄ ſulphuree aque aeri celo ⁊ aſtris ꝯuenienter diſcooperte ⁊ a paludib⁹ ⁊ uallib⁹ fetidis elōgate que recipiūt in alueuȝ arenoſum uel lapidoſuȝ naliter uel artificialiter factū. Et uētre ꝯuenienter mūdificato a cibo ⁊ potu uacuo. In ortu ſolis fiat introitus in balneū. ⁊ ꝯueniēs erit fricatio cū luto inuēto in aqs balneoꝝ a ꝑncipio nuche uſqȝ ad finē ſpine: ⁊ ꝯbat̄ mora in balneo uſqȝ ad tolerātiam que excludat debilitatē. ¶ Tūc ergo corpore diligēter cooꝑto fiat exitus a balneo ⁊ introitus in lectū uſquequo reducatur calor ad pꝛiſtinā tēperiē: ⁊ tūc accipiat̄ cibus in moderata quantitate diminutus magis q̄ cōplete ſatietatis. Poſtq̄ autē trāſiuerint hore ſeptē: ⁊ in die iteꝝ fiat in balneū introitus cuȝ fricatione ꝑdicta: ⁊ introitus in lectū ⁊ alia ut iaȝ dicta ſunt. ¶ Cū ergo igredit̄ lectuȝ tota ſpina eius a fine uſqȝ ad ꝑncipiuȝ nuche leuiter ꝯfricādo inungat̄ cum oleo de ambra calido: uel cū oleo de andachocha: aut oleo philoſophoꝝ. ¶ Cū ergo taliter pertranſiuerint duo dies accipiat aquā ſuper capite ſuo cadētem a uaſe eleuato a capite per quatuor pedes: qđ uas impleat̄ aqua balnei virginea uel a primo fonte ſcaturiēte abſqȝ ꝯtactu hoīuȝ uel alioꝝ. Canula ergo ſit groſſitudinis digitalis a laterali pte exterius apud fundū poſita aperiat̄ ⁊ cadat ſup prora capitis frōte cinctis ⁊ alijs ꝑtibus circūquaqȝ coronatis pāno lineo ſatis groſſo: deinde uoluat ſe a prora ad dextram ⁊ a dextra ad ſiniſtrā ⁊ de ſiniſtra ad poſteriorem uſquequo pcipiat caliditatem aqueam ꝓfundo cerebri ꝯuenienter perueniſſe: ⁊ poterit etiam corpus cū conuenientia tolerādi in ſuſuȝ ſtare uſqȝ ad ſpatium uel medietatē corporis. ¶ Poſt hoc autē cum iā balnei acceperit ſup capite a ſex quinque uel ſex dieb⁹ laudo ⁊ horis ꝯuenientibus dimiſſa balneatione oī ingrediat̄ ſtuffam ꝓpe balneum factā: ut coīter fit ⁊ cuȝ eadem aqua balnei ⁊ nō cum dulci in qua pmaneat hora vna tam mane q̄ ſero. Hec in ſumma eſt balneādi forma ꝯuenientior que obſeruari pōt. ¶ Poſtq̄ ergo a balneo diſceſſerit neceſſariū eſt ut quibuſdā dieb⁹ intēdat ad ſubtractionē materierum que diſſolute ſunt: ⁊ de his que trahūt mām a cerebro ⁊ ꝓprie eſt caputpurgiū hoc. ℞.pulueris nigelle que per quatuor dies īfuſa ſte erit in aceto.ʒ.j.aque maiorane.℥.iiij.miſceant̄ ſimul ⁊ calefiāt ⁊ trahiciant̄ per naſuȝ ſm modū ſuperius dictū. ¶ De his vō que mām abſcidūt a nucha neruis ⁊ muſculis eſt oleū de piretro de quo calefacto fiat inunctio: ipm enim torpidos ⁊ paliticos iuuat 6° de ſimplici medicina ꝑ cap̄. ¶ Etiā ꝯueniēs eſt oleū de caſtoreo ⁊ oleū de croco. ¶ Itē ꝯueniēs exiccatiuum ⁊ ꝯfortatiuū eſt hoc. ℞.olei amigdalaꝝ dul.ʒ.iij.ſandarace baccaruȝ lauri piperis nigri coſti añ.ʒ.j.ß.terant̄ diu in mortario. deinde calefiāt ⁊ applicent̄ ut dictū eſt. Plura alia deſcribere potuiſſem que dimittunt̄: quoniā iſta meliora ⁊ elegātiora ſunt.

¶ De medicinis rectificantibus membra generationis. Cap.vi.

Priuſq̄ explicent̄ inſtra curatiōis actus venerei oportet ingrere cās hoꝝ nocumentoꝝ. neqȝ enī

ſermo eoꝝ rõn abiliter adimpleri poteſt ſine illis. ¶ Propter qḋ ꝑmittēdum primo ꝙ cauſe ꝓpter quas cõtingit hominē ledi in actu coitus due principalr̃ exiſtūt. ¶ Prima includit cauſas primitiuas uel extrinſecas corpori applicabiles. Scḋa vero cauſa huic oppoſita a ſapientib⁹ partit̃ in. 7. modos cauſarū efficientium hoc. ¶ Quarum ꝓma aſſignat̃ pp ꝑncipale nocumētū in virga ipſa. ¶ Scḋa vero aſſignat̃ ex pte defectus in mēbris ſpmatis. ¶ Tertia in membris principalibus. ¶ Quarta in membris que ſequuntur principalia. ¶ Quinta ex pte nocumenti aduenientis mēbris que ſunt intermedia inter mēbra principalia ⁊ membra coitus. ¶ Sexta propter nocumentum proprium in membris que ſunt vicina membris coitus. ¶ Septima ex pte paucitatis uētoſitatū in toto corpe iuēte.

Pro declaratione

itaqꝫ p rime cauſe exterioris. Dicēdum ꝓmo ꝙ quecunqꝫ cauſa primitiua data que applicetur corpori aſſidue finaliter ꝑducit ad permutationē corporis ad lapſum: complexionalem uel compoſitionalem. ¶ Scḋo qꝛ nō ſemp cauſe ita ꝑmutāt corpus imo remanent tenentes ſe ex parte aīe aut ex parte agētium que corpori applicata alterant ipm imo impediūt ab opationib⁹ nālibus. ⁊ de numero eoꝝ dicuntur uenefice incātationes maleficia faſcinationes ⁊ ꝯſilia. velut pluries inuētum eſt viros ⁊ mulieres ab opatio.ie coitus eſſe ꝓuatos intantum ꝙ ſpeculationes ⁊ phyſica inſtrā nihil ualuerūt in curatione eoꝝ. ſed oportuit applicari nōnulla inſtrā ab occulta ꝓprietate permutantia corpus: ut ſepe ꝯtigit me vidiſſe audiuiſſe ⁊ curaſſe. ⁊ ſunt tres cāe ꝯceſſe a ſapiētib⁹ de quibus paulopoſt dicet̃. ¶ Alique ēt de numero haꝝ cāꝝum tenēt ſe ex parte aīe uel pp anguſtiam uel triſtitiam que ꝓhibent hoīes ab actu uenereo. ¶ Contingit etiā defectus iſte quandoqꝫ ex parte timoris in quo fit uelox ⁊ fortis retractio ſpirituum a membris in quibus elaborari debet ſemē. ¶ Tertio uero ex parte uerecundie in aīaꝫ impſſe ſic̄ ꝯtingit aliquem uerecundari a ꝯtactu mulieris: ut puſillaminib⁹ ꝯtingit hoīb⁹. ¶ 4⁹ iteruꝫ ꝯtingit hoc ex pte impſſionis in aīam recepte propter abominationem que qnqꝫ reuīt̃ in actib⁹ coeūdi: frequenter eniꝫ aliqs vidēs aut audiēs in honeſtuꝫ moduꝫ ſodomitice coeundi aut more brutoꝝ abominationem recipit in aīa ob quā non ſolum coitus diminuit̃: ſed frequēter illo ꝓ iatur. ⁊ poteſt colligi hec ſententia. 20⁹ tertij. ¶ 5⁹ iteruꝫ hoc ꝯtingit ex parte impꝛ̃ſſionis in aīa facte per amorem caſtitatis ex lege uel ex religione ſeu deuotiōe ꝓoptata ut contingit ſanctis viris in lege dei militantibus ⁊ in eremo deo ſeruientibus ꝓpter deuotionem non ſolū caſtos: ſed quādoqꝫ (lꝫ raro) virgines permanere in tota vita ſua. ¶ 6⁹ iteruꝫ hoc ꝯtingē pōt ꝓpter nocumētū in aīa reminiſcētiua factum ꝓpter longā dimiſſionē coitus: frequenter enim mēbra gn̄ationis ꝓpter longā abſtinētiam a coitu intantum debilitant̃ ꝙ aīa non memorat neqꝫ ſollicita eſt de gn̄atiōe ſeminis ſicut ꝯtingit mulieri que ablactauit puerū ⁊ dimittit ipm incurrere nocumētum ꝓhibitionis lactis. Et oēs hi ſermones pulcherrime colliguntur 20⁹ tertij. ⁊ ualde ſubtiliter caplo de diminutione coitus dum inquit. Et de eis que debilitāt coitum ⁊ ꝟtutem eius ſunt res meditatiue ꝙtum ad actū imaginatiue potētie. uel ſicut horribilitas coeundi: aut uerecundia ei⁹ ꝙtū ad actū cogitatiue virtutis: aut anteceſſio intellect⁹ ad coi. i. actualis opatio intelligēdi: que intelligētia: imo oīs opatio interior ⁊ exterior ponitur in corde ab Ariſto. ut patet ꝓmo de ſenſu ⁊ ſenſato quam etiam opationeꝫ in pte hac ſecut⁹ eſt Auic. 20. tertij. cap ꝓmo in fine ubi dicit. Et apḋ me ꝑncipium ei⁹. ſ. operationis eſt ex corde. Et ſubiūgit ꝙ oēs tales impſſiones in anima debilitāt a coitu: idē diminuūt. imo faciūt deficere uel abſcīdunt: ⁊ ꝓprie qn̄ ſine aduertētia uel a caſu ꝯtingit hoīem incurrere has impſſiones in aīa: ſicut ſi aliquis inopinate videret aliquem īhoneſte uel ſodomitice coire. Et ſenſit hoc ſubtilr̃ Auic. dum inqt. Et ꝓprie cum illud aliqua hora caſu accidit ſupple occurrē: tunc quotiēs euenit iteratio aſſimilat̃ illud in mēte: idē reiteratur impſſio in aīa per ſpēs in organo memorie reſeruatas. tales ſpēs uelut fantaſmata mouēt aīam intellectiuā ad abhorrēduꝫ ⁊ fugiēdum coitum. Et iteruꝫ ſubdit. Et fit cā in illo. ſ. nocumento diminutionis uel ablatiō is coit⁹ dimiſſio. i. abſtinētia: ⁊ ꝙ aīa obliuiſcitur ei⁹: ꝓpter qḋ ſubſequitur ꝯſtrictio. i. priuatio membroꝝ coit⁹ ab eo. Et iterū ſubdit ꝙtū ad ultimā cām ꝙ paucitas ꝑparationis nāe in gn̄atione ſpmatis ſicut accidit in deuotis ⁊ religioſis eſt cā ut non generetur ſemen nec moueantur membra in generatione illius. imo neqꝫ ad appetitum: ſicut natura non eſt ſollicita in generādo lac in mamilla remouendo filium a lacte. ¶ Uide ꝙtū ſpeculationis oportet hēre in intelligēdo ꝑmitiuas cās que diminuūt aut auferre pñt coitū. Reliqs aūt cās ꝑmitiuas que nocumentum hoc efficere pñt non curaui extēdere hic qm̄ oēs eodem modo curationis fere abſcindi poterunt.

De cauſis

aūt corpalibus ꝓmo ordie dicēdis poterit eſſe nocumētum eēntiale in virga ꝯtingens: ⁊ ipm pōt eſſe lapſus cōplonalis ⁊ cōpōnalis: ⁊ de natura cōi. ¶ Lapſus cōplonalis pōt eē caliditas ⁊ ſiccitas: friditas ⁊ ſiccitas. Calitas ⁊ hūiditas: friditas ⁊ hūiditas māles in ipſa virga inuente. Nec tñ uolo negare ꝙ lapſus cōplonales ſimplices ⁊ māles in eo accidē pñt. ſed qꝛ ibi raro ꝯtingunt: ⁊ etiaꝫ qꝛ curant̃ curatione cōpoſitoꝝ ul̃ materialium lapſuum in quos facile permutantur. Ideo de eis principaliter tractatum eſt. ¶ Quō autē cogſcantur lapſus cali ⁊ ſicci: facile eſt videre ex calitate ſenſus tāgentis repitata ⁊ ēt per egruꝫ ꝑcepta ex rubore virilis mēbri ex tēſione uenaꝝ ⁊ arteriaꝝ partis: ⁊ iuuamento percepto ex applicatione frigidarū rerū: ⁊ ſic de alijs. ¶ Frigiditas vero ⁊ humiditas virilis membri percipit̃ ex actuali frigiditate ipſius: uenarū anguſtia: ⁊ puitate membri: mollitie ⁊ ipſius ponderoſitate: ⁊ ipm iuuari a calidis ⁊ noceri a frigidis: debili tarda ⁊ difficili ſeminis emiſſione per canalem ſuum: ⁊ ſic de alijs. ¶ Signa lapſuum calidoꝝ ⁊ humidoꝝ cognoſcuntur per ſigna contraria his que nunc dicta ſunt. ¶ Et ita ſigna lapſuuꝫ calidoꝝ frigidoꝝ ⁊ ſiccoꝝ per ſigna oppoſita lapſibus calidis ⁊ humidis.

Poteſt

iterum in virili membro inueniri lapſus cōpoſitionalis ſimplex ut oppilatio uenarum eſſentialium illius membri. ¶ Aut oppilatio cū paralitica diſpoſitione completa ſicut quando contingit oppilari uenas tranſitus ſpūs aīalis ſenſibilis ⁊ motiui intantum ꝙ nullo modo erigitur nec moueri poteſt. ¶ Et ſi fiat clauſio viarum per quas fit tranſitus ſpūs ſenſibilis tm̄: tūc membrum mouetur ⁊ non ſentit: ut aliquando vidi. ¶ Et ecōuerſo. ſi fiat clauſio viaꝝ per quas in ꝟga recipitur ſpūs motiuus tunc ſentit ⁊ non mouetur: ⁊ illud ſepe ꝯtingit in multis in quibus mēbruꝫ ſentit obiecta tāgibilia oīa ſibi applicata: ⁊ non tñ mouetur ad aliquā dīāꝫ poſitionis nec erigit̃. ¶ Uñ vero nerui ramificent̃ qb⁹ in virgā defert̃ aīalis ſpūs ſenſibilis ⁊ motiuus: patet ꝙ ueniunt a ſpondilib⁹ caude: ut colligitur ſcḋa tertij. primo capitulo. prope fineꝫ. ¶ Lacerti vero per quos ꝟga mouet̃ ꝗtuor ſunt: duo qdem in ipſa laterales in dextra ⁊ ſiniſtra pte inueniuntur: qui cum deſcēdūt ſunt cā dilatationis corporis virge ⁊ aptiōis canalis per quem facile ſemen cum urina effundit̃ extra. ¶ Alij vero duo lacerti a ſemore exeunt ⁊ ſm tranſuerſum per virgā incedunt: quoꝝ contractio cauꝫ eſt uerſus ſuperiora virgā erigunt ſm illam partem: ⁊ ecōuerſo.

Et ex hoc

correlarie concludere potes quedaꝫ correlaria apparentia. ¶ Primū eſt quare in quibuſdam hoībus ꝟga ꝯtrahitur ꝟſus oſcum. in alijs vero ꝟſus mirach. in quibuſdam ꝟſus dextruꝫ in quibuſdā ꝟſus ſiniſtrum. Cū eni ꝯtigit ꝯtractioneꝫ fieri in muſculis vnius ptis. tūc mēbrum inclinatur uerſus illā: ⁊ ecōuerſo.

¶ Scōm correlariū q̄re in qbuſdā hoīb⁹ virga reperiſ te tanoſa. Hoc enim ↄtingit ꝑpter ſpaſmū in utraqꝫ partiuꝫ muſculoꝝ. Cum enim fuerit tāta potētia mācrū ad contra hēdū uerſus ſupra ſicut uerſus infra: ⁊ tāta vis in mā fue rit ad cōtrahēdū ad dextrū ſicut ad ſiniſtrum neceſſe erit mēbrum remanere rectū ⁊ extēſuꝫ ⁊ hec eſt ſpēs ſpaſmi Te tanus nominata. ſcōa tertij. cap̄ de ſpaſmo. ¶ Qui differt a ꝑapiſmo uel a ſatyriaſi ſꝫ alios: licet enim in oi ꝑapiſmo ſit immoderata mēbri diſtēſio: in illa tñ nō eſt ſpaſmus neceſ ſario: ſicut neqꝫ in ſpaſmo inuenitur multitudo uentoſi tatis que eſt effectiua uel materialis ꝑriapiſmi cauſa.

Amplius euenire poteſt nocumētum cōpōnale virge cōſequēs apoſtema cuiuſcunqꝫ generis ⁊ ſpeciei: quoꝝ quodlibet īpedire poteſt. imo ꝑhi be re a uenereo actu: vnde hec omnia memorare oportet.

Similiter etiam ſolutio cōtinuitatis in ligamētali bus partibus neruoſis arterialibus ⁊ uenalibus genitalibus membri poterit eſſe cauſa impediē di: imo auferendi uenereum actum: ſiue ſolutio continui tatis fuerit vulnus ſiue ulcus longum latum profundum biangulare ⁊ triangulare: ⁊ ſic de alijs.

Secunda cā nocumēti actus uenerei ↄtīgere pōt ex parte mēbroꝝ ſpmaticoꝝ ꝓpinquo rum uel eſſentialr̄ ↄcurrētiū. Sūt aūt hec mēbra duo eēn tialr̄. ſ. recipientia ⁊ gñantia ſperma: de qbus eſt diſcordia nō parua inter philoſophos ⁊ medicos illuſtres. ¶ Ariſ. nanqꝫ 4° de partibus aialiū credidit ſpma gñari in uaſis inuolutis mediante caliditate ſpūs gignitiui ꝓuenientis ex aggregatione ſpūs vitalis animalis ⁊ nālis: ita ꝙ purior pars ſanguinis elaborati in uena chilis ⁊ in alijs ſibi ꝓpin quis per uaſa ſpermatica deferſ ad oſcum ⁊ recipiſ in illis uaſis inuolutis ubi mediāte influxu cordis ſanguinis illa pars in uaſis inuolutis ultimo elaborata ſpmatis formaꝫ recipere poterit: ⁊ ꝙ teſticuli ad gñationeꝫ ſpmatis effecti ue non cōcurrūt niſi coadiuuatiue ad effuſionē ſpmatis in mēricē: pondera eniꝫ teſticuloꝝ ipoꝝ diſtenſa ⁊ apta magis redduntſ talia uaſa: ut per ea liberi⁹ ſemē effūdaſ in mēricē. ¶ Illuſtriſſimi vō medicoꝝ plurimi: ut Gal. in libello de ſpmate noue tranſlatiōis: ⁊ Haliebas collega ei⁹ fideliſſi mus: ⁊ Halirodoā ſuper ſcōo tegni poſuerunt in teſticulis tēperamētum factū a gignitiuo ſpū ex cōmixtiōe ſpirituū ſ. vitalis animalis ⁊ nālis. Dixerūt ḡ ꝙ mā ſanguinea pura iam ꝑfecta recipiſ in uaſis inolutis: ⁊ ibi detineſ: cū ḡ fit co pula viri cum muliere mā talis expelliſ ⁊ trahiſ ad teſticu los: ⁊ ibidē mediante tēperamento aggregato ex ꝑdictis cō uertiſ in uex ſperma. Et hec ueritas auctēticā eſt a ꝑncipe. 20° tertij. p° cap. in exordio dū inqt. Sublimis deus crea uit duos teſticulos ſicut ſciuiſti qui inter mēbra ꝑncipalia in qbus gñaſ ſpma ex hūiditate delata ad eos de uenis ſu perioribus uel in uenis. ſ. ſuis que eſt q̄ſi ſupfluitas cibi in corpe toto: ⁊ eſt ſanguis magis digeſtus ⁊ magis ſubtilis. ¶ Ex quo fundamēto appꝫ ꝙ ſiue teneaſ Ariſ. opio aut alia ſcōa nocumētū in coitu ↄtingē pōt ꝓpter lapſuꝫ cōplo nalem ⁊ cōpōnalē ⁊ vnitatis inuētū tā in uaſis inuolutis q̄ in ſubſtātia teſticuloꝝ ⁊ panniculo ueſtiēte eos. Quid aūt in telligēdum ſit per uaſa inuoluta patet: ꝙ ipſa ſunt extreme partes uaſoꝝ ſpmaticoꝝ: de quibus parum poſt dicetur.

Tertia cā nocumenti de corpalib⁹ iterū aſſignatur ex parte nocumēti in mēbris ꝑncipalib⁹ inuēti: ꝓpter qō intelligendum eſt ꝙ licet ſm Ariſ. ſpma mālīter nō decidatur a ꝑncipalib⁹ mēbris oībus: tñ qꝛ a corde ꝑnci palr̄ ⁊ a cerebro ⁊ ab epate delegantur ſpūs: ex quoꝝ com mixtione gignitiuus ſpūs ſit: iō ſm partez virtualē ſperma decadit ab oi membro ꝑncipali. Uirtualē aūt partē intelli go ṽtutē impſſam in teſticulis uel uaſis inuolutis a ſpū gi gnitiuo ꝓducto qui eſt inſtrm aīe ad ꝓducēdū ṽtutē ꝑdictis mēbris in gñatione ſeruiētis neceſſariam. lꝫ Hyppo. Gale. ⁊ Halie. collega eius poſuerint ſperma materialiter decidi a cerebro ⁊ delegari per uenas que ſūt poſt aures ad uaſa ſe minaria: qō ꝓbatur qm̄ ſectio illarū duarū uenaꝝ ꝓhibet gñationeꝫ ⁊ ꝑducit ad ſterilitatē: que opiniones tātoꝝ vi roꝝ lꝫ diſcoliā hēant cōtradictoriā: conat⁹ tñ fuit Auic⁹ ta lem diſcoliā cōciliare caute in his ſmonib⁹ dum inqt. imo opꝫ ut ſit ei. ſ. ſpmati ⁊ cum mēbro ꝑncipali ſone: ⁊ ut ſit ex membris alijs deſudatio etiā ad iſtas radices. ¶ Quicqd tñ de ꝑdicta opinione tibi tenere placet cōcedendum eſt cū a corde q̄ a cerebro uel epate influxuꝫ neceſſario oīuꝫ triuꝫ mēbroꝝ ꝑncipalium cōcurrere ad gñationeꝫ ſeminis ad coituꝫ ⁊ ad fecunditatē: ⁊ ſunt ſmones collecti 20° tertij. ꝑ mo caplo ꝓpe fineꝫ dum inqt. Et ſcias ꝙ ṽge accidit ṽtus erectionis ⁊ uentoſitatis a corde: ⁊ aduenit ṽtus ſenſuuꝫ ex cerebro ⁊ nucha: ⁊ aduenit ei virtus ſāguinis equalis ⁊ ſub tilis ⁊ deſiderium naturale ex epate.

⁊ poſt ipſas tardet cibũ horis q̃nque.q̃nta aũt hora accipiat
ſcutellã mediã brodij macri calidi cũ çuccaro. ℂ Sequenti
do mane incipiat hoc digeſtiuũ aſſumere ⁊ cõtinuet ipſm octo
dieb^9. ℞.aque iris aque maiorane aque ſublimationis rađ.
peonie añ.ʒ.vi.miſce ⁊ cũ modico çuccari detur in potu ⁊ tar
det cibũ horis ſaltẽ tribus. ℂ Aſſumpto digeſtiuo ſequenti
mane accipiat pillulas iſtas. ℞.pillularũ cochiarũ ⁊ pillularũ
de ſarcocolla añ.ʒ.ſ.reforment̃ pillule tres cũ aqua maiora-
ne ⁊ dent̃ ſicut de p̄mis dictũ eſt ⁊ obſeruet̃ de his ſicut de il
lis. ℂ Euacuatio vo cõueniẽs ei in fine mẽſis ſeptembris ſit
iſta. ℞.pillularũ de ſarcocolla pillularũ aurearũ añ.ʒ.ſ.refor
ment̃ pillule tres cũ electuario dyacaſtoreo uel indo ⁊ dent̃ ſi
bi gratia minorationis. ℂ Sequẽti die accipiat hoc aliũ di
geſtiuũ ⁊ cõtinuet ipſm aliq̃bus mane. ℞.aque cuſcute aque
betonice añ.ʒ.i.aque peonie.ʒ.ſ.miſce ⁊ accipiat eas calidas
cũ çuccaro. ℂ Sequẽti die accipiat.ʒ.i.pillularũ cochiarum
de quibus fiãt tres cũ ſyrupo violarũ:⁊ poſt eas tardet cib^9 ⁊
fiant oia que de p̄mis dicta ſunt.

Poſt hec autẽ Attendat q̃ patiens iſte elonge-
tur ab omnibus infraſcriptis.
ℂ Primo ab exercitio uel curſu ſuper cibo ℂ Secũdo a ſta
tione uel mãſione in aere vaporoſo ⁊ nebuloſo. ℂ Tertio ab
aſpectu inundationis aque ſaltẽ a uẽto nõbiliter agitate. ℂ 4°
ab aſpectu ab alto ad infimũ locũ. ℂ Quinto ab aſpiciendo
radiũ ſolis ⁊ corpora ualde luminoſa ſicut ſpecula uel alia ad
que fiat radiorũ ſolis reflexio fortis. ℂ Sexto euitet̃ ab incur
ſu odoris rerũ a p̄prietate agitãtiũ materias in cerebro: ſicut
apij myrre galbani caſtorei aſſe fetide ⁊ ſimiliũ. ℂ Septimo
effugiat ſummope ne comedat epar hircinũ. Et in ſũma melĩ
us eſt ipſm abſtinere a comeſtione cuiuſlibet epatis. ℂ Octa
uo vo inter cetera edulia euitet lẽtes fabas ⁊ faſcolos. ℂ No
no ⁊ ultimo caueat̃ ne puer aliquod faciat exercitiũ reuoluti
onis corporis ipſius ⁊ capitis ſui. Hec ſunt utiliora in ſũma:
que hinc ĩde diuerſis uoluminibus reducere potui.

Conſilium.46.

De debilitate cerebri ⁊ pectoris non quidem per eſſentiã in mẽ
bris p̄dictis:ſed per depẽdentiam ad matricem.



Ccidentium que Gene
roſam
⁊ egregiam heram iſta; moleſtant redde
re cauſas:ſatis mihi videtur nõ facile ex
his que preſenti anno ex ſua diſpoſitione
multis applicata nocumentis ſcripta fu
erunt. Sunt enim hec accidentia ſiue ca-
piti ſiue pectori contingentia non quidẽ
per eſſẽtiã in mẽbris p̄dictis eueniẽtia:ſed per depẽdentia; ſe
habent ad matricẽ per colligãtiã ipſius ad p̄dicta mẽbra: imo
ad q̃ plurimas fere humani corporis particulas. ℂ Siue igit̃
hec accidẽtia ſaluent̃ per cõpaſſionẽ abſolutã uel ſimplicem
alterationẽ a matrice colcatã p̄dictis mẽbris ſiue per aliquod
vaporeũ uel mãle a matrice ad illa mẽbra colcatu;: qđ fuerit
aut ſperma in matrice corruptũ uel in uenis adiacẽtibus ei:
uel fuerit in mẽſtruo ſanguine:qđ in oi uera ⁊ nãli impgnati
one retinet̃ :corruptio ſup aduenientẽ: p̄pter quã trãſmutet̃ in
materiã malã qualitatẽ p̄merũ maliuã uel ſecũdarũ:⁊ q; ſan
guis mẽſtruus in quaſdã uenenoſas ptes cõuerſus fuerit:
totũ hoc ſatis facile p̄bari põt eẽ cauſam horũ accidẽtiũ ſuffi
ciẽter inductiuã. ℂ Neq; tamẽ hic moleſtari uolo ut ego cre
dã hãc diſpoſitionẽ ſimpliciter repiri in matrice q̃n per ei^9 ẽt
nocumẽtũ ſpẽs male cõplexionis p̄pter diuturnitate; ⁊ forti
tudinẽ accidẽtiũ acquiſita ſit in ſtomacho in corde ⁊ in capi
te:⁊ fortaſſis etiã in epate ei^9 accidere potuit corruptio in ei^9
ſubſtãtia aut ſanguine ipſius. ℂ Quod apparere põt ⁊ demõſtra
ri ex p̄mutatione coloris ei^9 ad ſqualidũ humidũ citrinũ uel
ſubuiridẽ. ℂ Et ẽt ex p̄mutatione habitudis ei^9 ⁊ p̄prie ſi fue
rit epatis cõplexio ad frigidũ ⁊ ſiccũ corrupta. ℂ Aut ẽt hoc
videri põt ex tumore ⁊ inflatione faciei uel cõuerſione habitu
dinis ad caçeticã ſimilitudinem qualis euenit in epaticis ita
nominatis:de quib^9 ſpeculãdũ eſt 14° tertij in cap̃ de egritu
dinib^9 epatis interiorũ 4°.⁊ hoc ſigillatis capitulis.⁊ 5° de ac
cidẽti ⁊ morbo.capitulis 2° ⁊ 3° in antiqua tranſlatione ſm
quotationẽ meã. ℂ At vo iterum neq; credo malam cõplexi
onem uel compoſitionem in epate ſtomacho corde uel capite
quibuſcunq; horum qualitercunq; contingat eſſe magnam

inteſiue:q2 eſt accidētis in hac eſtate fuerint extenſiue ⁊ intenſi
ue maiora q̄ p̄ritia ſi lapſus in p̄dictis mēbris fuiſſet notabi
liter intēſus:nō poſſem ego credere q̄ hec dña impregnata
fuiſſet:⁊ ſi adhuc cōceptionem ⁊ ipregnationē incidiſſet nō
fuiſſet felicitatus fetus ꝓpter diſpoſitionem malam aut in
matrice preinuentā aut aggregatā ex mala cōplexione pre
dictorum membrorum ⁊ matricis ipſius.

Ex qbus oibus in vnā ſniam congregatis appet q̄
modus regiminis huius nobiliſſime dñe
pēdet ex curatione ⁊ rectificatione ad mēbra ſupiora nccia
⁊ ad matricē p̄ncipalr inclinādo ſm q̄ inferius mihi regula
riter videt̄ per.xxv.inſtrā ꝓcedēdū eſſe:quoꝝ p̄mum eſt ut
nūc ſcribit̄. ¶ Eſt itaq3 ip̄m ordine ꝯuenienti p̄mo admini
ſtrādū cliſtē hoc in hora electa qn nōdū paroxiſmalr affligit̄ ⁊
eſſet ab hora vna uſq3 ad.XXI.aut in mane in p̄n° diei eligē
dū:uerū cōſtāte virtute nō timerē ego p̄dictū admiſtrare cliſtē
cū inſtātia accēſiōis paroxiſmi:ſubduplicādo tn̄ uel alr minorā
do eius acuitatē:⁊ deſcribit̄ per hūc modū. ℞.q̄noꝝ ſiſami
fenugreci radicū altee minutim icīſe ſeminis lini añ.M.j.ſ
camomille mellilori ſe.aneti feni.añ.M.j.ſ.fe.malue ⁊ altee
añ.M.ij.coquant̄ oia in lib.aque.iij.uſq3 ad cōſumptionē
medietatis ⁊ colent̄ cū expreſſione forti:⁊ huius liquoris ac
cipiat̄ lib.j.olei violaꝝ citrinarū olei de ſiſamo añ.℥.ij.croci
℈.ſ.ſalis cole.ʒ.j.ſ.ſuccari ru.℥.ij.⁊ fiat cliſtē. Et ſi qs cū cli
ſteri deſideraret cōuenientius attrahē uētoſitates p̄dicte deco
ctioni addant̄ cimini carui ameos.añ.M.j. ¶ Facto vo p̄e
dicto cliſteri nocte ſequēte uel tertia p̄ter illā ſoluat̄ hec dña
cū hoc ſecuro medicamine in quo eſt intētio in mūdificando
inteſtina a pectore ⁊ a matrice diuertē:cuius deſcriptio. ℞.
aque bugloſſe:aque capil.ue.ana.℥.ij.reubarbari electi.ʒ.ij.
mañe electe.℥.j.ſ.croci doronici floꝝ bugloſſe ſe.aneti ⁊ cimi
ni añ.℈.ſ.ſalis gēme.g.iij.penidiarū.℥.j.ſ.ſquināti.g.v.fiat
oium horum infuſio que ita remaneat per diē vnam nōem
⁊ in aurora ſequentis diei calefiat totū cum expreſſione con
uenienti.colet̄ ⁊ addat̄ ei.℥.j.ſuccari albi ⁊ calidaq3 bibatur.
¶ Et ſi ꝯtingeret q̄ nō uoluiſſet accipe cliſtere p̄dictum an
te hanc medicinā ſaltē anteq̄ accipiat eam fiāt ſibi ſuppoſi
toria de melle duo uel vnū uſquequo fecum collectio fuerit
educta:neq3 tn̄ ex oblatione huius medicine uel cliſteris heſi
tādum eſt eo q2 pregnans ꝓpter duas diſpōnes principales
¶ Et p̄ma q2 ipſa eſt in mēſibus pregnationis in qbus data
eſt euacuādi licētia per Hippocratē libro aff̄.p. Pregnātes
purgate ſi cōuenit. ¶ Et ſcdo iterū q2 dato q̄ adhuc eſſet p̄
gnans in alijs tēporibus hec tn̄ inde ſunt uerenda: ꝓpterea
q2 ſunt medicine debiles ⁊ nō violētes:⁊ ſententie auctorū nō
excludunt debiles imo fortes medicinas. ¶ Poſtq̄ vo dña
preeuacuata fuerit qd̄ oino necīum eſſe videt̄ tunc ꝓcedet̄
circa ipſam faciēdo diuerſiones leues que mās a matrice ſu
perioribus partibus coicates diuertē poſſunt leui tn̄ tractu pro
pter piculū embrionis:⁊ eſt inſtr̄m 3m cōueniēs:ut fiat lenis
cruriū fricatio a genu inferius attrahēdo uerſus pedes uſque
quo aliqualiter mēbra eius igroſſent̄ ⁊ rubeſcāt:⁊ debet hec fri
catio fieri cum pānis mediocris aſperitatis actu calidis ⁊c̄.
¶ 4m vo inſtr̄m ſupaddēdū eſt ſi mulier nō fuerit per ꝓcedē
tia alleuiata q̄ ſup cauillis pedū eius per mēſuram quatuor
digitorū fiant ligature cū inſtitis latitudinis duoꝝ digitorū
que mediocrem faciant cōpreſſionem ⁊ frequenter uſqueq̄
appareat qd̄ dictum eſt per fricationes fieri ¶ 5m inſtrumē
tum eſt ubi predicta non cōferant q̄ fiat applicatio uentoſa
rum ſup carnoſis p̄tibus interioribus tybiarū ⁊ frequenter
ſine ſcarificatione uſquequo aliquid de iuuamento per eaꝝ
applicationem ſubſequi videat̄. ¶ Predictas autem uento
ſas ⁊ ligaturas nequaq̄ intelligo appl cari debere coxis ſm
q̄ fieri conſueuit ne propter fortem agitationem in fetu ⁊ in
humoribus matricis fiat de aborſu ſuſpitio. ¶ 6m vo iſtru
mentum iterum ꝯueniens ad diuertendū ubi predicta non
bene cōtulerint eſt diuerſio que magis ꝯfert accidētibus cordis
⁊ capitis:⁊ eſt q̄ in adiutorijs apud principium ſpatularū

inferius fiāt ligature cū ſtrictura ad leuē dolorē producēdū.
¶ 7m vo ad hāc intētionē eſt uētoſarū ſine ſcarificatione ap
plicatio in carnoſis partibus lateralibus colli ſupra oſſa ſpatula
rū inuētis. ¶ 8m vo ingenioſi ⁊ ſublimis opationis eſt ut p̄hi
beat̄ matricis ſupeſcētus ⁊ uētoſitatū ad ſupiora eleuatio cū
medicinis interpoſitis īter ſtomachū ⁊ matricē in qbus ſit v̄
tus frāgēdi uētoſitates ⁊ repellēdi caldē cum v̄tute carmina
tionis ⁊ ſtipticitatis que oia fundantur in medicinis remiſſe
caliditatis hn̄tibus aliqualiter fetorē leui faſtidiū ⁊ abomi
tionē imponere matrici:ut eſt deſcriptio ceroti huius. ℞.
ſumach gallarū cupſſi maſticis acatie ſeminis plantaginis.
añ.ʒ.i.cimini modicū torrefacti carui feniculi añ.ʒ.i.ſ.ſemis
petro.ʒ.i.coriādri ꝑpati.ʒ.ii.reſine clare.℥.ii.galbani.ʒ.v.diſ
ſoluātur gūmi cū aceto citoniorū ⁊ mūdificentur a ſuperflui
tatibus per colaturā:deinde cum infrigidari ceperint oppo
nātur ſpecies predicte ⁊ fiant cerota duo ſperica.quoꝝ vnus
ſuperponat̄ vmbilico:⁊ ibidē reſeruet̄:⁊ aliquādo permute
tur de ipſo ad alterū ſm opportunitatē. ¶ 9m vo inſtrumētū
eſt ut ſi ſupradicta mulier nollet predictū accipere cerotum
fiat hoc linimētum ab vmbilico ſuperius per omnē regionē
ſtomachi ⁊ hypocādriorū. ℞.olei de keiri citrini.ʒ.ii.olei de
myrto.℥.ii.laudani electi.ʒ.ii.ſtoracis calamite.ʒ.iii.ſquinan
ti ciperi calami aromatici ſpodij añ.ʒ.ſ.coriādri preparati.ʒ.
ii.cere quātum ſufficit fiat vnguētum molle ⁊ calidū appli
cetur ubi predictum eſt. ¶ 10m vo inſtrumētum ⁊ magne ne
ceſſitatis eſt ut ſi comprehendatur in ſtomacho eius corru
ptam eſſe materiā cholē ⁊ humoralē que multū inclinet̄ ad
ſuperius ſtomachi quādo cognoſcit̄ ex nauſea ⁊ appetitu ad
uomitū tūc educat̄ materia illa cū leui ⁊ cōſueto uomitiuo
hoc. ℞.ſyrupi ſimplicis acetoſi.℥.i.ſ.aque putealis groſſe ⁊
viſcoſe.℥.iii.fiat hoc totū tepidū ⁊ det̄ in potu:⁊ ſi poſt ipſius
aſſumptionē per horā vnā uel duas nō euomuerit impona
tur ori digitus aut penna cū quibus titillatio fiat in principio
iſophagi ⁊ materia educat̄. Si aūt cōtingeret q̄ corpulēta
materia ad ſtōchū nō aſcēderet imo interius ꝑpitaret̄: tūc
tētet̄ eius ſubductio cū hoc leui lenitiuo ⁊ abſterſiuo. ℞.aque
decoctionis tamarindorū.℥.iii.gelenfabin.℥.ii.miſce ⁊ da to
tū in potu calidū hoc lenitēdo incidēdo ⁊ abſtergēdo ſtoma
chū cōuenienter mūdificare poteſt. ¶ 11m vo remediū eſt ut
ſi cauſa nocumēti illatus in ſtomacho percipiebat̄ eſſe mul
titudo uentoſitatū quod cognoſcitur extenſione ſtomachi cū
gargulatione ⁊ rugitu ⁊ multitudine eructuationum: tunc
ſubueniat̄ ei cum electuario deſcripto ab Auicēna 21° tertij.
capitulo de appetitu pregnantis in fine ſm hunc modum.
℞.cimini infuſi in aceto per triduum:deinde exiccati ⁊ torre
facti origani olibani omnium añ.℥.i.caſtorei.ʒ.ii.gelenfabin
lib.i.fiat electuarium de quo in mane ante cibum ⁊ ante ce
nam in ſero dentur.ʒ.ii.uel.iii.cum aqua decoctionis gario
filorum ⁊ indubitanter iuuamentum excellens percipietur
¶ 12m vo remedium ⁊ magne neceſſitatis ꝓpter ſyncopim ⁊
pulſum cordis eius eſt epithima iſtud quod calide cum pā
no de grana applicetur ſub mamilla ſiniſtra ipſius ante prā
dium quatuor vicibus ⁊ poſt prandium per vnam horam
uſq3 ad horam cene ſaltem octo vicibus ⁊ erit in coiuuamē
tum reprimendi fumoſitates ⁊ maſtrias ad pectus.cuius eſt
hec deſcriptio. ℞.aque acetoſe aque cicoree ⁊ meliſſe añ.℥.i
doronici.ʒ.i.ſ.oſſis de corde cerui fragmētorū hyacinti ſma
ragdi ⁊ ſaphiri añ.℈.i.margaritarum.ʒ.i.foliorum auri cū
predictis contritorum numero ſex:macis gariofilorū ligni
aloes añ.ʒ.i.croci.ʒ.ſ.aceti.℥.i.vini maluatici uel alterius be
ne fumoſi ⁊ antiqui.℥.iii.miſce totum ⁊ inuicem ebulliat q
buſdam ebullitionibus ⁊ fiat ex eo ut iam dictum eſt. ¶ 13m
vo remedium eſt ut ſi generoſa domina hec nō uellet epithi
ma ⁊ iterū dato q̄ ipſum applicaretur horis iam predictis
intermedio vo tp̄e ſuper regione cordis eius cōtinuo teneat
hunc ſacculum collo alligatū:cuius deſcriptio. ℞.ſpecierū
electuarij de gēmis.ʒ.ii.ſpecierum electuarij de ligno aloes.ʒ.
j.hyacinti ſmaragdi ſaphiri añ.℈.ſ.ynum.oſſis de corde cerui

ʒ.ij.oīa per ſe ſubtilr puluerizent̄ ⁊ ꝯſuant̄ in ſacculo de ſyn
done de grana ꝗtitate ſemiſſis ⁊ applicet̄ ut predictū eſt.
¶ 14ᵐ ꝺo inſtrm̄ ꝯueniēs ad mūdificandū ſtōchū ⁊ ꝓhiben-
dum aſcēſum fumoſitatū a matrice ⁊ ab ipſo ad cor ⁊ ad ca
put eſt mūdificatiuū ſtomachi ei adminiſtrandū ſm̄ hunc
modū. ℞.mellis roſati colati.ʒ.ij.ligni aloes puluerizati.℈.
j.det̄ hoc totū in potu cū.ʒ.ij.aque acetoſe ⁊ bugloſſe ⁊ eſt ſe
re de remedijs Auic.deſcriptus.21ᵒ tertij.cap̄ de uniuſ̄ regi
mine ꝓgnātis. ¶ 15ᵐ ꝺo inſtrm̄ eſt ꝙ dn̄a hec ſemp an̄ cibuꝫ
accipiat rotulā vnā vni⁹ ꝯfectionis per horā an̄. ℞.ſpērum
eɫuarij de margaritis deſcriptione Auic.cap̄ ſtatī aſſato.ʒ.
ij.zu..albi lib.ſ.aque mēthe.q.ſ.ad coquēdū zuccarū ⁊ fiat
ꝯfectio in rotulis. ¶ 16ᵐ ꝺo inſtrm̄ ad intētionē oīum predi
ctoꝝ ⁊ rectificationeꝫ ſtōchi cōſumptionē mātrū eſt uſus ty-
riace Andromachi cū tertia ſui pte de eɫuario de ſeminibus
quoꝝ amboꝝ cōmixtoꝝ accipiat̄.ʒ.ſ.aut.℈.j.in mane aliqn̄
cū.ʒ.ij.aque decoctionis granoꝝ myrti ⁊ inueni in eo iuua-
mētū notabile ut apparere pōt ex ꝟtute cōponentiuꝫ. ¶ 17ᵐ
ꝺo inſtrm̄ eſt ut hec dn̄a continue poſt cibum oēm accipiat
fruſtū vnū dyacitonitē facti ſm̄ iſtū modum. ℞.pulpe cito-
nioꝝ cōſeruate lib.ſ.doronici maſticis macis an̄.℈.j.gariofi
loꝝ ligni aloes ℈.ſ.fiat cōfectio in rotulis.ʒ.ſ. ¶ 18ᵐ ꝺo in
ſtrm̄ eſt ut ſemp in manu ſua teneat puluerem iſtū in ſyndo
ne ligatum quē ſepiſſime odoret. ℞.coriandri nō ꝑparati.ʒ
iij.caſtorei.ʒ.j.ſe.naſturtij:ſe.eruce an̄.℈.j.laudani.ʒ.ſ.fiat ob-
um puluis de quo fiat ut ſupra. ¶ 19ᵐ ꝺo inſtrm̄ eſt ꝙ domi
na iſta ſup caput eius teneat ſacculum iſtum a ꝑncipio ca
pilloꝝ uſqꝫ ad zenit capitis ſupextēſum. ℞.ambre.ꝗ.vj.ma
ſci.ꝗ.ij.melliſſe ſe.baſiliconis ligni aloes maiorane aſſari ſti
cados an̄.ʒ.ſ.gariofi.ʒ.j.ſ.ro.ʒ.ij.fiat puluis ſubtilis omninꝫ
per ſe ⁊ cōſuant̄ in ſacculo de ſyndone de grana facto habē
te latitudinem ꝗtuor digitoꝝ. ¶ 20ᵐ ꝺo inſtrm̄ eſt ut locus
matricis eius a ſpōdilibus renū uſqꝫ ad finē ſpine ſepe inū
gat̄ hoc linimēto. ℞.olei de violis citrinis olei de myrto an̄
ʒ.j.ſ.trociſcoꝝ de roſis.ʒ.j.ſandarace gallie muſ.ſquinātī ci-
peri an̄.ʒ.ſ.pulueris melliſ.℈.ij.cere.q.ſ.fiat vnguētum mol
le ⁊ liniat̄ locus ille cū ipſo calido. ¶ 21ᵐ ꝺo inſtrm̄ eſt ut do
mina iſta ſepe maſticet folia menthe ſubrubee in ſtipite ſuo
aut ſaltem mēthe aquatice in ripis fluuioꝝ inuente que a ꝗ
plurimis ſapiētibus balſamita nolata eſt. ¶ 22ᵐ inſtrm̄ eſt
ut aliqn̄ ſaltem in die ſemel inter coxas eſt retineat fruſtū co
ti magnum calefactū ⁊ ſuffumigatum cū puluere gallie muſ.
piecte ſuper carbonibus ignitis. ¶ 23ᵐ inſtrm̄ eſt ut genita
lia eius uel inguina aliqn̄ inungant̄ cum calido oleo ita cō
poſito. ℞.olei de maſtice ⁊ de myrto an̄.ʒ.ſ.gallie muſcate.ꝫ.
iterant̄ ſimul ulamata cōtritione ⁊ ex calido ipſo fiet lini-
mentum ut ꝑdictum eſt. ¶ 24ᵐ ꝺo inſtrm̄ eſt ut mulieri iſti
oī mane ante prandiū fiat pedum infuſio ⁊ coꝝ ablutio uſqꝫ
ad medietatē tybie cū aqua calida huius decoctionis. ℞.ro
ſarum granoꝝ myrti coriandri preparati an̄.ꝟ.j.ſ.melliſ-
ſe recentis uel ſicce.ꝟ.ij.coquant̄ oīa ⁊ fiat ex eo ut ꝑdictū
eſt. ¶ 25ᵐ inſtrm̄ eſt ut hora paroxiſmi cū apparent ei acci-
dentia ꝑuationis ſenſus ⁊ motus ſup capite eius effundat̄
oleum calefactū de maiorana aut oleū nardinum aut oleū
lilioꝝ alborū a cōmiſſura ſagittali uſqꝫ ad locum cōiunctio
nis colli cum ſpatulis ut ſecuret̄ a tranſitu in ſubeth uel apo
plexiam uel alteram diſpoſitionem malam. ¶ Ultimum ꝺo
ſuperaddēdum oībus ꝑdictis eſt:ꝙ in regimine ex pte cibo-
rū ⁊ potus hec generoſa dn̄a inquantum pōt euitet oīa vina
multū fumoſa calida ⁊ aromatica: ipſum enim euitare do-
cuit Auic.21ᵒ tertij.cap̄ de curatione prefocationis.⁊ gratia
huius affirmauit Hippocras vinum nigrū eſſe in his caſi-
bus ꝯueniens ⁊ nō albū ad hoc ut aliqualiter ꝯfortet matriceꝫ
⁊ coſtidones:⁊ ſic capiti ⁊ ſupioribus minus effumatiuuꝫ:⁊
oē tale cōuenire ei:⁊ ꝓpe cū aq̄ extinctionis calibis ſilr etiaꝫ
euitare debet carnes ⁊ cibaria groſſa difficilis digeſtionis ⁊
effugiat etiā iura oīa pinguia ualde ⁊ vnctuoſa ⁊ aromatum
effuſiuāꝫ capiti ⁊ excitatiuū nētoſitates uſuꝫ. ¶ Reliq̄ autē
iſtis ſupaddēda ⁊ hoꝝ oīuꝫ canonicā applicationē relinꝗ pi
tiſſimo phyſico ſuo qui tanꝗ ſapiētiſſimus hoꝝ oīuꝫ regimē
⁊ motorē gubernare poſſe. ¶ Et his ita regulariter aꝗ liciꝫ
tis altiſſimus oīpotēs hui⁹ generoſe dn̄e ſanitatē reſtituet:⁊
eā a piculoſis accidētibus ꝓſeruabit qḋ ſui miſericordia di-
gnet̄ facere:qui cūcta bene facit ⁊ regulat. Amen.

Pro uxore ſuprascripti Domini Galaſii de piſis:

¶ Poſt cōſiliū factū tranſmiſſa fue-
runt remedia iſta 7ᵒ ianuarij pro cōſeruādo ptum ⁊ felicitā
do eā ne piclitet̄. ℞.ſpērum dyamargaritonis.ʒ.ſ.ſpērum
eɫuarij de ligno al.ʒ.ij.zuc.roſ.antiqui.ʒ.ij.cōſerue citonio-
rum.ʒ.iij.folioꝝ auri numero.vj.margaritarū.ʒ.j.fiat eɫua-
rium cum ſyrupo de corticibus citri. ¶ ℞.ſpērum roſate
nouelle.ʒ.j.ſ.trociſ.de roſ.ʒ.ij.zuccari albi.ʒ.v.fiat confectio
in rotulis.ʒ.iij. ¶ ℞.aloes abluti.ʒ.j.ſ.gallie muſ.℈.ſ.maſti-
cis coralloꝝ thurꝭ.an̄.ꝗ.vj.fiāt pille cū zuccaro roſarū ⁊ de-
aurent̄. ¶ ℞.puluerū gallarū.ʒ.j.maſticis coralloꝝ rubeo
rū acatie hypoquiſtidos an̄.ʒ.j.ſ.ſucci roſ.aque plātaginis
an̄.ʒ.ſ.amili.ʒ.iij.croci.℈.ſ.fiat linimētum in mortario.

Conſilium.47.

De melācholia a mā melācho-
lica fcāb. ¶ Diuiditur autē
conſilium in tria capitula.

¶ Inueſtigatio ipſi⁹ egritudīs ⁊ ei⁹ cāe p ſīḡ pnoſtica. Cap̄.1.

Baptiſta Uincētinus adoleſcēs
de honoranda familia
Cripie cōdolēdū eſt:laborat egritudine
que ꝓpie melancholia dici debet:⁊o qꝛ
eſt corrupt⁹ in opationib⁹ ꝟtutis imagi-
natiue ⁊ cogitatiue:imaginat̄ enīꝫ cor-
rupte ſe eſſe ꝑlatū ⁊ ſeruuꝫ dei deuotiſſi-
mū ⁊ catholice legiſlatorē magnuꝫ:cum
neqꝫ habeat diſpōnem ad hoc neqꝫ ingeniū neqꝫ exercitiuꝫ
ad talia potētem ꝓmouere ipſum. ¶ Neqꝫ etiā ſoluꝫ corru-
pta eſt in eo imaginatio ut dictū eſt: ſed cogitatiue potentie
opationes in eo corrupte ꝓducunt̄.ex falſe enim imagina-
tis ſpēs taliū imaginationū corrupte deferunt̄ ad organuꝫ
cogitatiue ⁊ pmutāt ipſius cōplexionē ⁊ ſpūm etiā qui eſſe
debet inſtrm̄ opationis ipſi⁹ cogitatiue:⁊ ex pmutatione or
gani ⁊ inſtri cogitatiue potētie opꝫ ipſam cogitatiuam corru
pte exire in opationes eligendi ⁊ elicendi. Igit̄ potētia talis
dicit ⁊ exit in actum orādi ꝑdicandi ⁊ de lege dei ſermocinā
di qḋ totū in eo appet eſſe ſm̄ ſpēm corruptionis in opatio-
nibus ambarū virtutū predictarum.ſ.imaginatiue ⁊ cogita
tiue. vnde deterior eſt hec ſpēs ꝙ fuerit illa quā narrat Gale-
nus de illo qui corrupte imaginabat̄ tubicines eſſe in came
ra ſua ⁊ iubebat expelli eos:imaginabat̄ enim qḋ non erat:
ferebat tn̄ iudicium qḋ afferre debebat:⁊o ꝙ pulſatores in
ſtrumentoꝝ expelli debēt a cameris in quibus ſunt hoīes ta
lem leſionem cerebri habentes. ¶ Eſt autē hec melācholie
ſpēs ꝓueniens a mā melancholica fecali eo ꝙ excludit oēm
rixam furiā uel querimoniā que ſunt accidētia inſeparabi-
lia manie ⁊ ſuarum ſpērum.ſ.canine lupine ⁊ demoniace:
de qbus tribus nō ad ꝓpoſitum ingredi debeo qꝛ adoleſcēs
hic iſtis nō moleſtat̄ egritudinib⁹.neqꝫ enim vnꝗ aliquis
demoniacus aut maniacus dicit̄ niſi cum egrotat per melā-
choliā per aduſtionem genitā:quare ꝑmo tertij.cap̄ 4ᵒ.cap̄
de melācholia. Cū qꝫ melācholia cōpenitur cum ſaltu ⁊ rixa
⁊ ſcintillis permutat̄ nominatur mania. ¶ Et neqꝫ dicitur
melācholia aliq̄ ſpēs niſi illa cuius cauſa eſt a cholera nigra
nō aduſta:hec aūt melācholie ſpēs partim ꝓcedit per eſſen-
tiā male cōplonis fri.⁊ ſic.in cerebro multiplicate:partīꝫ per
ſpēm male cōplonis fri.⁊ ſic.multiplicate in corde ꝓpter do
miniū mel̄ ce māe multiplicate in ſplene que ab eo nō cōue-
nienter digerit̄ reſoluit̄ uł expellit̄ ad mēbra ad que nāliter
expelli ſolet. Silr etiā epar eius notabilr debilitatuꝫ eſt in ex
pellendo melācholiam ⁊ depurgādo ipſam a ſanguine. Et
ſplen ipſe iterū debilitatus eſt in attrahēdo melācholiam ab
epate quare per uniuerſum corpus ⁊ adiꝑm cor melica mā

multiplicat̄ que inficit ipſum cor permutando cōplōnem eius ⁊ ſpm̄ ipm̄ faciendo ſylueſtrē.i.inepti ad opōnes conue nientes: cū igit̄ ipſe vitalis ſp̄s hac mala cōplone cōplo natus delegat̄ ad cerebrū. neceſſe eſt pmutari cōplōnē cere bri ad melicā diſpōnē ⁊ ſylueſtrē: lʒ enim in eo ſit fixa mala cōplo frida ⁊ ſicca ut p̄dictū eſt: pʒ tñ magnam ptē hui⁹ diſpō nis pēdere a nocumēto epatis ⁊ ſplenis: ⁊ proprie in depurā do ſanguinē. ut p⁹ tertij. cap̄ p̄allato. ⁊ ulr gdē cholā nigra multiplicat̄ ⁊ gn̄at̄ qñqʒ cū mēbri opantis nutrimētū qd̄ eſt epar cū debilitat̄ ab expulſione ſupfluitatis mel̄ce.i. qñqʒ mł tiplicat̄ melia cū mēbri qd̄ eſt cāatinū cholere nigre ⁊ eſt ſplē. qñqʒ debilitat̄ in duabus rebus quarū vna eſt attractio fecis ſanguis ⁊ cinereitatis eius ab epate: ⁊ altera eſt expulſio ſup fluitatuʒ que ad ipm̄ ex eo trahitur ad locum qui eſt ei prepa ratus. ¶ Et ex hoc fundamento intelligenti apparere poteſt hanc diſpoſitionem eſſe grauem ſatis ⁊ uerendam: quoniam ipſa ſequitur nocumentuʒ epatis ſplenis cordis ⁊ cerebri ut declaratum eſt.

Quod autem diſpō ipſius depēdeat a mā meli ca feceali ex mēbris apparere pōt ¶ Primo ex pmutatione coloris ad liuiditatē q̄ſi plūbeam. ¶ Scd̄o ex habitudinis extenuatione que cuerſa eſt in ma raſmum uel conſumptionem totius corporis. ¶ Tertio ex fi xione imaginationum ⁊ eſtimationum corruptarum in qui bus continue laboret delusive orando predicando: ⁊ ſic de alijs. ¶ Quarto ex uentris ſtipticitate. ¶ Quinto ex ſuper fluitatum prime digeſtionis tranſmutatione ad colorem li uidum uel opacum. ¶ 6° ex ſomni paucitate: qui tñ p̄fūdus eſt in tpe in quo dormit. ¶ 7° qr urine ei⁹ limpide uł aquoſe cū remiſſa albedine cū aliquali liuiditate apparent ⁊ tenues ⁊ clare cū cōtētū crinoidali uel cinericio ad liuiditatē tēdēte. ¶ Octauo ex diminuta ipſius digōne q̄cūqʒ hoc videri pōt ¶ Nono ex timoris inſtantia ⁊ fixione. ¶ Decimo ⁊ ultimo ex luctu eius in quo frequēter laborat. ¶ Nō dico de pulſu qr notū eſt oib⁹ q̄ eſt paruus tardus ⁊ rarus cum duritie ⁊ ſic citate repreſentatus. ¶ Unde ex oibus coadunatis ad inuicē deducitur hanc diſpōnem eſſe uerendam ſatis ⁊ ad ipſi⁹ cu rationem tranſeundum.

¶ De cura per dietam. Cap̄.ii.

Regimē itaqʒ hui⁹ in ſex rebus non nāles ſuc cincte tranſibo: qm̄ eidem ⁊ aſtantib⁹ ſatis diffu ſe pertractaui. Itaqʒ oīno omnium rez nō natu ralium operationes ab eis calefaciendo ⁊ hume ctando prouenire debent ut fiat ad lapſum con trarietas: quoniam ipſe eſt frigidus ⁊ ſiccus. ¶ Habitet igit̄ in loco ⁊ in camera mediocris caliditatis ⁊ humiditatis: ⁊ pa nis eius ſit puriſſimus nullo modo furfureus non habens etatem niſi vnius aut duorum dierum ad plus. ¶ Omnes etiam carnes quibus utitur ſint multum pingues ut pulline agnine vituline capreoline ⁊ ſibi ſimiles. ¶ Et utatur ſepe la cticinijs cibis ⁊ proprie de recocta ⁊ caſeo recenti abſqʒ ſale. ¶ Et de herbis comedat bletam ſpinachiam maluam criſo locannā cucur. ceraſa melones amigdalas ⁊ auellanas recen tes ⁊ pira dulcia ⁊ reliqua iſtis ſimilia. ¶ Salſa vō cibaria ⁊ acria ⁊ acetoſa oīno euitentur ⁊ cibos paſtiles oppilatiuos viſcoſos ⁊ difficilis digeſtionis omnino euitet: vino utat̄ al bo ſubtili aromatico claro ⁊ dulci commixto ſemper cum ter tia uel quarta parte ſui aque bugloſ. ⁊ melius eſſet eidem ci bum in quattuor vicibus in die partiri q̄ vnam cibi menſu ram in duabus vicibus exhiberi. omnino enim ſpargere cuʒ debilitate virtutis eſt ei melius. ¶ Caueat a uentris ſtipaci tate: imo prouideatur ei cum inſtrumentis infra dicendis. ¶ Et extendatur mora eius in ſomni prolixitate ⁊ nullo mo do in vigilia. ¶ Omnino autem in eo procedatur ad diuer tendum eius corruptas imaginationes inducēdo eidē oēm modum conſolationis ⁊ letitie: ita q̄ conuerſentur apud ipm̄ cantantes ⁊ diuerſis muſicalibus inſtrumentis continue la borantes: ⁊ narrentur ei hyſtorie delectabiles ⁊ pprie de his que negocia mulierum concernunt. ¶ Omnino autem eui tetur acceſſus monachoʒ ⁊ gabadeoʒ ad eum ⁊ proprie eorū qui pannos induunt nigros ⁊ retonſo capite triſtantes ⁊ lu gentes. Hec de regimine rerum non naturalium breuiter ex pedita ſufficiant.

¶ De cura per medicinalia. Cap̄.iii.

Uic ad penes rerū medicinaliū adminiſtrationem duodecim inſtrumentis mihi viſuʒ eſt puideri debere. ¶ Quoʒ p̄m̄ eſt huic puero fiat hec euētio quaʒ facē intēdebā ſi tp̄s expectaſſet. ℞. aque lactis ca prini.ʒ.iiii. epithimi.ʒ.ii. polipodij foliorūʒ ſene. añ.ʒ.ii. ſalis indi dyagridij. añ. ℈.iii. penidiarū.ʒ.i. infundant̄ oia in.ʒ.iiii. predicte aque per diem nāłē. deinde colent̄ ⁊ exp̄ mantur ⁊ predicte colature ſuperaddatur electuarij dyaſene deſcriptione Nicolai.ʒ.iii ⁊ totum calefactum in aurora bi bat̄ ⁊ poſt dormiat p horā vnā ⁊ poſt qrtā horā accipiat aq̄ bugloſ.ʒ.iiii. cuʒ.ʒ.i. zuccari calefacte: ⁊ poſt per horam vnā accipiat prandium. ¶ Sumpto minoratiuo adminiſtretur ſibi hoc ſcd̄m inſtrm̄. ℞. violaruʒ ſy. de thimo. añ.ʒ. vi. aque bugloſ.ʒ.ii. aque melliſ.ʒ.i. miſce ⁊ accipiat ipm̄ diebus. x. cō tinuis ⁊ hore in precedenti minoratiuo deſcripte. ¶ Tertiū inſtrm̄ eſt hoc q̄ ſi diebus quibus aſſumit digeſtiuum uēter eius eēt ſtipticus utatur iſtis pillis de quibus omni ſero acci piat vnā uel duas [illegible] cōtinuando.j. uel.ij. ſm̄ q̄ conuenientius opabunt̄: quarū deſcriptio. ℞. epithimi poli po. agaric. añ.ʒ.ſ. ſalis indi.℈.vi. lapidis armeni lapidis laza li p̄paratorum añ.ʒ.i. aloes p̄parati cuʒ ſucco endiuie.ʒ.ij. for mentur pillule pro omni.ʒ. vij. cum ſucco roſarum. ¶ 4m̄ in ſtrumentum eſt q̄ poſt digeſtiui aſſumptionem euacuet̄ cum medicina parum fortiori uel audaciori q̄ fuit precedens: ſi cut cum tali. ℞. pillarum indaz.ʒ.ſ. lapidis armeni.ʒ.i. dya gridij gra.ii. ſalis indi. gra.i. fiant pille cū ſucco roſ. ⁊ exhibeā tur hore ⁊ conditionibus in p̄mo medicamine deſcriptis. ¶ 5m̄ inſtrm̄ q̄ ſequentibus. x. diebus poſt minoratiuum ac cipiat hoc digeſtiuum predicto parū fortius. ℞. ſy. de epithi mo.ʒ.j. ſyrupi de corticibus citri.ʒ.ſ. aque meliſſe bugloſſe añ.ʒ.j.ſ. miſce ⁊ accipiatur ut in precedenti digeſtiuo dictum eſt. ¶ 6m̄ inſtrumentum eſt ut poſt 2m̄ digeſtiuum edet̄ cum hoc medicamine. ℞. electuarij ſolutiui ad melīā deſcriptiōe Auicenne in ſecundo de viribus cordis.ʒ.v. lapidis armeni ʒ.ſ. accipiatur calidum ut ſupra de euacuatiuo dictum eſt. ¶ 7m̄ inſtrm̄ eſt ut poſtq̄ iſte vir fuerit 2° euacuat⁹ utat̄ hoc elīo de quo oī mane in aurora accipiat ad q̄titatem nucis deglu tiendo ipm̄ ⁊ tarde cibū poſt ad minus tribus horis: ⁊ ſolco ēt ex ipſo exhibere q̄titatem auellane imediate ante prandiū ⁊ ante cenā ut in cibis eius ſigilletur vis confortādi cor ⁊ cere brū ⁊ purificandi ſanguinē ⁊ defendendi ſpm̄ ab impreſſiōib⁹ qualitatū melicarum. cuius deſcriptio. ℞. florum boragis ⁊ bugloſ. ſe. acetoſ. kariof. enō. violarum adianthi politrici ca pill. ue. añ.ʒ.ij. ℈. fiſticorum infuſorum in ſucco bugloſ. per duos dies naturales.ʒ.iiij. pinearum ſilr preparatarum.ʒ.iij corticis mirabolanoʒ idoʒ.ʒ.j. hyacinti ſmaragdi ſaphiri añ ʒ.j. oſſis de corde cerui doronici zedoarie añ ʒ.ij.ſ. lap̄. armeni lap̄. lazuli preparatorum ana.ʒ.ij. zuccari ſecunde decoc. lib. j.ſ. foliorum auri numero.j. margaritarum electarum.ʒ.j. ſ. coquatur zuccarum lento igne cum lib.j. ſucci pomorum apiorum uel aliorum dulciſſimoruʒ uſqʒ ad ſucci ipſius con ſumptionem: deinde cum ceperint tepeſieri ſuperaddantur alie ſpēs minutiſſime puluerizate per ſe ⁊ in fine ponantur gra.ij. muſci. ⁊ ℈.iiij. ambre ⁊ fiat electuarium: hoc enim elua rium eſt efficaciſſimum: diligenter eius deſcriptio examinet̄. ¶ 8m̄ inſtrm̄ ⁊ principale eſt deſcriptio huius empli de quo ſemper ſuper mamilla ſiniſtra portet peciam vnā quadrāgu latā latitudis ſpāſe ⁊ ſit calefactum ⁊ ſufficienter ſuperligatū cuius deſcriptio. ℞. capił. ue. florum borag nis bugloſ. ⁊ ace toſe recentium aut ſiccorum ana. M.v. rcr. recentium non dum apertorum complete lib.ſ. farine ordei.ʒ.iij. terben tine clariſſime.ʒ.ij. been alb. ⁊ rub. ana.ʒ.j. doronici: oſſis de

corde cerui florū roſmarini violarū añ. ʒ. ij. ſ. croci. ℈. ij. ſucci boraginis lib. ſ. coquantur ſimul ſuccus cum terbentina ⁊ fa rina ordei: deinde alijs ſuperadditis diligēter incorporenſ ⁊ fiat emplaſtrum ⁊ applicetur ut dictum eſt. ¶ 9m inſtrm̄ eſt uſus pulueris quem fere continue olfaciat. ℞. macis. ʒ. ſ. ga rioſi. cinamomi electi ſe. baſiliconis ligni aloes añ. ʒ. ij. muſci ambre. añ. gra. i. ſ. fiat puluis ⁊ ligetur in ſyndone de grana retorta ⁊ continue odoret ipſum. ¶ 10m inſtrm̄ eſt ut poſtq̄ tenuerit ſuper corde ſuo emplaſtrum imediate dictum tunc faciat iſtud epithima per alios 12. dies continuos infunden do in ipſo pānū de grana duplicatum in mane ante prādiuꝫ tribus vicibus ⁊ per horam poſt prandium uſqꝫ ad cenā ſal tē qnqꝫ vicibus: ⁊ iteꝝ poſt cenam apud ſomnū alijs duabus vicib⁹: ⁊ ſic iſte pānus tepidus ſit pauce caliditatis. cui⁹ deſcri ptio. ℞. aque bugloſſe meliſſe ana. lib. i. aque roſmarini ma iorane ana. lib. ſ. muſci ambre ana. gra. ij. been al. ⁊ ru. ſe. baſi liconis coral. ru. ana. ʒ. ij. hyacinti ſmaragdi ſaphiri. añ. gra. iij. vini maluatici uel alterius vini aromatici cyathum vnuꝫ miſceanſ oia ⁊ leuibus bullitionibus bulliant: deinde cum leui panno ſuperponantur ut dictum eſt. ¶ 11m inſtrm̄ eſt puluis hic de quo vir iſte oi ſero qn̄ uadit ad lectum aſpgat a principio capill. uſqꝫ ad ſummitateꝫ capitis p mediū ipſius latitudis quatuor digitoꝝ ponēdo de eo ad q̄titatē granorū vi. ordei. cuius deſcriptio. ℞. macis corticū citri ana. ʒ. i. ligni aloes. ʒ. i. ſ. ſtoracis calamite floꝝ roriſmari ſticados betonice pulegij añ. ℈. i. pulueriçentur oia ſubtiliter ⁊ diligēter oia pon derata miſceātur. ¶ Ultimū inſtrm̄ eſt vnguētū hoc de quo ſtōchus ⁊ oia hypocōdria imo uſqꝫ ad inguina iungenſ ipo calefacto ⁊ ſupponaſ pānus calefactus ⁊ duplicatus prius ⁊ ſuffumigat⁹ cū puluē ligni aloes carbonibus ignitis ſupaſ perſo. cuius deſcriptio. ℞. olei de maſtice olei de mētha ana ʒ. i. ſ. olei de croco añ. ʒ. vi. garioſi. ʒ. i. ſe. leuiſtici cerui ſiſtcos ⁊ ruthe añ. ℈. ij. gra. paradiſi. ʒ. ſ. cere albe q̄tuꝫ ſufficit. fiat vn guentum mediocris tenacitatis ⁊ fiat ut dictuꝫ eſt. ¶ Hec ſūt que mihi utiliora ⁊ magis neceſſaria in hac diſpoſitione ap paruerunt.

¶ De egritudinibus neruorum ſequuntur conſilia:

Conſilium. 48. De paraliſi continens capitula quatuor.

Licet in hac diſpōne paraliti ca ſermo pliꝫus neceſſarius eſt utilitatē afferēs huic dn̄o q2 tn̄ operā dare nō poſſuꝫ ſm q eēt neceſ ſariū. Jō q̄tuꝫ cōmodius potero ea que mihi utiliora videbuntur enuntiabo q̄ tuor particularibus capitulis enuntian do.

¶ De regimine paraliſis per adminiſtrationem debitam cibi ⁊ potus. Cap. i.

Uoꝝ p⁹ eſt hec. q hic dn̄s utaſ cibis natural̄r cale factiuis ⁊ exiccatiuis abſcidēdo oia iſtrida⁊ humectatiua cibaria: panis q̄ ei⁹ plus ſit fermēti ⁊ ſalis bn̄s q̄ cole panis. ¶ Et carnib⁹ utaſ pdi cū faſianoꝝ turturū ⁊ auiū minutarū. Carnes vō caſtrati ⁊ vituli nō ſunt ita ꝯuenientes ei niſi cocte cū rore marino ſerpillo mētha saluia ⁊ ſilibus. Carnes vō porcine ſa lite ſunt ſibi utiles: recens vō porcelli caro non comedaſ niſi cū p̄dictis herbis ⁊ raro ēt. ¶ Nullus piſcis uſus eſt ei cōue niēs niſi p̄paratus cū p̄dictis herbis: piſcib⁹ tn̄ ſalitis uti pōt ¶ Lac ⁊ lacticinia cibaria oia dimittanſ ⁊ fruct⁹ oēs ēt p̄ter fi cus ⁊ amigdalas ⁊ auellanas ⁊ ſiſticos: oēs autem alios fru ctus omnino dimittat. Caſeus non cōuenit niſi ſalſus ⁊ anti quus. ¶ Caules blete rape ſpinachie dimittentur ⁊ ola legu mina preter cicera rubea: que comedere debet cum menthe ſerpillo hyſopo ruthe petroſellio ⁊ feniculo. ¶ Butyri uſus omnino dimittatur. ſed oleum oliuarum propter antiquuꝫ eſt ſibi valde utile. ¶ Omnia aromatica calida ſunt ſibi uti lia: ut. ſſ. cinamomum galanga crocus ⁊ ſimilia. ¶ Uinum dimittat oino q̄tū pōt. ſi aūt pp etatē aut ꝯſuetudinē hoc fie ri non pōt eligat vinum rubeū antiquū qd̄ tn̄ ſemp lympha tum bibat cum 3ª aut 4ª pte aque roſmarini. Et ſi abhorreret ex mixtione tali ſaltē ſemp añ prādiū ⁊ cenā bibat cyathū vnū de decoctione aut aqua roſmarini. Si aūt pp cōſuetudinem nollet aut non poſſet bibē vinū rubeum ⁊ inclinaretſ ad albū tunc eligat vinū albū pauciferū lymphatū cū aq̄ decoctiōis ij. q̄. padiſi poſitoꝝ in vna fiala cōſūptiōe facta q̄rte ptis trib⁹ remanētib⁹. ¶ In q̄libet cibatione caueat a potu ⁊ cibo replē tib⁹ ſtōchū cum extenſione grauatiua ⁊ pondere: utatur quie te omne exercitium corporale dimittens.

¶ De regimine per medicinalia. Cap. ij.

De regimine vō medicinali in 2º cap̄ deſcribam que videnſ mihi neceſſaria pro erronibus eius ¶ Primo itaqꝫ hic dn̄s oi mane bibat. ʒ. v. de aqua roſmarini calida in aurora p quinqꝫ dies ⁊ tardet cibū ad minus horis quatuor. ¶ Sex ta die ſequenti euacuetur cum. ʒ. iiij. ierelogodion: accepeis cum. ʒ. ij. aque eupatorij calefacte: ⁊ tardet prandere per ſex hōs: aut ad minus per quinqꝫ. ¶ Licet enim pillule fetide huic viro ⁊ egritudini conuenientiores eſſent. ℞. agarici ele cti. ℈. ij. aſſe fetide. ℈. ſ. ſſ. gra. xij. dyagridij. gra. ſ. fiant pillu le cum ſucco apij ⁊ oēs exhibeantur in potu. ¶ Poſtq̄ ergo ſemel purgatus fuerit tunc iterū reuertatur ad accipienduꝫ hoc digeſtiuū ꝯtinuatum per dies. viij. hora ſupra ſcripta: cu ius deſcriptio. ℞. aque diſtillationis eupatorij ireos ⁊ abro tani añ. ʒ. i. ſ. ⁊ calide accipiantur cum modico çuccaro: quā tum enim hec tria ſunt neruoꝝ mundificatiua legatur a Se rapione Auic. ⁊ ab oib⁹ alijs. ¶ Cum ergo digeſta fuerit mā his diebus iterum euacuetur cum aliqua predictarum medi cinarum ⁊ ita fiat in ſua cura reuolutio de digeſtiuo ad eua cuans ⁊ econtra: tales eniꝫ egritudines per ſe aliter eradicari non poſſunt phyſico beneficio. ¶ Si aūt diebus quibus ac cipit digeſtiua intermedijs uēter eius non eſſet hn̄ fluxibilis tunc oi ſero accipiat vnā de infraſcriptis pillis pap añ cenā ℞. pillaꝝ de ſpēb⁹ q̄re dn̄r alefangine. ʒ. i. pulpe collogntide ⁊ agarici añ. ℈. ſ. ſalis indi. gra. v. formenſ pille cum ſucco apij de omni. ʒ. xi. ⁊ accipiantur ut dictum eſt.

¶ De qbuſdā medicinis māerū ꝯſumptiuis. Cap. iij.

Tertiū caplm̄ exprimit quaſdā medicinas māeꝝ conſumptiuas: ⁊ ſunt quatuor. ¶ Quarum pri ma eſt q hic dn̄s accipiat oi tertio mane p duas horas añ diem. ʒ. ſ. confectionis anacardine cum ʒ. i. ſ. aque ruthe calefacte ⁊ tardet comedere ad minus per quatuor horas. ¶ 2m ſpāle ⁊ melius eſt ut hora p̄ dicta idem dn̄s accipiat tres de iſtis pillis. ℞. caſtorei ⁊ aſſe fetide añ. ℈. ſ. ligni aloes electi. ℈. i. formentur pille de ol. ʒ. ix. cum elluario metridato. ¶ 3m ſpāle remediū eſt hoc. ℞. metri dati uetuſtioris q̄ hēri pōt. ʒ. i. ⁊ bibatur hora p̄dicta cū. ʒ. i. ſ. aque ſaluie calefacte. Et ſi aqua illa eſſet de ſaluia ſylueſtri longe melior eſſet. Hec eni medicamina oia ab oibus illuſtrio ribus approbata ſunt. ¶ Ego autem experiētia certa ſcio q ſi eger aſſueſcat omni mane accipere. ʒ. iij. de aqua roſmarini cum tribus granis pulueris piretri mirabili iuuamento ei confert.

¶ De inſtrumentis localibus. Cap. iiij.

Quartū vō ⁊ ultimū caplm̄ deſcribit quedā inſtrm̄a localia. ¶ Primū itaqꝫ eſt q ſi eger balneeſ aut mēbra ſepe infunderet uel embrocet in aqs ther maꝝ ſecurāt hōiem a p̄uatione ſenſus ⁊ motus: ſed ois paliſis eſt p̄uatio ſenſus ⁊ mot⁹. igitur ⁊c̄. ¶ 2m locale eſt hoc. ℞. pul. piretri. ʒ. i. bulliat cū lib. i. olei oli uaꝝ uſqꝫ ad ꝯſumptionē tertie ptis. Et de oleo iſto calefacto mēbra oia leſa quater aut ſaltem ter in dienāli vngantur ma gnifice ꝯfert: ⁊ ſcribitur hoc a Serapione capitulo de piretro auctenticatum a Gal. 8º de ſimplici medicina legetibi. ¶ 3m re(m) eſt ut mēbra iungantſ ex oleo cucumeris aſinini calefacto ¶ 4m remediū eſt ut mēbra egra liniant ⁊ fricenſ cum vnctc

liquida ⁊ eſt ꝑſidiū ſingulare. ſcripſit eni Sera. ꝙ ↄfert ſtupi bilitati neruoꝝ mēbroſoꝝ ꝓueniēti a reple͞tone fri. hu. materie. ❡ In iſtis tñ inſtrīs ordo teneat̃ ꝙ ante applicationē ipſoꝝ membra euaporent̃ cū uapore fumoſi vini ꝓiecti ad lapidē molarem bñ calefactū: ita ꝙ fumus ille recipiat̃ ſup membris oībus leſis: cum ergo mēbra diligenter fuerint cum pannis exiccata tunc inungant̃ ex aliquo ꝑdictoꝝ linimentoꝝ calido rō ꝑmutādo ſemꝑ vnū linimētū poſt aliud. nā ex ↄtinuata applicatione vnius medicine ſup mēbro nō ſequit̃ impreſſio exoptata: pp qḋ 4° ꝑmi ꝑcipit Auic. in meditatione nō eē ſtā dū in vna medicina: imo ꝑmutandū ab vna ad alteram: non tñ virtute differentē. Cum ergo mēbra fuerint decēter linita: tunc ſtatim cooperiant̃ cum pelle vulpina bene calefacta. Et ſi haberi poſſet pellis dahaon tunc longe melior eſſet ad laudem dei. Amen.

Pro eodem de paraliſi. ℞. radicum peonie hermodactylorum arthanite rube añ. M. j. coquant̃ in duabus ſitulis aque marine uſq; ad conſumptionem tertie ptis. ❡ Item. ℞. olei de caſtoreo. ℥. i. ſ. olei de euforbio. ℥. i. ariſtol. ro. arthanite abrotani ſticados ⁊ anacardi. añ. ʒ. ſ. ligni aloes. ʒ. i. muſci. gra. ij. cere albe quantum ſufficit. fiat vnguentum mediocris mollitiei. ❡ Item. ℞. olei nardini. ℥. iiij. piperis albi camepitheos camedreos centaurec minoris ana. ʒ. ij. trocil. ʒ. ſ. cere albe quantum ſufficit. fiat vnguentum molle. ❡ Supraſcripta tria remedia applicata cōtinuentur der. x. dies hoc modo. primo omni mane ante cibum infundantur ſpongie magne in ſupradictam decoctionem bene calidam: ⁊ applicetur omnibus partibus ſtupidis ⁊ dolentibus ⁊ vniuerſaliter omnibus iuncturis leſis quater renouando ipſas membris bene applicatas. ❡ Item de ſecundo vnguento diligenter inungantur predicte partes. ❡ Itē 3° de tertio vnguento extendat̃ ſup pānis: ⁊ ponat̃ calidum ſup oībus mēbris ꝑdictis: ⁊ ſemper hoc poſt applicationē ſpongiaꝝ mane ⁊ ſero per duas horas ante cibū cōtinuādo per decem dies iam predictos. ❡ Cum ergo ↄtinuauerit x. diebus ꝑdicta remedia: tunc reuoluat ſe ad ſequentia per alios decem dies. ❡ Primo quidem accipiat̃ fruſtum lapidis molaris ferramentoꝝ ⁊ calefiat in igne: ⁊ tūc illi lapidi ſuperſfundatur fiala vna: uel lib. i. ſ. vini albi ſubtilis ⁊ antiq ⁊ bene potentis paulatim ſuper illo lapide ſtillati mēbro ſemper diligenter cooperto cum ſclauina qñ ita ſuffumigatur. ❡ Cū ergo ita ſuffumigat° fuerit exicca bñ mēbrū p decimā ptē hore. poſt illud iungat̃ cū hoc oleo diligēter calo: poſt cuius vnctionē mēbra inuoluant̃: ⁊ ligent̃ cū ſtupa canabina bñ cala. Eſt aūt linimētū tale. ℞. olei de euforbio. ℥. iiij. olei de ruta. ℥. i. caſtorei: piretri: xriū piperis. añ. ʒ. i. viol. ʒ. i. ſ. cōquaſſentur ſimul in mortario: ⁊ applicet̃ ut dictum eſt. x. dieb°: ⁊ poſt illud reuoluat ſe ad altera remedia per alios decem dies ⁊ de his ad iſta remedia reuoluendo ſe: ⁊ econuerſo uſq; ad medietatem madij: ⁊ ſpero ꝙ habebit conualeſcentiam egregiam. ❡ Ut autem ſupradicta remedia ſalubrius conferant utatur hic dñs confectione ſequenti: de qua ſemper poſt cibum accipiat fruſtū vnū. ℞. ſpēꝝ dyacori. ʒ. i. xilobalſami: ligritie: aniſi añ. ʒ. ſ. zuc. albi lib. ſ. cum aqua peonie: uel acori fiat confectio in rotulis. ʒ. ſ.

Conſilium.49.

De tortura oris ⁊ faciei cum paraliſi totius dextre partis.

Egritudo huius viri multū uerēda eſt. qm̄ ipſa nō ē ſimplex egritudo: imo eſt cōpoſita ex gñe egritudinū male cōple͞tonis ⁊ male compōnis. Eſt eni mala cōple͞to frida ⁊ hūida in ptib° oīb° cerebri ſui ⁊ in pte cerebri poſteriori: a qua oriunt̃ nerui mot° ⁊ ad pūmū ⁊ i pte anteriori cerebri: a ꝗ oriunt̃ nerui ſenſus qui exiſtūt ibi a ꝑdnio. lꝫ in eadē anteriori pte ēt īueniant̃ vili neruoꝝ mot° ſic in pte poſteriori multi iueniunt̃ vili neruoꝝ ſenſus: lꝫ immixti cū alijs. ❡ Eſt ģ hec egritudo forte: qm̄ eſt paraliſis que eſt cōpōnalis egritudo ꝓueniēs ex oppilone neruoꝝ oriētiū a nucha ⁊ ſm ptē ipſius nuche. Eſt ēt uerēda egritudo. ꝓpes q: ipſa cōplicat̃ cū ſpaſmo muſcloꝝ faciei mouētiū: uel mouēdebētiū mādibulas: in quoꝝ origine muſculoꝝ ⁊ neruoꝝ imerſa eſt mā dilatās eos ſm latū: ⁊ abbreuiās ſm lōgū. vñ facta eſt tortura que eſt morbus officialis. i. membroꝝ officio mot° uel ſeruitio mot° inuētoꝝ corrūpēs: ul ꝑmutās faciē hūanā a formoſitate ſua p quā mādibule ↄtrahunt̃ ſurſum v̄ſus ꝑn̄m. ſ. cerebri: ⁊ remouet̃ p eā bonitas obulationis duoꝝ labioꝝ. ſ. in pte ↄtracta. ❡ Cū eni labiū ſupi° cōtrahit̃: ⁊ inferius ↄhit̃ uerſus latera accidit ex illo ꝙ amboꝝ labioꝝ ſuperficies nō bene appodiant̃ ad inuicē: itaq; in extremitate illoꝝ labiorum apparet quaſi foramē inter ea: ita ut eorum lingua ab aſpicientibus uideri poſſit. ❡ Et ſequit̃ ēt ex hoc ꝙ eger exſufflare nō poteſt ab intus ad extra. ❡ Et ſequitur ꝙ 3° pomum maxille ptis ↄtracte tuberoſum fit. ❡ Et ſequit̃ 4° ꝙ facies diſcoloret̃ propter priuationem trāſitus ſpūum: ⁊ ſanguinis ad ſuperficiem genarum. ❡ Et ſequitur 5° ꝙ ſupercilium inferius ↄcipit v̄ſus pomū maxille: ſuperius aūt labium eleuatur v̄ſus tempus leſum. Inferi° eni ꝫ labium declinat: ⁊ ↄcidit cū a v̄tute nō ↄuenienter ſuſtentet̃ ⁊ non q: moueat̃ motu recto deorſū q: imobile eſt. ſupercilium aūt ſupius eleuat̃: q: ↄtrahit̃ a ſpaſmo temporalium ptium. ❡ Propter quod ſequitur ſexto: ꝙ habentes torturā habēt oculum torte partis quaſi ſemiapertum. ❡ Et ſequitur ſeptimo: ꝙ habentibus torturam: remouentur ruge que ſolent de apparere in fronte. ❡ Ex quibus oībus ſpeculator colligere poteſt: ꝙ tortura eſt morbus cōple͞tonalis ⁊ officialis per quē corrūpit̃. i. ꝑmutat̃ humana facies a formoſitate ſua. ⁊ cōtrahuntur labia ſuperius uerſus latera. ⁊ ꝓhibet̃ bonitas obulationis duorum labioꝝ ſimul: ita ꝙ exſufflare non pñt patientes: neq; exſpuere per illā ptē: ⁊ ſenſus viſus percipit̃ eorum lingua detecta: ⁊ pomum maxille tuberoſum fit. ⁊ ſupercilium inferi° ↄcidit: ⁊ ſupi° eleuat̃ ⁊ remouent̃: aut debilr appent ruge frontis ⁊ temporū. ❡ Eſt aūt huius viri paraliſis egritudo cōple͞tonalis. q: a mala comple͞tone cerebri frigida ⁊ humida prouenieus ⁊ compoſitionalis: q: ⁊ multa mā in cerebro multiplicata contingit. ⁊ niſi virtus cerebri fuiſſet fortis ad patiendum ⁊ expellendū mām fuiſſet neceſſariū: ꝙ hic vir fuiſſet factus apopleticus maiori apoplexia. Expulſio enim māe rū ad anteriorē ptē cerebri ⁊ poſteriorē eius arguit fortitudinem virtutis ⁊ multitudinem māerum. pauce enim mā non potuiſſet duo replere loca ⁊ virtus debilis ipſam expellere nō potuiſſet. ❡ Eſt autem ex hoc hec paraliſis uerenda dupliciter. primo q: egritudo fortioris partis: quia dextre. ſecundo q: eſt vniuerſalis: quia totius dextre partis ablatio ſenſus: ⁊ non motus.

Hoc igitur in ſūma eſt fundamentū itelligendi formale harū egritudinū cāe ⁊ ſigna eaꝝ pp qḋ ad curā ꝙ citi° eſt poſſibile feſtinādū eſt. Incipiēdo a cura torture: que morbus eſt deterior. ēt q: hoies aſpectu reddit horribiles. Et 3° q: ut in pluribus plene curabilis eſt cū non fuerit confirmata. hominū enim multos perſepe ab hac tortura cōplete ſanatur. hoc aūt ualde rarius euenit in paraliſi. ❡ Propter qḋ hic ꝑ incipiā ponē regimē dicendo ꝙ iſte vir bonam hꝫ ꝓſperitatē ſue ſanitati acquirende: eo q: non bibit vinū. pp qḋ in potu ſuo utat̃ aqua melł p hūc modū facta. ℞. aque fluuialis lib. xxv. florum roriſmarini. ℥. ſ. bulliant ſimul per mediam horam. deinde ſuperaddent̃ mell. lib. ij. ⁊ coquātur lento igne uſq; ad conſumptionem tertie partis cum coclearí ligneo ſemꝑ abijciendo ſpumam. tunc ergo reſeruetur in uaſis vitreis colatum ⁊ bibat de hoc ad libitū ⁊ nō aliud. ❡ Carnes ei° ſint vituline caprioline ꝓ maiori pte ⁊ caſtrine ſi inueniunt̃ ⁊ leporine pl̄m aſſate in ueru uel ſuper craticula cū roriſmarino: ſaluia: origano: ⁊ calamento: mētha: pulegio ſaturegia: ⁊ ſerpillo: his duobus ꝓptē in oī cibario poſitis. ❡ Et comedat in ferculis cicera rubea: far: ⁊ riſum: caules ⁊ rapas recentes cū folijs ſuis ⁊ cūa quonis mō ꝑparationis.

¶ Lac aũt caſeuz ⁊ oĩa ſua ↄdimēta ⁊ paſtilia: ⁊ neruos: ⁊ cutes aĩaliuz effugiat tanꝗ ignē: ⁊ fructus oēs: ⁊ in ſumma regimē ei⁹ ſit attenuatiuũ. i. pauce quãtitatis. ¶ Quieſcat aũt ⁊ nõ exercitet ⁊ dormiat nõ valde plix ei⁹ capite ſemp eleuato in aere uel camera bñ calidis: ⁊ ꝓpe in camera ubi ligna abietis: oxni: iunipi: ⁊ ſiliuz plãtaꝝ calidaꝝ icēdant. ¶ Caput muniat birreto facto de pellib⁹ vulpinis oĩno aut ſaltē de agninis. ⁊ hec de regimie penes gñalia ⁊c̃.

Regimen aũt circa medicinalia hac ꝑma ſeptimana ↄſiſtit in. x. inſtrīs ↄſequētib⁹. ¶ Primuz eſt ꝙ apparente urina bñ colorata fiat ei flobotomia de vena ſaluatella in manu dextra inuēta iter annularē ⁊ auricularē digitos per quam educant ſanguinis. ℥. iij. ¶ 2ᵐ inſtrm̃ eſt hoc. ℞. pillularũ cochiarũ: pillularuz de ſarcocolla ⁊ de hermodactylis me. añ. ʒ. j. dyagridij. ℈. ij. formentur pillule. vij. cuz ſucco ruthe: ⁊ accipiant per. ij. horas añ diē ⁊ dormiat modicũ poſt eas: ⁊ tardet comedere uſqꝫ ad vj. horas. ¶ Tertiuz inſtrm̃ eſt ꝙ caput eius totuz raſum aut tõſuz cũ pãnis calidis bñ fricetur leuiter tñ uſquequo parũ rubeat cutis mane ⁊ ſero. ¶ Quartuz inſtrm̃ eſt hoc ℞. ſucci arthanite ⁊ eſt panis porcinus ſcutellã. ſ. ſticados pulegij: calamẽti: hyſopi. ℥. ij. violarũ. ℥. iiij. icorporent oĩa in mortario ultimata ↄtritione ſil' cuz ſuc. de quo totum caput abũde liniat poſt fricationē dictaz. ¶ Quintũ inſtrm̃ eſt ut iſte vir ſemp in manu ſua habeat rutham recentem odorando ipſam: ⁊ ſi de ipſa in cibarijs ⁊ per ſe comederet valde optimũ eſſet ei. ¶ Sextum inſtrm̃ eſt ꝙ iſte patiens ſemp in ore ſuo teneat mediã nucem muſcatã uel quartam ptem. ¶ Septimũ inſtrm̃ eſt hoc. ℞. olei de coſto. ℥. j. ſ. olei de euforbio. ℥. ſ. calamenti. ſe. ruthe ſticados: pulegij: ligni al. añ. ʒ. j. ſ. olei de caſtoreo. ℥. j. cere albe quãtuz ſufficit. fiat vnguẽtuz molle aſpergēdo ipm̃ cum aceto ſqllitico: de quo quater in die nãli totuz colluz eius a pñcipio occipitis uſqꝫ ad finē actu calido iungat. ¶ Octauuz inſtrm̃ eſt hoc ℞. arthanite recentis. ℥. ſ. maiorane. ʒ. vij. ligni aloes. ʒ. j. ſ. bulliant oĩa in vna fiala aque uſqꝫ ad ↄſumptionē medietatis. hic itaqꝫ patiēs impleat os ſuuz aqua mellis aut ſuccari tepida. deinde impleat manũ ſuam decoctione ꝑdicta actu calida: ⁊ leuiter trahiciat de ea ter per narē dextram ⁊ totiens per ſiniſtrã: ⁊ hũc modũ medicãdi faciat tribus vicibus in mane: videlicet apud ortuz ſolis in meridie ⁊ per horã ante cenã ⁊ pēdet hic magnũ fundamẽtuz ſue curationis. ¶ Nonũ inſtrm̃ eſt ut iſte vir ſaltē in die ſemel ante prãdiuz uel cenam ſubijciat ſibi ſuppoſitoriuz vnum factũ de radice panis porcini recẽtis ad quantitatem vnius glãdis. ¶ Decimũ ⁊ ultimuz remediũ eſt ut hic patiēs omni ſero per duas horas ante cenam uel per tres deglutiat duo grana myrre bñ pinguis ⁊ citrine: ⁊ ſic ꝓcedēdo ſimul habet ingenia ⁊ inſtrã curationis cũ paraliſis ꝙ torture ſi pitus in medicina bene ꝑpendat. tranſacta aũt ſeptimana vna oportet ſcire de ſtatu ſuo. ⁊ tunc ꝓuideret ei de opportunis: qm̃ tales egritudines magnitudine ſui aduocãt medicum ſemper aſſiſtentem eis: ⁊ tu conſidera.

Cõſiliuz. 50. de tortura oris ⁊ uli paliſi dextri lateris ⁊ cura per duodecim modos.

Egritudo huius viri per ſe cognita eſt ideo nõ opꝫ multũ ſubtiliãdo ꝓcedere in theoria. uerũtñ in ea accelerare remedia ↄuenientia ꝙ magis eſt poſſibile: qm̃ egritudo valde ſeua eſt. Eſt eniz cõpoſita ex ſpaſmo ⁊ paliſi: ⁊ eſt po ſpaſmus pticularis in muſculis faciei ⁊ mãdibularũ: ꝓpter que iaꝫ ſuperuenit ei tortura oris: ⁊ eſt ulis paraliſis dextri lateris. Tortura eniz oris magis eſt i ſiniſtra pte: ꝓpter qꝺ ↄcluditur vniulr magnã ptez capitis ſui. ſe repletã cuz ab ipſo capite mã ſm ptē ꝓpulſa fuerit ad dextrã. ſm vo aliã ptem ad ſiniſtrã. ¶ Eſt etiã egritudo hec difficilis cũ ipſa ſignificet mãm in cerebro multã ↄgeſtã: eo qꝫ ipſa per modũ defluxus tēpore qſi inſtãtaneo ꝓpulſa fuit ad ꝑdictas ptes: ꝓpter qꝺ nõ oportet hic blãdiri: ſed oportet conari attrahere mãm: ⁊ euacuare per diuerſas ptes. ſi eniz moraret dubitabile eēt ꝙ multũ de mã multiplicaret ad ptez tortã ⁊ paliticã. non eniz eſt rõnabile credē totã mãm a cerebro ad ꝑdictas ptes fuiſſe trãſlatam: imo reliqas multas ipſarũ materierũ adhuc in cerebro remãſiſſe: ex quarũ ptitia dubitabile eſſet de ꝑmutatione ad epilepſiã: aut apopleſiã que ſuperuenire poſſent ꝓpter qꝺ feſtināter ꝓuideat ei ſm. XII. modos. ¶ Primus igit modus curationis coicans paliſi ⁊ torture ſuſtētat in regimine per res nõ nãles. Et ꝑ qdē utat brodijs cicercuz ⁊ farre ⁊ brodio caulis cũ petro. ſe. ⁊ ſemine aneti aut aliquo iſtoꝝ coctoꝝ in brodio galline uel caponis: aut pdicũ aut faſianoꝝ ſi potēs eſt. qbus etiã carnib⁹ uti pōt. ⁊ proprie aſſatis ⁊ etiã elixis. ¶ Ex qbus etiã fiãt iuſcula cũ farre uel ciceribus ↄfractis. ⁊ ↄferũt etiã ſibi vitelli oui in ꝑdicto brodio cocti ⁊ aliud nõ comedat ſaltē per ꝑmã ſeptimanã. ¶ In potu vo oĩno abſtineat a vino ⁊ utat aqua cocta per iſtũ modũ. ℞. floꝝ roriſmarini. ʒ. j. ſ. mellis electi lib. j. aque fontis lib. xv. coquant oĩa lento igne in vaſe lapideo bñ diſpumãdo: flores tñ ligent in pãno raro donec bulliãt cũ alijs. ¶ Scd̃s modus eſt ut in ſequẽti nocte in aurora dent ſibi pil. iſte ſup quas parũ dormiat imediate: ⁊ tardet cibuz horis ſex ⁊ per mediã horã ante accipiēdo ſcutellam vnã macri brodij carniuz ſuprascriptarũ. cuius deſcriptio eſt. ℞. pil. de ſarcocolla. ʒ. ij. pil. fecidaꝝ. ʒ. j. forment pill. vj. cum iera Gal. ↄuenientius enim opabunt magne extitere ꝙ parue. ¶ Tertius modus regiminis eſt: ut die imediate ſequẽti in aurora accipiat hũc potũ quē ↄtinuet dieb⁹ ad minus. vj. ℞. ſy. de ſticados. ℥. j. aque betonice: roſmarini: añ. ℥. ij. totũ hoc calidũ accipiat in aurora: ⁊ tardet cibus horis qtuor. ¶ Quartus modus eſt: ut die imediate ſequēti accipiat iſtas pil. ℞. pil. fetidaꝝ. ʒ. j. boni põderis. fiãt. vij. cũ electuario idi: ⁊ obſeruent poſt eas oĩa que dicta ſũt de ꝑmis. ¶ Quint⁹ modus eſt ut dieb⁹ intermedijs qbus ſumit ſy. tactũ omni die paꝝ ante cenã preter ultimã diez que accipit ſyru. accipiat pil. j. de pill. iſtis. ℞. aloes abluti. ʒ. j. agarici ſerapini collognide añ. ʒ. j. fiãt pil. de omni. ʒ. vij. cũ iera pigra. ¶ Sextus modus eſt: ut iſte vir ſemp in ore ſuo teneat mediã nucē muſcatã: ⁊ teneat ibi quaſi ſemper. ¶ Septimus modus eſt ut ſup capite ſuo a pñcipio frontis per medietatē capitis per. v. digitos uſqꝫ ad pñcipium ſpatulaꝝ pulueriçent oēs iſte ptes cũ iſto puluere in bona quãtitate leuiter ↄfricãdo. ℞. ſticados: pulegij: calamenti: betonice añ. ʒ. j. ſ. piretri coſti: ſtaphiſagrie. añ. ʒ. j. pul. maiorane. ℥. ſ. fiat oĩum per ſe puluis ⁊ poſtea cõmiſceantur. ¶ Octauus modus eſt ut tota ſpina ipſius a pñ⁹ ſpatularuz uſqꝫ ad finē ipſius tribus vicibus in die nãli inungat cum oleo de coſto calido bene ↄfricãdo: ⁊ toti ſpine ſuperaſpergat puluis ſuprascriptus. ¶ Nonus modus eſt ut tota ps ſiniſtri capitis ⁊ tēpus illius ptis omni mane ⁊ ſero, emplaſtret cum hoc medicamine rõnali calefacto. ℞. betonice recēns lib. ſ. ſticados arabici. ℥. ij. calamẽti mentaſtri pulegij: origani. añ. ℥. j. farine orobi. ℥. j. ſ. farine fabaruz. ℥. ij. croci. ʒ. ſ. coquant herbe oēs recētes in bono lixiuio. deinde incorporent cum alijs ⁊ cuz iſtis oleis. ℞. olei de caſtoreo olei de piperibus ⁊ de rutha añ. ℥. ij. ¶ Decimus eſt ut iſte vir ſemp in manu ſua teneat magnã quãtitatem ruthe: ⁊ olfaciat eã. ¶ Undecimus vo modus eſt ut ipſe ſemper ante cibuz per vnã horã accipiat rotulã vnam huius ↄfectionis: ⁊ poſt ipſam bibat cyathuz vnum ſui potus decti in ꝑ modo regiminis cuius deſcriptio eſt hec. ℞. ſpēruz pliris arcoticon: triumpipereon. añ. ʒ. j. ſuc. ſcd̃e decoctiõis ℥. v. cuz aqua roſmarini fiat ↄfectio in rotulis. ʒ. iij. ¶ Duodecimus eſt ut poſt ſcd̃am purgationē ſuprascriptã iſte vir omni mane hora ſyrupoꝝ accipiat. ℥. ſ. electuarij de acoro ⁊ bibat poſt ipſum cyathũ vnum medius ſui potus calidi.

hec ſunt remedia ſublimiora que in hac egritudine fieri poſſunt ſaltē pro pⁱma ſeptimana ꝛ ſcða: poterit tñ patiens in pceſſu ſcribere de ſtatu ſuo ſi fuerit opportunum fortaſſe ſibi prouideretur uberius ad laudem dei. Amen.

Conſilium.51. De tortura oris.

In viro iſto oportet de neceſſitate cō cedere fuiſſe multā de materiebus ↄtentā in cerebro quātum ad poſteriorē partem. vñ de motiui neruī: ꝛ ſexti paris ꝛ ſeptimi per ramos ab eis prouenientes effundunt aialem ſpiritum: qui debet eſſe in ſtrm motus mādibularum. ꝛ qꝛ agitatio in materiebus in cerebro facta nō fuit fortis in mandibulis neqꝫ in muſculis earū: nec materia illuc propulſa fuit vnita: nec tante potētie ut faceret torturā fortē. Ideo oportet de neceſſitate ↄcedere virtutē in nitētem cōtra mām eſſe fortē: ꝛ mām paucam: ꝛ expulſione inſenſibili ꝛ ſenſibili per os ꝛ palatū fuiſſe euacuatā: ꝛ a pfundis cerebri ptibus fuiſſe inclinatā ad exteriora: quare hec diuerſio ſecurabit virū iſtū a forti tortura ſpaſmoſa: ꝛ fortaſſe eādē a tortura paralitica. ¶ Et qꝛ nō eſt rōnabile mās inuētas in pncipali mēbro frigido oppilabili ꝛ debili uelut cerebrū iñ ↄueniēter ꝛ totaliter euacuatas fuiſſe. ideo exiſtimo bile eſt ꝙ ptes que remāſerunt iterū poſſent facere vnā recidiuā paraliſis ꝛ torture: aut epilepſie ꝛ apoplexie ſi faceret ↄtingeret mās multiplicare in cerebro diu pmanere: vñ ꝓpter hoc apparet mihi huic viro ꝙ cītius eſt poſſibile ſubueniri debere ſm. x. inſtra iſta. ¶ Primū ꝙ abſcindat a ſe vinū ſaltē per mēſem futurū: a quo vino ſecedat: ſeu dino dimittat ipſū ꝛ bibat de hydromelle ſꝫ hūc modū. ℞. aque fontis lib. xv. pil. folioꝝ roſmarini. ℥. ij. mellis electi lib. j. bulliant ſimul paulatiue decoctione uſqꝫ ad ↄſumptionē quarte partis. deinde colet ꝛ utat illo. ¶ 2° pncipaliter mane ante diē per horā aſſumat has pil. minoratiuas diſtrahētes mās a capite. ℞. pil. de ſarcocolla deſcriptiōe Meſ. in de ↄſolatione. ℥. ſ. pill. cochiaꝝ. ʒ. j. formentꝰ pil. ſex cū electuario idō: ꝛ poſt eas tardet cibum per horas ſex. ¶ 3° pncipalr intēdat digeſtioni materiei cū hoc. ℞. aque iris: betonice. añ. ℥. j. ſ. aque floꝝ roriſmarini. ℥. j. miſce ꝛ calidū in potu recipiat totū per. v. horas añ prādium per dies ad minus. viij. ¶ 4° pncipalr in tēpore quo aſſumit hoc digeſtiuū: ſi uēter eius nō eſſet fluxibilis paꝝ ante cenā accipiat vnā de iſtis pil. ℞. agarici: hermodactyl. añ. ʒ. ſ. ſſ. electi: ſalis indi. añ. ğ. v. pil. de ſpēb⁹. ℥. ſ. formentꝰ pil. de oī ℥. vj. cū ſyru. de ſticados. ¶ 5° pncipalr poſt aſſumptionē digeſtiui ſoluatꝰ uēter cū hoc. ℞. ieralogodion. ℥. ij. electuarij de pſilio. ℥. ij. ſ. miſce ꝛ aſſumatꝰ totū cū aqua ſua hydromellis. ¶ 6° pncipaliter maſticet ſepe per horā ante cibū oēm fruſtum vnum nucis muſ. expuendo quod attrahit. ¶ 7° pncipaliter pulueriçetꝰ tota caluaries capitis eius cū hoc puluere. ℞. ſticados: betonice: arthanite: ligni aloes gaꝝ. añ. ʒ. ij. macis. ℥. j. fiat diuiſim per ſe puluis ſubtilis: ꝛ pectinando abſtergatur primus cum ponitur ſecundus. ¶ 8° pncipalr utatꝰ hac ↄfectione de qua ſemp ante cibū accipiat rotulā vnā. ℞. ſpērū electuarij de ligno aloes. ſpērum dyambre amboꝝ deſcriptione Meſue in antidotario. añ. ℥. j. ẓuc. albi lib. ſ. cū aqua betonice. fiat ↄfectio in rotulis triū. ℥. ¶ 9° pncipaliter memoret ſepe añ cibum ſuū facere ablutionem pedum ſuoꝝ uſqꝫ ad inguina cū aqua decoctionis foliorum hedere bene calida. ¶ Ultimo vō effugiat diuum piſciū recentum uſum. nocēt enim cerebro ꝛ neruis. 8° caū. in arcola mēbroꝝ capitis. meliores ſunt ei piſces ſaliti ꝙ recentes. Et caueat a leguminibus ꝛ prope dixis. a cibis paſtilib⁹ ꝛ lacticinijs omnibus: ꝛ propriē ab oibus vniuerſaliter actu frigidis ad laudem dei. Amen.

Conſilium.52. De tortura oris.

Ultra alia remedia alēs ordinata pro hac adoleſcētula occurrūt mihi ſeptē alia remedia ꝓ diſpoſitione ſua adminiſtrāda: que curabūt ipſam cōplete ab illa pauca tortura oris que ſibi remāſit ꝛ pſeruabūt ipſā ne creſcat ꝛ pmutetur ad peius. ¶ Sed tñ ꝓ pmittēdū ꝙ abſtineat a cibis ualde vnctuoſis [illegible] multū [illegible] raphano ꝛ ſilib⁹. ¶ Et ab illis que uētoſitatib⁹ replēt caput ꝛ uaporibus abſqꝫ acuitate: ut ſunt legumina oīa ut lac ꝛ oēs ptes lactis pterꝙ recocta que eſt ſibi utilis: ꝛ caſeus mollis ꝛ recēs: ꝛ caules: blete: ſpinachie: ꝛ oēs fruct⁹ ualde humidi corrupabiles: uelut ceraſa: criſomilla: cucumeres: angurie dimittantꝰ. ꝛ ad ultimū oē cibariū ad qđ accipiēdū neceſſaria ſit maſticatio fortis ꝛ lōga dimittēdus eſt. ¶ Potus vō ei⁹ ſit vinū rubeū bñ clarū nō ualde potēs: ꝛ adhuc refractū cū medietate aque de ciſterna. oīno aūt caueat a vino ſibi ualde fumoſo: qđ nō debet tāgere. ¶ De remedijs aūt medicinalib⁹ pmū eſt ꝙ oī tertio ſero per horā añ cenā abluantur pedes: tybie: coxe: manus: brachia: colli: facies: ꝛ gule: cū hac decoctiōe. ℞. folioꝝ lauri. M. ij. folioꝝ iunipi. M. iij. coquantꝰ in magna quātitate aque uſqꝫ quo fiat bñ aromatica: ꝛ cū ipſa calida lauentꝰ ptes pdicte. ¶ 2ᵐ remediū eſt hoc ꝙ oī ſero qñ uadit ad lectū ponat colū ꝛ ſpatulas ſuas ſup tabula de ligno cipſſi bñ calefacta ꝛ ſuperueſtita pāno ſubtiliſſimo: ꝛ teneat colū ſuū ꝛ ſpatulas ſup ea uſquequo tepefiat: ꝛ tūc vngatꝰ cū hoc linimēto. ℞. olei de coſto: olei irini. añ. ℥. ſ. olei de ſiſamo. ℥. j. olei de ſticados: peonie: rutbe: abrotani. añ. ℥. j. ↄquaſſentꝰ ſil in mortario: ꝛ accepta q̄titate ↄuenienti de hoc calefacto diligēter vngatꝰ colli ꝛ ſpatule: ꝛ ſupponatꝰ pānus ſiccus leuiter calefactus ſuper quo decūbere debet. ¶ 3ᵐ vō ſpāle remediū eſt ꝙ poſt predictā vnctionē ſup pte anteriore capitis a ſupiori pte frōtis per q̄tuor digitos lōgitudinaliter uſqꝫ ad ſūmitatē capitis ſpargatꝰ de hoc pulue q̄titas 4°ʳ. ğ. ordei inter capillos: ꝛ ſi nō curaret interponere puluerē capillis: tūc fiat ſacculus de ſindone de grana retorta: qui ſit longitudinis vnius ſemiſſis: ꝛ latitudinis 4°ʳ digitoꝝ. in quo ponatꝰ. ℥. j. huius pulueris. ¶ Puluis aūt iſte eſt. ℞. ğ. peonie. ℥. ij. macis. ℥. iij. gariofili ligni aloes: maiorane floꝝ roſmarini. añ. ℥. j. fiat diuiſim puluis per ſe. deinde cōmiſceātur. ¶ 4ᵐ vō remediū ſpāle eſt hoc. ℞. auree alexādrine ſaltē etatis annorū qnque mitridan. añ. ℥. ſ. peonie maiorane nucis muſcate: ſeminū rutbe. añ. ʒ. j. incorporentꝰ diligenter. deide poſt puluerīçationē ſupradictā ul poſt ſacculū degluttiat de hoc electuario quātitatē vnius fabe. ¶ 5ᵐ remediū ſpāle eſt: ut oī mane añ prādiū ꝛ cenā etiā per duas horas ipleat os ſuū de aq̄ decocta cū ẓuccaro. deinde in manu ſue accipiat de decoctione iſraſcripta calefacta: ꝛ trahiciat de ipſa leuiter per naſum ſuū ſaltē q̄tuor vicibus per quālibet narem: ꝛ ita ↄtinuet diebus ad minus octo. Decoctio vō quā trahere debet per nares eſt iſta. ℞. folij ligni aloes: ſticados arabica: radicū cucumeris aſinini añ. ℥. j. maiorane. ℥. ij. ẓuccari ſcðe decoctionis. ℥. j. ſ. coquātur oīa in libras. vj. aque uſqꝫ ad ↄſumptionē duaꝝ ptiū lēto igne: deinde colentꝰ ꝛ reſeruetur colatura in uaſe vitreo expoſito radijs ſolis: ꝛ cū opus fuerit de predicta coctione accipiatur cyathus vnus ꝛ caleſiat: ꝛ per nares trahiciatꝰ ut dictū eſt. ¶ 6ᵐ remediū pncipale ē ꝙ iſta adoleſcētula ſemp poſt prādiū ꝛ cenā accipiat fruſtū vnū iſraſcripte ↄfectionis. ℞. ſpērū dyamuſci dulcis. ſpērū dyābre añ. ℥. j. ẓuccari ſcðe decoctionis. ℥. v. ꝛ cū aq̄ maiorane fiat ↄfectio in rotulis. ℥. j. ſ. ¶ Ultimo vō hec adoleſcētula uti debet iſraſcriptis pillis. ℞. pillarū alefanginaꝝ deſcriptione Meſue in ſuo antidotario. ℥. j. ſ. bdellij mollis: pulpe collōqntide. añ. ʒ. ſ. fiāt pillule cū ſyrupo de ſticados. de oī. ℥. j. ꝛ circdaurentꝰ. ¶ Deſcriptio alia pillarū eſt hec. ℞. aloes abluti. ℥. j. agarici electi. ʒ. j. ſſ. ligni alo-

ro. ℥. iij. fiāt pille cũ ſucco ro. de oi. ʒ. ꝭ. Silr aūt horā pillarũ uſus iſto mō. qꝛ de pillis aureatis accipiat vnã per duas horas poſt cenã qñ fecerit fomētū cũ tabula cu pſſi: ⁊ vnctionē poſt ipã: ⁊ puluerizationē ſup caput: ⁊ cũ accepit eluariũ ſupraſcriptū: tūc illo ſero nō accipiat pillulã: ſꝫ illã accipiat duob⁹ dieb⁹ ſequētib⁹. ⁊ qñ accipit illã pillam dimittat eluariũ iã pdictū. ❡ 4° vō ſequēti ſero p mediã horã añ cenã accipiat vnã de alijs pil. nr̃is: ita reuoluēdo de iſta quã accipit ante cenam ad iſtã quam accipit poſt cenam continuando modum: ita ꝙ qñ acceperit electuarium dimittat pillulas: ⁊ econtra. ⁊ erit perducens ad ſanitatem.

Conſilium. 53. de impotētia motus ꝓgreſſiui que dr̃ paraliſis uere dici pōt.

NObilis vir Ludouicus de garçonib⁹ laborat diſpoſitione que eſt impotētia ad motū ꝓgreſſiuum: que neqꝫ paliſis uere dici pōt. qꝛ ois uera paraliſis aufert ſenſuꝫ ⁊ motū ⁊ maxime cũ ipſa fuerit vniuſis. i. alterã medietatē corporis dextrã aut ſiniſtrã inuadēs. ❡ Neqꝫ etiã hec diſpoſitio pōt dici paliſis in ſenſu cũ experiētia ſit in oppoſitū: eo qꝛ vir iſte in ſenſu tactus medietatis dextre: que paralitica fuiſſet dr̃ ſenſuꝫ hēt ↄuenientem diuꝫ obiectoꝝ tactus perceptiuuꝫ. ❡ Silr neqꝫ dici pōt paraliſis in motu: eo qꝛ mēbra mouent ut ſenſus oñdit. oportet igr̃ de neceſſitate ↄcedere ꝙ hec diſpō eſt impotētia ad ꝓgreſſiuũ motuꝫ extēſiuũ ⁊ ↄtentiuum: que eſt accñs paliſiꝫ conſequēs. ❡ Pōt aūt huius accñtis uerificatio hēri ut remāſerit aliqua oppilatio in neruis oriētib⁹ a ſpōdilib⁹ cordis uel colli per quos ſenſibilis ſpūs ⁊ motiuus ad brachia deferri ſolebat. ſilr etiaꝫ potuit remanē aliqua oppilatio in neruis oriētib⁹ a ſpōdilibus renū alkatin ⁊ caude: per ꝗs ſpūs motiuū deferri debēt ad pedes magnos. ❡ 2ª cã pōt eſſe debilitas que remāſit in neruis ſenſus ⁊ motus totius dextre ptis. ꝓpa eniꝫ debilitas illarũ ptiuꝫ abſqꝫ aliq̃ oppilatione cadēte in nucha ⁊ in neruis ab ea oriētib⁹ pōt eſſe cã debilitatis ⁊ īpotētie ad motū ꝓgreſſiuũ uel aliũ. ❡ Credo aūt ego ꝙ utraqꝫ iſtaruꝫ cauſaꝝ in hoc viro concurrat ad impediēduꝫ motū brachij ⁊ ꝓgreſſiuũ. ❡ Cuã ↄfirmari pōt ſatis ꝓpter longitudinē egritudinis: qm̄ a ſex annis citra moleſtat̃ hac egritudine. ❡ 2° etiam hoc confirmari pōt a poſteriori: qꝛ remedia que fuerunt eidē applicata a pncipio colli uſqꝫ ad caudam notabiliter pfuerunt ei. vnde in motu brachij dextri ⁊ ꝓgreſſiuo ſm pedē totum manifeſtaꝫ habuit alleuiationem. ꝓpter qd̄ bene ſperandam eſt ꝙ ſi ꝓceſſerit in cura ſua ↄuenienter ⁊ diſcrete notabilē habebit ↄualeſcentiam ut nunc ſequitur.

MOdus itaqꝫ regiminis eius pēdet ex debita electione rerū nō nãliuꝫ p. 2° ex debita adminiſtratione inſtr̃oꝝ medicinaliū. Pro declaratione itaqꝫ pmi ꝓ eligat̃ aer ſibi ↄueniēs in ↄ̃triuꝫ diſcraſie: ⁊ ſimiliter totū regimen ſex rerū non nãliuꝫ. ❡ Regimē vō medicinale huic viro ↄueniēs. XII. remedijs mihi cōplēduꝫ eſt. Quoꝝ pmum eſt ut iſte vir purget̃ oi uere a pn° mēſis martij uſqꝫ ad medietatē eius a. XX° die ſeptēbris uſqꝫ ad pncipiũ octobris per hūc moduꝫ. ❡ Pmũ itaqꝫ remediuꝫ eſt hoc minoratiuuꝫ: qd̄ in mēſe martij recipiat in aurora cum. ℥. iiij. aque mellis calefacte. ⁊ tardet cibũ ſuũ poſt aſſumptioneꝫ ipſius per horas. vi. accipiens in qrta hora cyathũ vnum aque ordei çuccarate calide ⁊ poſt ſex horas prādeat. ℞. electuarij indi. ʒ. ij. agarici electi. ʒ. ſ. rei pontici. ℈. j. ſſ. ſpice nardi. añ. ℥. v. ſalis gēme. ℥. j. miſce cũ aqua pdicta ⁊ fiat ut dictũ eſt. ❡ 2ᵐ remediũ eſt ut ſumpto minoratiuo iã dicto accipiat i aurora hoc digeſtiuũ calidū: ⁊ ↄtinuet tota vna ſeptimana ipm ⁊ tardet cibũ q̃tuor horis. ℞. ſy. de calamēto: ſy. de ſticad. oximel. cōpoſiti. añ. ℥. ſ. aque acori: betonice: ⁊ ireos añ. ℥. j. miſce. ❡ 3ᵐ iſtr̃m eſt ꝙ poſt digeſtiuuꝫ pſcriptũ octaua ſequēti die in mane purget̃ cuꝫ iſtis pillis. ℞. pillulaꝝ de ſarcocolla pillularũ fetidarũ. añ. ʒ. ſ. reformentur pillule. vij. cũ melle roſato ⁊ accipiant̃ ut dictū eſt. ❡ 4ᵐ remediū eſt ut in fine ſeptēbris accipiat hoc minoratiuuꝫ: ⁊ poſt ipꝫ obſuet ↄditiones ut de ꝓ minoratiuo iã ſcriptū eſt. ℞. pil. de agarico: pillularũ de hermodactylis. añ. ʒ. ſ. boni ponderis reformentur pille. vij. cuꝫ eluario ſucci roſarum. ❡ 5ᵐ iſtr̃m eſt ut poſt aſſūptionē pſcripti minoratiui accipiat hoc digeſtiuū: qd̄ continuet ſeptimana vna hora: ⁊ modis obſeruādis in ſyrupo pſcripto in purgatiōe ueris. ℞. aque betonice: aque faluie aque iue. añ. ℥. j. ſ. ſy. de eupatorio. ℥. j. miſce. ❡ 6ᵐ inſtr̃m eſt ut pcſtq̃ accepit digeſtiuũ pdictū octaua ſequēti die in mane purget̃ cũ iſtis pil. ℞. pillulaꝝ de hermodactylis. ℈. ij. pillaꝝ fetidaꝝ. ℈. ij. reformēt̃ pil. vij. cũ ſucco roſarũ: ⁊ accipiant̃ hora ⁊ cōditionib⁹ ſcriptis ⁊ obſeruandis in purgationib⁹. ❡ 7ᵐ pncipale iſtr̃m eſt ut tpe quo aſſumit digeſtiuũ ſemper tota ſpina eius inūgat̃ bis in die. ſ. in mane quādo ſurgit ⁊ ſero qñ uadit ad lectū cum hoc vnguento incipiēdo a pncipio colli uſqꝫ ad finē ſpine leuiter ↄfricādo. ℞. olei irini: ⁊ de coſto. añ. ℥. j. de piperibus. ℥. ſ. miſce. ❡ 8ᵐ remediū pncipale eſt ut tpe quo aſſumit digeſtiua pdicta ſi uēter eius foret ſtipticus utat̃ hoc puluere: de quo oi tertio ſero parꝝ añ cenã accipiat. ℈. j. cũ medio cyatho brodij: uel aque ordei çuccarate: cuius deſcriptio eſt hec. ℞. turbit electi. ʒ. j. hermodactylorũ. ℈. ij. polipodij. ʒ. ſ. folliculoꝝ ſene. ʒ. ij. cinamomi electi: macis: çinçiberis: violarum gariofiloꝝ. añ. ℈. j. tartari. ℈. ij. ſalis indi ʒ. j. pulueriçent̃ omnia per ſe: demum cōmiſceantur diligēter. ❡ 9ᵐ inſtr̃m eſt ut poſtq̃ iſte vir purgatus fuerit utat̃ confectione dyacori: aut electuario de acoro: de quo omni mane per quatuor horas ante cibum accipiat coclear vnũ degluciendo ipſum ſicut Padue facere ſolebat. ❡ Xᵐ inſtrumentum eſt ut poſt pdictas purgationes ſalteꝫ ter in ſeptimana accipiat omni ſero cuꝫ uadit ad lectū. ℥. j. huius mixtionis. ℞. ſpēꝝ dyambre: ſpēruꝫ pliriſarcotici. añ. ʒ. ſ. oximellis cōpoſiti. ℥. iij ſyru. de calamēto. ℥. iiij. çuc. albi. ℥. iij. coquat̃ çuccarũ cũ ſyru. ⁊ cum inſpiſſatū fuerit ſuperaddātur ſpecies predicte cũ iam tepeſcat. ❡ XIᵐ iſtr̃m eſt ut dieb⁹ iſtis interpollatis aliqñ bis in ſeptimana in aurora bibat cũ aq̃ ſaluie calefacta. ʒ. j. ↄfectionis Hermetis poſt quã tardet cibũ horis ad minus q̃tuor. ❡ 12ᵐ vō remediuꝫ eſt ut in ſeptimana vicibus ſaltē 4ᵒʳ collutionē oris ſui faciat cuꝫ. ℥. iiij. aque mellis. ⁊. ʒ. j. ſ. ↄfectionis anacardine inuicē mixtis ⁊ calefactis. hoc eñi erit ſibi ſingulare remediū ad ipedimētū ſmonis. ❡ Sicut ad impedimētuꝫ motus digitoruꝫ in ſcribēdo nocitorum ſingulare remediuꝫ erit frequēs ablutio facta cuꝫ lib. X. aque cineris: ⁊ lib. ſ. ſulphuris viui decoctis uſqꝫ ad ↄſumptionē tertie ptis. ſpo eñi per hoc tale remediū manus ei⁹ ad laudabilē diſpoſitionē reduci debere: ſicut ⁊ totū corpus cũ alijs remedijs ſupraſcriptis ad bonã cōualeſcētiã reſtitui debere: quod totum altiſſimus miſericordia ſui concedere dignet̃ ad laudes perpetuas. Amen.

Cōſiliuꝫ. 54. de tremore capitis ⁊ brachioꝝ ex ſucceſſione ad cefalicã frigidam.

TRemor quo moleſtat̃ iſte nobil̃ vir eſt morb⁹ difficil̃ uel determinat̃ ei piculũ igēs aduēr⁹ egritudinũ neruoꝝ ut paliſis: ⁊ fortaſſis ſpaſmi ⁊ egritudinuꝫ cerebro appropriatarũ: ut epilepſia ⁊ fortaſſis apopleſia. ❡ Cum eñi iſte tremor ſꝫ ptē ſit egritudo capitis ſilr etiã ſit egritudo dextri brachij: patet ꝙ mã que fac̃ˡˡ hunc tremorem facile pōt eſſe cã epilie aut apopleſie. mlt̃iplicata eñi ipa in mlt̃is ptibus cerebri ꝓpter aliquã de cauſis mlt̃iplicationis eius facile pōt cōplete uel icōplete oppilare oēs uētriculos cerebri: ⁊ iã fuit iſte vir epilēticus: aut apoplecticus. ❡ Et cã qdē multiplicationis ei⁹ facile itelligēti appet uelut eſt ſupfluitas in potu: ⁊ ꝓpꝛie vini fumoſi dulcis ⁊ vinoſitatē hñtis: uelut etiã eſſet imodera

mus coitus ⁊ exercitiũ ſup cibatione factũ: ⁊ cõmorari in ae
re frigido ⁊ exercitari exeraníe: p que oportet caput incur
natũ tenere: ⁊ ueſtibus colli ualde ſtrigentibus ueſtiri: ⁊ ſic
de aliis. ꝓpter em̃ hec oia multiplicaret̃ mã: que ſi fluxibilis
⁊ aquoſa pſeuerarẽt moleſtãdo ṽtutẽ ad expulſionẽ ſui ad
originẽ nuche delata uł paliſi ʒ in aliq̃ medietatẽ toti⁹ cor-
poris oppilãdo efficeret. ¶ At ṽo iterũ ſi mãm iſtã ↄtigeret
⁊ adbuc q̃titate nõ multiplicatã: ſiue in mediũ ſubſtantie
groſſiorẽ fieri icitãte ṽtutẽ ad illi⁹ expulſionẽ: p neruos ꝓ-
pulſa extẽdẽdo eos ſʒ latitudinẽ facile põt eẽ cã ↄtractiui mo
tus neruoꝝ ⁊ lacertoꝝ uerſus cerebrũ ⁊ icurreret ſpaſmus.
¶ Amplius iterũ opʒ ↄcedẽ hãc egritudinẽ necio eſſe uerẽ
dã ex nocumẽto cerebri ⁊ neruoꝝ: qđ appet ex tremore am
baꝝ ptiũ. ¶ Adhuc iterũ 4° oportet hãc egritudinẽ eſſe ſu
ſpectã: qm̃ ipſa eſt facta ſucceſſione ad cephaleã frigidã: que
nõ fuit canonice curata. ꝓpter qđ ↄcludit̃ in cerebro nõ ſo
lũ remãſiſſe reliq̃as mãei huius egritudinis: ſed etiã debili-
tatẽ cerebri que eſt cã ↄtinua gñationis harũ mãeꝝ p uiaʒ
idigõnis. ¶ Cũ g̊ mã huius egritudinis inueniat̃ pñs in ue
nis ⁊ neruis ⁊ cã gñationis ipſius ↄtinue fixa ꝑmaneat ne
ceſſe eſt ↄcedere egritudinẽ ipaʒ igẽtis piculi eſſe neceſſitati
uã niſi alr̃ prouideat̃ ei. uerũ quia res iſta lõga ⁊ accurata
multa ingſitione idigeret: ⁊ iaʒ nõ inſtat tpis cõmoditas in
pticulariter deſcribẽdo regimẽ qđ eſſet ↄueniẽs ex pte reꝝ
nõ nãliũ ⁊ medicinaliũ. Jdeo nõnulla pũcta regiminis ei⁹
ex pte regiminis nõ nãliuʒ ⁊ medicinaliũ ſuccincte pcurrã
reſeruãs intẽtionẽ ad ſupplẽdũ illa ſi in poſteꝝ fuerit neceſ
ſariũ. ¶ Jgit̃ vir iſte oĩno abſtinẽ debet ab uſu ciboꝝ ⁊ eo-
rum que ſunt fri. ⁊ hu. ut piſces oẽs: ⁊ proprie dixi: cancer ⁊
anguille. Et longe meliores ei ſunt piſces ſaliti q̃ʒ recẽtes: ⁊
euitet ſpinachios: bletas: cucu. portula. ⁊ ſilia. ¶ Et caue-
at ſũmope a reb⁹ groſſitudine ⁊ viſcoſitate ſua oppilãtis: ut
ſunt paſtille panis aʒimus nõ bñ cocť. ¶ Effugiat etiã le
gumina oĩuʒ ſubſtãtiã ſed brodio cicerũ ru. ⁊ alboꝝ: farro
riſo amigdalato uti põt. ¶ Et panis ei melior modicũ fur
furaceus ſalis ⁊ fermẽti modicũ hñs q̃ʒ cois panis. ¶ Co
medat carnes tpe ſuo vitulinas: capõnas: ⁊ minus frequẽ-
ter capõnas. ⁊ caro ſalita nõ pinguis eſt ei utilis. ¶ Fruct⁹
recẽtes oẽs vitare debet. limonib⁹ aũt ⁊ arãcijs ⁊ citro ↄdi-
to cũ ſpẽbus uti põt. ¶ Lac ṽo ⁊ lacticinios cibos nullo
mõ tãgat: nec caſeũ dulcẽ: ſed caſeus ſalit⁹ cretẽſis oĩno me-
lior eſt ei. ¶ Feniculũ ṽo ⁊ pe. mẽtbã: ⁊ roſmarinũ: ſaluiam.
ſerpillũ: oĩa talia ⁊ eoꝝ radices in multo uſu hẽat. paſtina-
chie: karote: cappares ⁊ ↄſilia bñ placẽt. ¶ De potu aũt ei⁹
dicẽdũ oĩno tpĩ debẽ dimittẽ vinũ ſi eſt dilector ſanitatis
ei⁹. pp qđ placeret mihi ſũme ut uteret̃ iſto potu: videlʒ q̃
accipiat de aq̃ bone ciſterne lib. xxv. floꝝ roriſmarini ſicco
rũ. ℥. j. bulliat aq̃ cuʒ his florib⁹ uſqʒ ad ↄſumptionẽ tertie
ptis ei⁹. deĩde ſupaddant̃ ei mel. citrini electi lib. ij. ⁊ iterũ
ſimul bulliãt ſucceſſiue bñ diſpumãdo cũ cocleari uſque-
quo q̃rta ps ↄſumat̃. demuʒ colet̃ per ſtamen bñ ſpiſſum
⁊ reſeruet̃ hec decoctio in uaſis mundis vitreis bñ coop-
ta. De hac aũt aqua bibat ad libitũ ſuuʒ loco vini. ſi aũt ꝓ
pter aliquã cãm recipe nõ ualet ſaltẽ miſceat̃ ei tertia pars
uel quarta ps vini rubei clari nõ ualde groſſi neqʒ fumoſi

De regimine ṽo medicinali icipiẽdo curã rõ-
nabiliter decem videnť mihi ab
eo obſeruari debẽ. ¶ Primum eſt q̃ ab hac die pñti q̃nta
martij uſqʒ ad duodecimã ei⁹ vno mane uẽtre ei⁹ uacuo fi
at flobotomia de baſilica dextri brachij ſub cubito: aut ra-
mo: ſiue ſaluatella ei⁹ in manu inuẽta iter digitũ anularẽ ⁊
auricularẽ ⁊ educant̃ ſanguinis. ℥. iiij. uł. v. ⁊ nõ miret̃ ali
qs. Flobotomia enĩʒ iſta idicationẽ accipit a repletione cor
poris ⁊ ꝓpter epatis a mã flegmatica ⁊ cholerica ſubdñan-
te: qđ appet ex pulſu eius magno ueloci ⁊ frequẽti: ⁊ colore
corporis uerſo ad citrinitatẽ: ⁊ tictura urine ad igneitateʒ
cũ groſſitudine idinatã. Cholerica igit̃ mã illud flegma diſ
ſoluẽs ⁊ ſubtiliãs facit ipſʒ ueloci⁹ ⁊ magis penetrare in pu

cipia neruoꝝ: ⁊ addẽ in nocumẽtuʒ hui⁹ egritudinis ma-
gnifice. ¶ 2ᵐ inſtrm̃ eſt q̃ facta flobotomia ſequẽti mane
ſoluat̃ uẽter ei⁹ cũ iſtis pil. ℞. pill. cochiaꝝ de ſarcocolla de
ſcriptione Meſ. añ. ʒ. ß. formẽt̃ pille. vij. cũ ſuc. roſ. ⁊ tar-
det cibũ poſt horis ſex ꝑmittendo q̃nta hora potum cyathi
vni⁹ aque calide ʒuccarate. ¶ 3ᵐ q̃ in die im̃ediate ſequẽ-
ti poſt ſolutionẽ dictã accipiat ↄtinue hũc potuʒ quẽ conti
nuet ad min⁹ per menſem. ℞. aque diſtillationis anſaco
che: betonice: roriſmarini. añ. ℥. j. ſyru. de ſticados: oxymel.
ſimplicis. añ. ʒ. vj. miſce: ⁊ calidũ in aurora accipiat ⁊ tar-
det cibuʒ horis q̃tuor. ¶ 4ᵐ eſt ut oĩ fine. xij. dieꝝ purget̃
cuʒ his pillis poſt aſſumptionẽ digeſtiui ꝓcedẽtis. ℞. pil.
ſticadoꝝ. ʒ. ij. pil. cochiaꝝ. ʒ. j. formenť pil. vj. ⁊ accipiant ho
ra ꝑdicta ⁊ cõditionibus obſuatis que in alijs pillulis ſuꝑi
pte ſunt. ¶ 5ᵐ ꝑncipale eſt ut vir iſte oĩ ſero cuʒ uadit ad le-
ctũ accipiat coclear vnũʒ radicũ acori ↄditi: ⁊ bibat poſt ip
ſum cyathũ mediũ aque anſacoche calefacte ⁊ ʒuccarate.
¶ 6ᵐ inſtrm̃ eſt ut oĩ ſero hora ſtati dicta ⁊ oĩ mane antẽq̃
ſurgat a lecto applicet pãnos calefactos ab origine nuche
per totas ſpatulas uſqʒ ad finẽ coſtaꝝ: ⁊ cũ ſẽſerit penetraſ
ſe in mẽbra tũc inungat ea ex oleo de anſacocha bñ calo dili
gẽter ↄfricãdo. hẽt enim cura huius egritudinis ꝓprietatẽ
mirabilẽ: ut 2° terti]. cap̃ de cura tremoris colligit̃. ¶ 7ᵐ
eſt ut iſte vir oĩno ꝑcuret uti frequẽter puluere cerebri lepo
ris cõbuſti: cuius. ʒ. ß. ante omnẽ cibũ per horã vnã ſemper
accipiat cũ hydromelle ſuo: aut cũ aqua anſacoche uel ma
tricarie. ¶ 8ᵐ inſtrm̃ eſt ut iſte vir tpe aſſũptiõis digeſtiui: ⁊
⁊ tpe intercedẽte inter purgationes ſaltẽ oĩ tertio die paruʒ
añ cenã accipiat j. uel ij. de iſtis pill. que ſubducẽdo uẽtrem
trahũt aliqđ de materia anteced{e}te hui⁹ egritudinis. ℞. alo-
es electi infuſi ⁊ ↄſeruati per decẽ dies in aq̃ maiorane. ℥. ij
agarici electi. ʒ. ß. colloquintide. ʒ. ß. ß. electi. ʒ. ß. formẽtur
pillule de oĩ. ʒ. vj. cũ aq̃ roriſmarini. ¶ 9ᵐ inſtrm̃ eſt ut poſtq̃
iſte vir his purgatus fuerit aſſueſcat oĩ die añ cenaʒ per ho
ras. ij. facẽ ſibi apponẽ uẽtoſas ſup ſpatulis ṽſus nucham
que ſint uehementer ignite abſqʒ ſcarificatione: ⁊ pmutent̃
diuerſis locis aſcendẽdo ⁊ deſcẽdẽdo. ¶ Xᵐ eſt ut iſte vir oĩ
ſero cuʒ uadit ad lectũ faciat ſibi pulueriʒari totã poſterio-
rẽ ptẽ capitis a ſummitate eius ṽſus collũ cuʒ pulnẽ iſto: ꝓ
ius tñ cũ digitis leuiter madefaciẽdo cutẽ abraſaʒ cuʒ aq̃ vi-
tis. eſt aũt deſcriptio pulueris hec. ℞. arthetice herbe para-
leſ. ligni aloes: ireos: pul. hermodactyloꝝ: ſtica. origã: cala
mẽti. añ. ʒ. ß. folij granoꝝ paradiſi folioꝝ ruthe añ. ʒ. j. pulue-
riʒentur omnia per ſe. deinde commiſceantur. Hec in ſum-
ma ſũt remedia meliora: que ſibi fieri poſſunt. que omnia
in ſui utilitate ⁊ ſanitate ſummus ſaluator dirigere dignet̃
ad laudem eius ſempiternam. Amen.

Cõſiliuʒ. 55. de ſtupore digiti minoris dextre ⁊ ſi-
niſtre manus cuʒ aliq̃ contractione
eoꝝ ṽſus domeſticã ptẽ manus per coitatẽ ad pectus apo-
ſtemoſum: ⁊ ad caput caterriʒãtẽ cuʒ. v. accidentibus videlicet.
¶ Oppilatio colatorij. ¶ Clauſio viarum naſi in loco ri-
ʒe. ¶ Difficultas anhelit⁹. ¶ Debilitas digeſtiue ſtomachi
¶ Stipticitas uẽtris. Diuidit̃ aũt ↄſiliũ in tres tractatus.

Tractatus ꝑmus ↄtinẽs caplm̃ vnũ de inueſtiga
tiõe diſpõnuʒ ꝑdictaꝝ per cãs ⁊ ſigna

IAm pauloante diſpõ quedã ⁊
fari difficilis: ⁊ quo ad opus difficillima ad man⁹ meas ꝑ
uenit. Adoleſcẽs enĩʒ q̃dã ſpinetta nũcupatus
honorabilis ciuis Uincẽtinus ab anno citra
his accidẽtibus uelut aculeis ſpinis moleſta
tus eſt. ¶ Primo q̃dem in digito minori dex
tre manus ut in pluribus lʒ cũ in eodẽ digi-
to ſiniſtre manus: imo: ⁊ in oĩbus manibus ſtuporẽ hũit cũ
aliq̃li ꝑdictoꝝ digitoꝝ ↄtractione ṽſus domeſticã manus:
plus tñ in dextra q̃ in ſiniſtra manu. ¶ Cui cuʒ talia acci-
debãt ſtatiʒ nocumẽtuʒ fere iſtãtaneũ doloris capitis eius ac

cidebat ut ſenſuū exterioꝝ opatione fere ꝙ plurimū ꝑna baſ. Etenī auditiua potentia olfatiua guſtatiua ꝛ viſiua opationibus ſuis ꝑuanſ oino. In ſenſu etiā tact⁹ adeo ma gnifice ledebaſ: ꝙ niſi forti ꝯcuſſione ꝛ diſtētione prius agi tatus eſſet in ſenſatione obiectoꝝ tactus debitā exire nō po terat. ¶ Adde quoq ꝙ in opationib⁹ etiā ſenſuū iterioꝝ nocumētū notabile ꝯtingebat: ita ꝙ neq ſenſus cois fanta ſia imaginatiua ꝛ cogitatiua potētia ſibi debite ſeruiebāt ad opa ſua: in qbus etiā ꝟtutib⁹ inferiorib⁹ opando corru pte ledebaſ: ita ꝙ murmurādo extraneos ſermones ꝓfere bat ꝛ ſeipſum neq aſtātes bñ cognoſcebat. ¶ Perſeuera bat aūt diſpō hec in eo tpe lōgiori ꝗ duaꝝ horaꝝ affligen do ipm. Cū aūt poſtea inualeſceret ꝟt⁹ in mām uel cāz hui⁹ leſionis de qua poſtea inueſtigatio ꝓcedit: remanebat eidē ſoda grauis que merito a iuniorib⁹ galeata paſſio nuncu paſ: eo qꝛ totū caput ingēter moleſtabat per vnā diē nālē. ¶ Et cū hac qdē exacerbatiua diſpōne ꝑmāſit fere anni circulo cōpleto moleſtat⁹: cui qdē diſpōni ꝟtutis debilitas ulis in opationib⁹ vite ꝓgreſſiui mot⁹ ſupraueniteꝛ etiam nocumētum nutritiue potētie tātum incidit ꝙ extenuari ꝛ notabilius macreſcieri cepit ubi in mēbroꝝ habitudine mediocritatem carnoſitatis trāſcendere ſolebat.

Poſt hoc aūt circa ꝑn^m aplis ꝑntis anni. 1433. in cepit ab ei⁹ capite catarrus deſluē mā ſalſa que ſemp eidē ſupabūdat per. v. uel. vi. horas poſt aſ ſumptū cibū. ¶ Et hui⁹ qdē mārī ꝑs multa catarriçauit ad pect⁹ ꝛ ibidē in medio toracis ei⁹ adeo eſt collecta ꝙ do lorē in mediaſtino pāniculo ſatis grādē ꝯtinuū ꝛ īſepabilē efficit. ¶ Cuius etiā mārī ꝑticula nōnulla cordi delata eſt ꝛ in eodē tremulū motū efficit adhuc ꝑſeuerātē: ſiue ita ſit ꝙ uapoꝛ ꝓpter mārī illi⁹ nocumētū in coꝛ fecerit: ſiue ipm coꝛ per cōpaſſionē abſolutā pectori ꝯdolēdo noceſ: ide eſt ꝙ a tremulo motu coꝛ eius nō deſeritur. ¶ Propter eādē cauſam etiā in pulſu eius diuerſitas appet vnius dyaſto lis que maioꝛ eſt ꝙ altera poſt ꝗtuoꝛ uel ꝗnque pulſatiōes ꝛ eadē dyaſtoles que alijs cōparata minoꝛ eſt: etiā notabi liter frequētioꝛ eſt. ꝛ ita etiā dyaſtoles cordis cū ꝯſideratio ne bona tactu ꝑcepta diuerſitatē ſeruāt inter magnitudi nē ꝛ paruitatē uelocitatem ꝛ tarditatē. ¶ Hec in ſumma vi deſ huius viri diſpoſitio aggregata: cui etiā predicta acci tia ꝯſecuta ſunt ut iſomnietas, i. dormiēdi difficultas con turbata dormitio ꝛ cōmotio a ſomno cogens ipm mittere mām melācholicā cū tuſſi raſcatione excreatione violenteꝛ expellēdo mām ſalſā multā ꝛ uehemētius viſcoſitatis ꝛc̄.

Que qdē diſpō ſi diligēter a viro in ſcia exercita to ꝯſidereſ appebit eſſe ꝛ cognitu ꝛ opa tione difficillima. ¶ Primo qdē eſt diſpō etati ꝛ cōplexio ni diſproportionata ſatis. ¶ 2° qꝛ arguit duoꝝ mēbroꝝ ꝑn cipaliū: ut cerebri ꝛ cordis notabile nocumētū: lꝫ etiam epar nociuū ſit excellēter: qd arguit diſpō ꝗſi maraſmodea quā icurrit. ¶ Et 3° iteꝝ qꝛ hec diſpō imo diſpōnes ſocieta te ſunt accitib⁹ que nō ſunt uerēda min⁹ ꝙ diſpō que fuit illoꝝ cauſa. cū ꝙ credā hoꝝ accitiū ꝙ plurima fixa eſſe ꝛ amplius a cā nō depēdere. ¶ 4° iteꝝ hec diſpō ſeua eſt: eo qꝛ inueniſ in viro ꝑuilegijs ꝑparātib⁹ ad ptiſim inſignito. eſt enī vir lōge ſtature habitudinis macerrime cerebrū hñs humidū: ꝛ vias ad ipm notabilr latas uel aptas: ut ſūt na res ꝛ alie. ſtricturā hꝫ in riça: tpa ſatis nutrimēto ꝑuata. col lū longū ꝛ gracile cōpōnē pectoris adeo lōgā: ꝙ finis coſta rū eius ꝗſi ꝑncipiū anchaꝝ attigit. Eſtq pectus eius a dya metro ab anꞇ ꝛ poſt notabilr anguſtū: ꝛ carne ꝑuatū: hume ros excarnatos ꝛ eleuatos hñs cū uētris ſtipticitate notabi li: ꝛ cruriū gracilitate: ꝛ excarnatione hñs: ꝛ ꝯtinuū hēt ma teriē ſalſaꝝ a capite deſluxū: ergo ad ptiſim parat⁹ eſt. ꝯñ tia neceſſaria eſt intelligēti terminos. ¶ Adhuc etiā 5° hec diſpoſitio difficilis eſt: eo quia prolixitate ſui videtur eſſe ſubiecto infixa uelut conſuetudinaria facta. tales autem non faciliter remouentur ꝛc̄.

Propter hec itaq oia ſi ꝯuenientēr curatiuū regi men adminiſtrari debet ops inueſtigari plura. ¶ Et ꝑmū qdē eſt que ſit egritudo ꝑncipalis oium aliaꝝ effectiua cā. ¶ 2° que ſit egritudinis uel egritudinū ſpēs. ¶ 3° qd ſit mēbrū cui dignius ꝛ ꝑncipalius intēdi de bet. ¶ 4° a qua diſpōne incipiēdum ſit exigē curationē: eo qꝛ plures ſunt inuicem cōplicate: ut ex ꝑdictis appet. ¶ Vi deſ aūt mihi oino aſſerendū eſſe: ꝙ ꝑma oiū diſpōnū ei⁹ que ſit aliaꝝ effectiua cā ſit mala cōplō frigida ꝛ humida cū multa mā flāuca in pectore fixa: ꝛ ꝓpe in pte poſteriori pectoris magis ꝙ anteriori: mā in uenis diſſeminatis per pleurā eidem pāniculū etiā in uena chili deſcendēte. ¶ Ad huc etiā 3° in ſpatioſitate pectoris ꝯtineſ multa mā flegma tica: cuius ꝑtē patebit eſſe mucillaginoſā: ꝑtē vo vitream: que ambe eſſe pñt ueri humores in epate geniti. ꝛ pñt eſſe flegmata etiā hic equoce dicta talia ꝑ viā idigōnis in pecto re cōgenita. ois enī humoralis mā alibi ꝗ in epate genita equoce dr̄ de ſua ſpē: ut patet 2° colliget. cap̄ de inuamētis flegmatis. ¶ Neq extimare poſſum ꝙ mā hec ꝯtineri poſ ſit in digitis ꝛ in manib⁹ ſupra tactis: qm̄ in eis timorē fa ceret. ¶ Adhuc etiā ſi talis mā iueniret ibidē: mirabile vi dereſ ꝙ tāta ꝛ tā breui tpe poſſit in cerebro efficē nocumē ta: que ſupra tacta ſunt. ¶ Et 3° qꝛ etiā cū digiti manus col ligātiā hēant ad ſpōdiles colli ꝛ dorſi: ut patet interioꝝ cap̄ penultio. Si mā hec ꝯtinereſ in digitis ꝛ manib⁹: q̄re non appet nocumētū manifeſtum in ſpōdilib⁹ colli ꝛ dorſi: qn talis mā ꝑiodice mouereſ. Rōnale enī eſt vnā ptem alteri colligatā citius ab eo pati ꝛ ꝯdolere ꝙ aliam ptem non ita imediate colligatā. ſed neruoꝝ deferētiū ſpūm ſenſibilem ꝛ motiuū ad digitos ꝑdictos manuum colligātia imediata eſt ad ſpōdiles colli magis ꝙ ad caput. igiſ in talibus ſpō dilib⁹ nocumentum ꝑus ꝛ maius appere debet. ꝯis aūt re pugnat expientie in viro iſto: igiſ ꝛ fundamentum ex quo ſeqtur. ¶ Oportet igiſ hāc egritudinē intelligi talr: qꝛ cū moueſ mā in locis uenaꝝ pectoris ꝯtenta per colligantiā abſolutā cōpatiunſ digiti manus ad pectus ꝛ nō ecōtra. ſ. ꝙ pectus cōpatiaſ digitis uel manib⁹ tanꝗ illam ꝯtinenti bus. ꝑus enim tpe moueſ mā ꝛ nocet pectori. ſecūdario vo nocumētum in digitis manus tanꝗ in ptibus debiliorib⁹ appet. Cū igiſ nocumētum ꝑſeuerauerit tpe aliquāto in manibus ꝛ in pectore poſtea per colligātiam abſolutā uel nō abſolutā lediſ caput ſpēb⁹ leſionis ſupra tactis. ¶ Cō tra: qꝛ mā que moueſ in pectore ꝑus nocumentū doloris ſaltem extēſiui efficē debet in pectore ꝗ in manibus. ptes enī ille nō ſunt minoris ſenſationis: ꝛ mā cōtineſ in eis ꝛ nō in manibus. igiſ nocumētum in eis doloꝛ ꝑus appere debet. ꝯñs tenet: eo qꝛ agēs rōnabilius ꝑus agit in ꝓpin quā ptem ꝙ in remotā. ¶ Huic motiuo rñdendum eſt ne gādo ꝯñtiam illā. lꝫ ei mā nocumētū illatiua ſit ptibus pecto ris ꝓpinqoꝛ neceſſario cōtenta in eis: ꝛ ptes ille nō ſint mi noris ſenſationis ut bñ arguebaſ: qꝛ cetera nō ſunt paria ex pte fortitudinis ꝟtutis. Ideo in manib⁹ uel digitis tanꝗ in mēbris debilibus nocumētū appebit excellētius ꝙ in mēbris fortib⁹. ¶ Recolligēdo igiſ ex ꝑdicto fundamento ualde facile ſaluari pñt oīa accītia ſupra tacta ꝑ ſenſuū in teriorum ꝓpter diſtempiem coicatā organis ſenſuum ex terioꝝ ꝛ iterioꝝ: ꝛ etiā ꝓpter ꝑmutationē tēperamēti ſpūū qui ſunt inſtrā ꝑdictaꝝ opationū ſiet in opationib⁹ neceſ ſario nocumētū. ꝟtus enim adhuc fortis nō pōt ꝯuenien ter opari ſtāte diſtempie in organis ꝛ inſtrīs: imo forti⁹ qn ꝯtingit in utriſq diſtempamentū. ¶ Modus aūt ſaluādi dolorem capitis eſt ꝓpter ſubitā ꝑmutationem tempamē ti capitis: aut ꝓpter diſtenſionē pāniculoꝝ cerebri: que eſt ſpēs ſolute ꝯtinuitatis. Doloꝛ enim ois neceſſario ꝓuenit: aut a ſubita alteratione: aut a ſolutione cōtinuitatis. 2° te gni. ¶ Nocumētū ablationis viſionis ꝓuenire pōt: aut ꝓ pter fortē diſtractionē ſpūūm a criſtalloide ꝓpter qd criſtal loides quācūq in oī nā bñ tempata nō pōt opari ꝓpter

carentiā inſtri. ¶ Adhuc etiam facile defendi pōt φ uapor multus a māā in pectore ꝯtenta eleuatus delat⁹ ad pncipiū originis neruoꝝ opticoꝝ ibidē oppilationē cōpletā efficē pōt eo qꝛ groſſus ꝛ viſcoſus eſt. ſed hoc dato ſubito amitteret viſio: igiť ꝛc̄. ¶ Et pari fūdamēto facile defendi pōt nocumētū diminutionis corruptionis ꝛ ablationis ueni ens in operationibus tā olfatiue φ guſtatiue potētie. ¶ Qō vō nocumētū accidat corruptionis in operationib⁹ ſenſuū īteriorꝝ: ita ut alienādo corrupte fmocineť imagineť ꝛ corruptū iudiciū ex ſenſatis dicat facile iteꝝ ex pdicto fundamēto deduci pōt. Idē etiā cōcedēdū eſt de nocumentis diminutionis ꝛ ablationis in operationib⁹ īterioꝝ ſenſuū puenietib⁹. Quoꝝ ēt nocumētū ſenſū oīuꝫ nō ē credēdū ita fieri pcife per colligētiā iā aſſignatā: qꝛ etiā nocumentū male cōplonis in cerebro acqſitum fuerit. Hoc qdē facile pbari pōt pp fixionē nocumētī i capite qḋ necūꝫ eſt aſſignari pp continuum defluxum materiecrum a capite catarrizātiuꝫ ad pectus. Et etiam qꝛ talia nocumenta per euacuationes ꝛ abſtinentiam non remanent. plurimum enim nocumen ti ipſius. ſ. cerebri qḋ purgatione ꝛ complexionis menſuratione non remouet eſt ex cerebro.

Ex qbus oībus facile itelligi pōt que ſit egritudo pria iſti⁹ viri. Eſt eniꝫ mala cōplo frigida ꝛ humida māli͛s iualeſcēs in pectore ꝛ in capite. ¶ Patet etiā ex his cōplicatio diſpōnū haꝝ iuicē. ipſe eniꝫ ſeipſas reciproce itēdūt. Māe enim que euaporāt a pectore ad caput iplēdo ꝛ alterādo nocēt cerebro: ꝛ cerebrū ſui frigiditate nō bñ digerit māe illas imo in eodē multiplicate deſcēdūt ad pectus ꝛ pectoris egritudines augmētant. Et ſenſit hoc pnceps 5° tertij. cap̄ de catarro dū īqt. Cerebrū enim frigidū nō digerit illud qḋ puenit ad ipm ex nutrimento ꝛ nō reſoluit qḋ ad ipm aſcēdit ex uaporib⁹. ꝯuertunť ḡ ſuperfluitates nutrimētī ꝛ cōuertunť in uapores ſic ꝯuertiť in alēbico id qḋ aſcēdit ad ipm ex cucurbita. ¶ Patet iteꝝ 3° ex pdictis φ ſit mēbruꝫ uel mēbra qbus pncipalr in regimine intēdēdū eſt. ſunt eni pectus ꝛ cerebrū. ¶ Et iteꝝ ex pdictis facile videri pōt que ꝛ q̄lis ſit mā huius egritudinis. Eſt enim flegma mucillaginoſuꝫ ſm magnā ptē qḋ eius viſcoſitas declarat. eſt etiā aq̄ſuꝫ ſm notabilē ptē qḋ eius ſuxibilitas oſtēdit. ꝛ eſt ſſa hoc notabilr ſalſuꝫ ſalſedine in eo acqſita p cōmixtionē pauce cholē cuꝫ multo flegmate aq̄ſo. Nec moleſtari debeo ſi flegma illud ut nūc groſſum ualde ꝛ viſcoſuꝫ appeat: qm̄ ps aquoſa eius notabilr ꝯſūpta eſt diuturnitate actionis caloris nālis in ipſam. ¶ Ex his finalr ꝯcludiť q̄rtū ſupra iueſtigari pmiſuꝫ. ſ. a q̄ egritudine ꝛ mēbro incipiēdū ſit in cura. nā canonice pcedēdo icipiēdū eſt ſil̄ pcurare cerebrū ne māe cōtinue ad pectus effūdat. ꝛ cuꝫ hoc etiā pectori attēdēdū eſt eradicādo mātꝫ que in ipſo ꝯtinet ꝛ fixa eſt qḋ dolor oſtēdit ꝯtinuus. ¶ Et grā qdeꝫ huius intelligēdū φ mā hec ꝯtineť in ptibus ſupra tactis: ꝛ in pāniculo mediaſtino diuidēte pectus in duas ptes dextraꝫ ꝛ ſiniſtrā: que iā apoſtematis pncipiū in eo fecit. dolor eniꝫ pſeuerās in medio toracis ſicut tactus oſtendit ipm arguit mām ibidē apoſtemāteꝫ ꝯtineri: ut ſumiť x° tertij. tractatu 4°. cap̄ de pncipijs ſpeculatiōis ſcie apoſtematū ptiū pectoris pter cor. ¶ Ulamo vō ex pdictis facile ſaluari pōt oīuꝫ alioꝝ accidētiū euentus. ſ. vniuerſalis debilitatis totius corpis ꝯſūptiōis ꝛ extenuationis illius. lediť eniꝫ potēter vitalis virtus ꝛ nālis: q̄re mēbra ꝯuenienti nutrimēto depauperata marasmodeā diſpōnē incidūt. ¶ Ex eodē fūdamēto facile reddi pōt cā uehemētis ſtipticitatis uētris: māe eni que irrorādo iteſtina fluxiua reddē ſolent excecate ꝛ cōſumpte ſunt: ꝛ ꝟtus expulſiua debilitata eſt etiā: q̄re ꝛc̄. Hec ſūt que de diſpōne huius viri multipliciter cōplicata theorice premitti oportebat. vnde ad regimen illius tranſeundum eſt.

Tractatus ſecundus de adminiſtratione ſex rerū non naturalium continēs cap̄la ſex.

¶ De aere. Cap̄. I.

Regimē itaqꝫ huius diſpōnis ptrēdū eſt in debitā cōmēſurationē reꝝ nō nāliū. 2° vō in debitā mēſurā reꝝ medicinaliū ꝯuenīēter appl̄icādaꝝ. Primū aūt ptiť in ſex cap̄la ſm numeꝝ ſex reꝝ non nāliū. ¶ Pro expeditiōe ergo aeris ꝛ ſibi annexoꝝ euitet aerē frigidū ꝛ humidū: euitet etiā ipꝫ frigidū ꝛ ſiccū. ꝛ adhuc etiaꝫ euitet aerē in caliditate ꝛ ſiccitate notabilr eleuatū. ꝛ idē de regione climate ciuitate ꝛ camera dicēdum eſt. ¶ Sit igiť locus habitationis ei⁹ oriētali ꝛ meridionali plage detectus mediocris caliditatis ꝛ ſiccitatis: excellentias eni q̄litatū ꝟtus debilis non patereť ꝛ camera ei⁹ a terra eleuata: neqꝫ ſit antiq̄ hīs edificia: neqꝫ teſtitudinales reuolutiones lapidū a decurſibus aq̄rū: a flatu uēti ꝛ nebuloſi aeris ſecura. ¶ Et ſi locus nāliter talis hēri nō poſſit artificialiter pparet tabulis ꝛ edificiis aliis: etiā: in quo fiat ignis ſepe ex abiete lauro ꝛ iunipero ꝛ ſilib⁹ odoriferis plānis. Sepe etiā ſuffumiget cū puluē laudani: colofonie: thuris: ſandarace ꝛ ꝯſilibus. ꝛ ppe etiā in hyeme ſi potēs eſt. ¶ De annexis vō aeri ſit ueſtibus ꝯdecēter munitus: ꝛ ppe cū ſuffultis pellibus agninis in diebus frigoris: ita ut oīno caueat ſibi a frigore pedū pectoris ꝛ capitis qḋ ꝯuenīēter debet eſſe munitū birretis ſuffultis predictis pellibus: aut doſſis uarioꝝ uel ꝯſilium. Laudo etiā ad hāc intentionem ut ueſtes eius ſuffumigenť: aut conſeruenť in capſa: ubi notabilis quātitas ſiloaloes condita fuerit ex eo: qꝛ cerebri ꝛ pectoris eſt maxime conſortatiuum. hec de aere.

¶ De motu ꝛ quiete. Cap̄. II.

Ceo aūt qḋ ptinet ad exercitiū ꝛ qetē dicēduꝫ φ huic viro qes magis φ exercitiū eſt necīa: eo qꝛ ꝟtus ei⁹ ſatis debilis eſt. etiā qꝛ corpus ei⁹ notabilr repletū eſt: ppter qḋ exercitiū ꝛ motus oīs ſaltē fortis magis eidē nocet māe in fluxū ponēdo q̄ꝫ eaſdē reſoluēdo. ſi aūt eidē aliqḋ videať eſſe cōueniēs exercitiuꝫ erit ſicut leuis deambulatio: uel equitatio ſup gradario equo facta añ cibuꝫ. De nā eni motus eſt φ qñ añ comeſtionem fit calorem accreſcē fac̄ inatū q̄ꝫ obiē ꝛ cib⁹ calorem iuenit accenſum. i. aliq̄lter auctū: ꝛ corpus tā. i. ppter illud exercitiuꝫ groſſitudinē. i. potētiā ad reſiſtēdū: ꝛ tolerabilitatem. ſ. ad patiendū: ꝛ vires acqrit ſupple ad agēdū. Poſt cibū aūt oīno qeſcē debet. ſic enim mot⁹ añ comeſtionē ſanitatis eſt ꝯſeruator ita poſt comeſtionē egritudinuꝫ iueniť gñatiu⁹ 4° Almanſ. p cap̄ litteraliter colligēduꝫ. ¶ Si aūt neceſſitate urgente cogereť exercitari forti exercitio poſt cibū aut alio tpe bonum eſt ut pect⁹ eius faſcia bñ adherēti circumligeť: ꝛ tādiu teneat illā q̄ꝫdiu exercitat⁹ fuerit. Silr ꝛ caput ei⁹ inſtita leui adherentis circumligeť: ne ppter exercitium māe in eo uehemēter agitenť ne etiā caput ad receptionem uapoꝝ ꝛ māeꝝ aliunde uenientuꝫ ppareť. ¶ Si aūt quereret ſupfluitatuꝫ q̄rte digōnis ꝯſumptionem: loco exercitij pōt fricari ꝯuenīēter mane uel ſero per duas uel vnā horā añ cibationē: ꝛ mūdificatis coibus ſupfluitatib⁹ icipiat fricari a genib⁹ uſqꝫ ad pedes infra trahēdo. deīde deſcēdat fricatio ab inguinib⁹ uſqꝫ ad pedes. Deideꝫ° iteꝝ a pncipio natiuꝫ uſqꝫ ad pedes ifra trahendo. ¶ Fricationes autē ptiuꝫ pectoris añ ꝛ poſt ſuſpectas habeo ſaltē nunc ſtante plenitudine pdictaꝝ ptiuꝫ: acqreť eni ex eis plus nocumēti q̄ꝫ iuuamēti ppter agitationē māeꝝ in eis mēbris factā. Silr etiā ꝛ fricationē oēm circa caput factā uel fiendā deteſtor ppter eādē cām: q̄re pectinare caput: ꝛ pānis fricare ad huc quātūcūqꝫ leniter nō eſt laudabile: qꝛ per leuem pectinationē uel fricationem capitis agitarent māe ꝛ nō ꝯſumerenť: cuius oppoſitum per motus itendiť. laudo tñ exercitium hoc: ſiue qetem noīare uelis: qḋ eſt anhelitus retētio ppter quem ex aucto calore melior fit materieruꝫ conſumptio ꝛ adequatio. In ſumma ḡ ex predictis appet φ qeſcere melius eſt q̄ꝫ exercitari: ſiue exercitium vniuerſale ſiue particulare intelligatur de exercitio ꝛ quiete dicta.

¶ De ſomno ꝛ vigilia. Cap̄. III.

De mõ aũt vigilãdi ⁊ dormiẽdi ꝑmittendũ ꝙ caueat ſibi adoleſcẽs iſte vigilare multũ: eo qꝛ debilis eſt ⁊ reſolut⁹ ſatis: ⁊ p vigilias ampli⁹ ꝯſumeret̃ ⁊ debilitaret̃. vigilie etiã ꝓhibẽt debitã mãez digõnẽ ⁊ cholerã rubeã furẽ faciũt. de qua multuz timẽdũ eſt in eo: eo qꝛ eſſet cã augmẽti ſalſedinis in mã ſebriciãdi acute: qḋ oĩno in eo ualde timoroſuz eẽt. ꝙre 4° Almãſ. cap̃ 3° ita ſcribit̃. vigilie multe calorẽ incẽdũt ⁊ formã corrũpũt corpuſqꝫ deſiccant atqꝫ cholerã rubeã in ipſo augmẽtãt. qḋ ꝑcipue opant̃ cũ corpora ſunt macra. opꝫ itaqꝫ ut aĩa vigilare non cogat̃ cũ diſſoluta ⁊ ſtupida fuerit. ❡ Ex qb⁹ facile intelligi põt ꝙ huic viro ſomni mẽſura ſatis ampla ꝯcedi debet. itaqꝫ eidẽ melius eſt a tempata dormitiõe recedẽ per augmẽtũ dormiẽdi ꝙ vigilare eq̃liter ut ſolit⁹ eſt: aut plus ſolito. ❡ Itaqꝫ dormiat p horã poſt aſſũptã cenã ꝑus ſup dextro: deĩde ſup ſiniſtro latẽ decũbẽdo capite notabilit̃ eleuato oĩno dormitionẽ effugiat reſupinaz. Dormitio ṽo facta ſup uẽtrẽ etiã vitet̃ lꝫ min⁹ mala ſit ei ꝙ reſupina ꝯria ſibi. ❡ Diurn⁹ ṽo ſomn⁹ p vnã horã fact⁹ ſaltẽ in tꝑib⁹ lõgiorꝫ dierꝫ aliq̃liter eſt ſibi utilis. cũ ṽo noctes lõgiores fuũt diurn⁹ ſomn⁹ euitãdus ẽ niſi neccitas aliq̃ nocturnã dormitionẽ interrũpat: ꝓpter quã ſupplẽ opꝫ cũ dormitione diurna. ❡ Oĩno aũt caueat ſibi dormire reuolutionib⁹ plurib⁹: ut agitationib⁹ de dextro in ſiniſtrũ: aut ecõtra ſepe factis. tales eñi ſunt cã corruptiõis cibi in ſtõcho ⁊ in uẽtre toto ⁊ faciũt augeri ſupfluitates. ⁊ ꝓhibẽt mãs debite digeri ⁊ ad loca nãliã expulſionum deriuari. Hec aũt huic viro ſunt ingenia cõuenientia ualde: ⁊ de ſomno dicta ſufficiãt.

❡ De accidentibus anime. Cap. IIII.

Accidentia aĩe oĩa que uelocis ⁊ fortis motus in ſpiritibus ⁊ humorib⁹ in pectore ꝯtẽtis eſſet effectiua forẽaſſis ꝑma ꝯſideratione videnť ei cõuenire: ſicut ira uelox ⁊ furor. ⁊ in ſũma accñtia oĩa per que fieret caloris ⁊ ſpũum reuocatio de circũferẽtia ad ꝓfũdũ corporis. nꝫ qꝛ in motib⁹ talib⁹ magis dubitabile eſt ꝙ mãe ꝑdicte putreſcant magis ꝙ reſoluant̃ ⁊ digerant̃. Jõ hec accñtia fortiũ ⁊ ueločiuꝫ motuũ euitãda ſunt. ❡ Que eniꝫ aĩ accñtia triſtari faciũt oĩb⁹ ſanis nocumẽtũ efficiũt exceptis hiſqui carnis minoratione indigẽt. Cũ ĝ hoc corpus nõ ſit ſanũ nec carnis minoratione idiget: ĩmo ſit extenuat⁹ uehemẽti⁹ ꝙ oporteat nõ ꝯueniũt ei accidentia animi triſtari faciẽtia neqꝫ fortes motus efficiẽtia. ❡ Accñtia ĝ aĩ gaudẽ faciẽtia ꝯueniũt ſibi: eo qꝛ robur tribuũt ⁊ nãc. vires excitãt: ⁊ eas in ſuis rõib⁹ adiuuãt. 4° Almã. 9° cap̃. Etiã ꝯuerſari cũ viris uenerãdis ⁊ dilectis: ubi hyſtorie ⁊ ſmones delectãtes in mediũ adducant̃ oĩo ipſꝫ eligẽdũ eſt. ❡ De coitu aũt qui ⁊ ꝓpter delectationẽ ⁊ ꝯcupiam ad aĩe paſſiones reduci ſolet: dicẽdũ ꝙ oĩno euitare debet: eo qꝛ per ipm̃ euacuat̃ mã laudabilis: cui⁹ ꝯſũptione nõ indiget iſte ꝓpter extenuationẽ. ❡ Etiã 2° ꝓpter laborioſum motũ qui in tali ope neccius eſt: ex quo ſequeret̃ agitatio fortis in ſpiritib⁹ ⁊ humorib⁹. ❡ Et 3° forte qꝛ talis extẽſio in coitu neccia ꝑparet ad apertionẽ uenarꝫ in pectore uel ſputũ ſãguinis ex cõpreſſione uel reſudatione ꝯtigentis: nequaq̃ꝫ igit̃ danda eſt opera coitui: imo forẽaſſis ſciẽtifice loquẽdo nõ ꝯueniret actus ei⁹ ſemel in mẽſe expedit⁹. Hec de accñtibus aĩe dicta ſufficiãt.

❡ De inanitione ⁊ repletiõe. Cap. V.

De qnta aũt re nõ nãli que eſt repletio ⁊ inanitio ꝑtractandũ eſt leuius. nã de repletione ⁊ inanitione reſpiciẽte mãs humorales dicet̃ iferius in regimine medicinali. ❡ De illa aũt repletione que ciborꝫ ⁊ potuuꝫ mẽſurã reſpicit dicẽdum ꝙ oĩno talẽ repletionẽ euitare debet ꝓpter plura. ❡ Primo qdẽ qꝛ debilis eſt ei⁹ digeſtiua. ❡ 2° qꝛ talẽ ſeqt̃ur dyafragmatis cõpreſſio ⁊ ꝯſiter mãerum in pectore ꝯculcatio ⁊ nocumẽtuꝫ in anhelitu. ❡ Et 3° ꝓpter hec oĩa augmẽtantur mãe humorales. ❡ Et lꝫ eidẽ ſit neccia reſtauratio: nõ tñ cõuenit ei alimẽto ꝑ repletio. imo ſi quãqꝫ ꝯtingeret repletionẽ fuiſſe factã ad euacuationẽ ipſi⁹ ſubito feſtinãdũ eſt. ❡ Et ꝑmus modus ⁊ ſecurior eẽt cũ adminiſtratiõe tenuiſſime diete: aut ſaltẽ cũ illa que eſt ſibi vicina. ❡ Scõus aũt modus eẽt uomit⁹: ⁊ ꝓpe qñ replẽtiã repiret̃ in ſtõcho. ❡ Uerũ ſuſpectũ hẽo uomitum eo qꝛ ꝓpter agitationẽ fortẽ que in ipſo neccia eſt corruptioni diſponent̃ mãe. ❡ Et mẽbra etiã pectoris ꝑparant̃ ad diſtẽſionẽ ⁊ forte ad eruptionem. ❡ Et 3° etiã qꝛ uomit⁹ replet caput qḋ in viro iſto eſt valde repletũ. ❡ Et 4° etiã qꝛ debilitat ſtomachuꝫ. hẽt etiã hic vir ꝯditiones uomituꝫ negãtes: qꝛ pect⁹ hẽt ſtrictum a dyametro que eſt ab añ ad poſt: etiã nocumẽtũ hẽt in anhelitu ⁊ apt⁹ eſt ad ſpuẽdũ ſanguinẽ ꝓpter multã mãm in pectore ꝯtẽtã: ⁊ collũ hẽt lõgũ ⁊ gracile: neqꝫ etiã uomitui aſſuetus eſt. Sed iſte ſunt ꝯditiones ꝓpter q̃s euitari debet uomit⁹: ut 4° ꝑmi. 2° cap̃ elici põt. igit̃ vir iſte uomituꝫ euitare debet. ❡ Si ĝ in ſtõcho ei⁹ inueniret̃ mã cibalis aut altera cõuenientius erit ei diuertẽ ipſam ad iferiora cũ cliſterib⁹ de qbus in regimine medicinaliũ dicet̃: aut ad illã repletionẽ minorãdã pcedet̃ cũ ptacta attenuata dieta ⁊ fricationibus. ❡ Silr̃ etiã adoleſcẽs iſte abſtinẽtiã ciborꝫ ⁊ potuũ multã euitare debet ex pte q̃titatis: ſufficit enim ſibi abſtinentiam facere ex pte qualitatis: ut in ſequẽti caplo videbit̃. Et credo ꝙ ſi minoraret ciborum quãtitatẽ: ita ꝙ ptẽ tertiã ſubtraheret cibi ⁊ potus qbus utebat̃ cum ſanus erat eſſet hec electiua ⁊ canonica dietatio ſibi conueniens. Hec de quinta.

❡ De cibis ⁊ potibus. Cap. VI.

renū ⁊ in aurora accipiat cyathū vnū hui° decoctiōis calefacte que mās digeret mūdificabit ⁊ diuertet a pectore. ℞. radicum vngule caballine ⁊ enule.añ.ʒ.j.ireos.ʒ.j. capil.ue.paſſulaꝝ liquiritie raſe.añ.ʒ.j.ſ.ficuū pinguiū numero octo:incidēda icidanť ⁊ coquanť in lib.viij. aque uſqꝫ ad ↄſumptionē medietatis.ſed croci ponať in fine decoctiōis tm̄.ʒ.j.ſ.deinde coleť ⁊ bibať ut ſupra.¶ 2m remediū pectori appropriatū eſt hoc.℞. penidiarū.ʒ.j.ſ. loch de pino.ʒ.ij. coquať ſimul lēto igne cū.ʒ.iii. ꝑdicte decoctionis uſqꝫ ad bonā ſpiſſitudinē:⁊ de hoc ſepe teneat patiēs in ore ſuo q̄titatē vni° grani fabe ꝑmittēdo ipſuꝫ diſſolui ⁊ ad pectus deſcēdere ſine maſticatiōe aliqua.¶ 3m ſpāle remediuꝫ eſt hoc:ut ſi vir iſte nobilis ꝓpter hec duo remedia nō alleuiareť a tuſſi:imo ingetaret ipſuꝫ:tūc accipiat hunc potū: poſt quē nō dormiat niſi vna hora tm̄ imediate poſt ipſum. Et tardet cibū ad min° horis ſex. Cuius deſcriptio eſt hec.℞. mucillagīs ſebeſten.ʒ.ij.caſſie nup ꝑparate cū aq̄ capilloꝝ ue.ʒ.viij.agarici electi.ʒ.j.ſ.g̃.vj.icorporenť oīa ⁊ bibať totū cū.ʒ.ij.decoctiōis in hoc capl̄o deſcripte:hoc eni ↄuenīēter mundificat pectus:⁊ lenit tuſſim ⁊ ipſam qetam reddit.

¶ De nocumento renū ⁊ cauſis eius:⁊ de cura. Cap.iiii.

Quartū mēbrū patiēs in hoc viro ſunt renes ei° in qbus iueniť diſtēperies ad caliditatē notebilē intēſam ⁊ ſiccitatē que remiſſa eſt reſpectu caliditatis:niſi enī eēt multitudo humiditatis epatis:⁊ adhuc multitudo humiditatis a materia flatica augmētate in ſanguine ꝓpter multiplicationē illoꝝ flatū in ſtomacho per viā indigeſtiōis factā: tūc intendereť in renib° ſiccitas nō minor caliditate.¶ Propter hāc igiť caliditatē renū māe flatice excoquunť in eis ⁊ cōuertuntur in harenas ⁊ lapillos ⁊ ſunt cauſa eūtus doloris ⁊ augmēti ipſorū in renib°.¶ Quoꝝ quidem doloꝝ duplex aſſignať cauſa.Una quidē eſt mala cōplexio calida ipſoꝝ renū uehemēter ⁊ ſubito permutās ⁊ alterās eos.¶ Scōa vo cā eſt extēſio multa facta in eis ab harenis ⁊ lapillis: ꝓpter qd̄ nō eſt mirabile ſi dolores illi ſunt ualde fortes:quī hūt utraſqꝫ duarū cauſaꝝ efficiētiū doloris:videlꝫ malā cōplexionē calidā ſubito alterātē:⁊ ſolutionē ipſius cōnuitatis ꝑdictā.¶ Unde opꝫ q̄ iſte vir ſit ſollicit° in rectificatiōe renū in aptiōe ⁊ mūdificatiōe viarū ſuarū:ne ita frequēter in eis harene ⁊ lapilli multo tp̄e ꝑmaneāt.Et in mūdificatione etiā māerū mucillaginoſarū que multiplicanť in eis.

Pro quoꝝ complemēto.v.ſibi conſcribo medicamina. ¶ Quorū ꝑmum eſt.℞.aque eupatorij.ʒ.ij.aque capil.ue.⁊ ſaxifragie.añ.ʒ.j.ſ.bibanť calide cū ſucco omni ſeptimana tribus diebus continuis in aurora.¶ Deinde accipe hoc 2m remedium.℞.caſſie ꝑparate cum aqua ſaxifragie.ʒ.j.ſ.⁊ bibať in aurora ⁊ tardet comedere per qnqꝫ horas poſt ipſam.¶ 3m remedium eſt hoc.℞.fiſticoꝝ mūdatoruꝫ.ʒ.iiij.aniſi feniculi ſe.paſtinace domeſtice ⁊ ſylueſtris granorum milij ſol.añ.ʒ.ij.infundanť fiſtici in aqua capil.ue.per diē naturalē:deinde contūdanť minutiſſime ⁊ coquanť cū ſufficiēti q̄titate ſuccari al.⁊ cum ſpecieb° fiat cōfectio in fruſtis.ʒ.ſ.de qua accipiat ſemp fruſtū vnū añ cibū per ſpatiū vnius mēſis.Eſt eni optima in mūdificādo renes a lapillis ab harenis:⁊ māeb° mucillaginoſis:qm̄ fiſticis ineſt vtus qua cōminuiť lapis qui eſt in renib°.18°.ʒ. colligēdū.¶ 4m vo remediū cū inſtātia doloris maxima eſt hoc.℞.pillaꝝ de iera ma.pillarum de hidicta.añ.ʒ.ſ.trociſcorū ſtelle deſcriptiōe Auic.5° can.ʒ.ſ.formenť pille.vij. cū ſyrupo acetoſo cōpoſito:⁊ accipiatur per duas horas añ diē:⁊ tardetur cibi aſſūptio per quinqꝫ horas poſt eas. ¶ 5m ⁊ ultimū remediuꝫ eſt hoc.℞.ſpice nardi dauci carpobalſami ſe.apij ⁊ petroſel.añ.ʒ.j.ſ.ſe.acetoſe cicoree ſcariole ⁊ cuſcute.añ.ʒ.j.granoꝝ milij ſolis.ʒ.iiij.capil.ue.radicū ſaxifragie.añ.ʒ.ij.melis roſ.ſyrupi compoſiti acetoſi.añ. lib.ſ.lapidis ſpongie lapidis iudaici ⁊ vitri cōbuſti.añ.ʒ.ij.ſuccari al.lib.ſ.fiat eleuariū.de quo patiēs dieb° alijs poſt aſſumptionē aq̄rū ſupraſcriptaꝝ in aurora accipiat coclear vnum ⁊ tardet comedere quatuor horis.In hoc enim ſtat fundamētū curationis oium fere diſpōnum ſuarum.

Poſt hec aūt iſte vir abſtineat ab oib° cibarijs frigidis groſſitudine ⁊ viſcoſitate ſua oppilatiuis ⁊ uētoſis:ueluti ſunt fercula paſtilia neruoſe ⁊ cutanee aialiū ptes Piſces viſcoſi ⁊ in lacunis ul̄ paluſtrib° viuētes.Grana leguminū riſum lac ⁊ fercula lacticinia:⁊ caſeum mollē ⁊ viſcoſum ⁊ frequētē uſum feniculi aniſi ⁊ petroſel.⁊ oiuꝫ diureticoꝝ euitet.¶ Euitet potū vini groſſi ↄturbati ſiue fuerit nigrum ſiue album:⁊ caueat a potu ceruiſie de ordeo ſaltem dulcis multū:⁊ ſummopere euitet aque frigide potuꝫ. ¶ Silr̄ effugiat uſum rerū ualde ſalſarū vnctuoſaruꝫ:⁊ caueat etiā a comeſtione fructuū frigiditate ⁊ ſiccitate ⁊ ſtipticitate ſua oppilantiū ⁊ ingroſſantiū humores:ut ſunt pira citonia granata acria neſpilla ſorbe ⁊ ſilia.pręter hec autē utatur cibis ⁊ potibus alijs libito ſuo.¶ Et caueat etiaꝫ a coitu frequentato:⁊ proprie ſuper cibis ⁊ a longa dormitione ſuper ſpina ⁊ felicitabitur vita ſua auxilio diuine potentie:cui ſemper ſic referentur gratie immortales.

Conſiliū.129.

¶ De q̄druplici mala diſpōne.videlꝫ.¶ De mala cōplōne frigida ⁊ humida ſtomachi cuꝫ mltitudine māe flegmatice.¶ De oppilatione epatis a mēbris groſſis.¶ De mala cōplōne calā ⁊ ſicca renū cū multitudine harenulaꝝ ⁊ lapillorum. ¶ De ſoda ſiue dolore capitis pti p eēntiā ⁊ pti p cōmunitatē ad ſtomachū ⁊c.¶ Diuidiť aūt Cōſi.m i pticulas duas.

Particula prima continet duo capitula pncipalia.

¶ De cauſis predictarum diſpōnum:⁊ ꝑ ſtomachi. Cap.i.

Nobilis vir dñs Nicolaus de canali in ciuitate Paduana prouiſor caſtrēſis q̄druplici diſpōne laborat ſiue has diſpoſitiones egritudines aut accidentia nominare uelis.¶ Et p° qdē eſt lapſus in ſtomacho eius frigidus a multitudine māei flegmatice decendēs.Cui° etiā ſtomachi frigiditas māe flatice mucillaginoſas ⁊ aqueas eſt generatiua.Et ipa etiā mā ꝑdicta mlta in ſtomacho ↄgregata eſt cā augmētādi malā cōplōnē fridā ⁊ humidaꝫ in ſtomacho ꝑdictā ꝓpter diuturnitatē more ipſi° māei flance in ipſo ſtomacho.vñ utraqꝫ iſtaꝝ duaꝝ eſt reciproce alteri° augmētatiua.¶ Propter qd̄ ualde facile itelligi pōt diuerſitas accitiū que in hoc viro frequēter eueniūt:frequēter eni rugit° eructuationes ⁊ inflationē in ſtomacho pcipit ꝓpter ptē iſtaꝝ māeꝝ in uētoſitates ↄuerti:que ſi ſubtiles ſunt ⁊ ſuperiora petūt eructuādo emittūt.Ei aūt groſſi vſus fundū ſtomachi ⁊ portanarium eius ad iteſtina ꝓpellunť:ibideꝫ faciendo dolores tortuoſos.Si aūt tales uētoſitates multe ſint ⁊ mediocres iter groſſas ⁊ ſubtiles:tunc in tota ſtomachi ſpatioſitate retēte ipꝫ ſtomachū iflāt ⁊ extēdūt cū magnis doloribus:qnqꝫ dyafragmati ⁊ hypocūdrijs ⁊ toti pectori cōmunicanť.¶ Et ex hoc fundamento pōt etiā intelligi: q̄re qnqꝫ iſte vir diminute digerit:⁊ grauať eius ſtomach°: ita ut frequenter deponatur cibus prius q̄ bene digeſtus. ¶ Et iterū qnqꝫ 3m ſeqtur accīs qd̄ eſt corruptio digōnis que cōprehēdiť a ſapore acuto uel mordicatiuo in ore pceptis:ꝓpter quod eructuationes:qnqꝫ emittit acres:aut acetoſas:aut acutas cuꝫ magna mordicatione pcepta in toto ſtomacho eius.¶ Secūdo de cauſis oppilationū epatis.

Secūda vo pncipal' diſpō hui° viri eſt egritudo cōpōnalis epatis ipſi° qd̄ nō raro imo frequēter oppilať.Et lꝫ epar ei° nāľr ſit calm̄ ⁊ humidū ⁊ mēbra calā ad oppilōnes per ſe ſūt idiſpoſita:qꝛ calitatis eſt dilatare ſic friditatis eſt coanguſtare 2° tegni.tn̄ in epate ipſius oppilōnes accīt frequēter altero duoꝝ modoꝝ:aut quia flata mlta in ſtōcho ei° ↄgregata ut patuit in cap̄ ꝑcedenti diſſoluta ul̄ colligata:aut mobilitata a reb° calidis in cibis

acceptis ꝛ in potib⁹ faciūt mãe iſtas effundi ad epar: in cui⁹ cōcauitate pp anguſtas vias ei⁹ faciūt oppilōnes ꝑdictas. Et 2ª iſtaꝝ oppilōnū cā pōt eē: qꝛ mãe iſte flatice frequēter cōmiſcent̄ chilo reddētes ipm fridū groſſū ꝛ viſcoſuꝫ oppilatiuū ipſi⁹ epatis. digō eni diminuta ipſi⁹ ſtomachi raro ꝛ nō bñ corrigit̄ a digeſtione epatis. ut colligēdum 13ª tertij. ℂ Ex quo appet ſolo pliuꝫ que in eo appent: frequēter eni in hypocūdrio dextro ſentit̄ ḡuitas ꝛ teſio: frequenter ēt in eo appet nocumētū diminutiōis in uria. Et hoc eſt qñ oppilō cadit in gibbo epatis: ſic frequēter in eo accidit fluxus alb⁹ quē illuſtres viri chiloſū appellāt: ꝛ hoc eſt qñ accidit oppilō in ɔcauo epis. Cū eniꝫ ɔcauū epis oppilat̄ necio claudunt̄ vie uenaꝝ porte: ſꝫ ipſis clauſis nō pōt recipi chilus in epe: cū ḡ pellit̄ defertur chilus a meſeraicis ad epar nece eſt ipſum retropelli ad iteſtina: ꝛ ad hoc accidit flux⁹ chiloſus. ℂ Hec ſunt accitia cōia ad oppilōnes que iterū ſi pdurant uł in ɔcauo uł gibbo epatis nece eſt ut finalr̄ pducāt ad febres putridas: pp oppilōnes eni retinent̄ in epate mãe que deberēt expelli per gibbū ad emulgētes ꝛ ad renes: que etiā mãe deberēt recipi in kiſti fellis: ſꝫ ad retētionē taliū mãerū probibet̄ debita euētatio. ad ꝓhibitionē euētatiōis itendit̄ caliditas in epate: ꝛ ad itēſiuā calitatē ipſi⁹ ſequit̄ aut ſimplex ebullitio in ſanguine: ꝛ fit ſinocha ſine putredine cum effumatione ad ipſum cor: aut fit ebullitio cū putrefactiōe cordi effumāte ꝛ erit tūc putrida febris. Ex qbus oībus iſte vir intelligere pōt quare ipſe frequenter egrotat febre cholerica pura ꝛ impura ꝛ aliarum ſpecierum.

ℂ Tertio de cauſis male complexionis calide ꝛ ſicce renuꝫ.

Tertia ꝛ ꝑncipalis diſpō huius viri eſt lapſus renuꝫ ad calīm ꝛ ſiccū cū quo lapſu frequēter applicātur oppilōnes ꝛ dolores in eis: ꝛ iſte oppilōnes plurimū fiūt a mã flatica deſcēdente ad renes a ſtomacho uel ab epe que faciūt oppilōnes nō ſolū in pāniculo colatorij renū: ſꝫ ēt in carnoſitate eoꝝ: ꝛ cognoſcit̄ hoc ꝑ dolorē iſra hypocūdriuꝫ paruper ꝑceptū ꝛ coicatū parti poſteriori ſpine iſra coſtas. ℂ Iteꝝ qñqꝫ in renib⁹ fiūt oppilōnes a multitudie barenulaꝝ iuiſcataꝝ in pāniculū colatoriū a flatica mã deſurſum deſcēdēte. Et apparēt tūc urie ualde tenues trōbis petaloidib⁹ ꝛ barenis ꝑuate ꝛ diminuit̄ ēt uria: ꝛ qñqꝫ acuta emittit̄. Et appet hoc ēt a poſteriori: qm ſuccedēte uria groſſa ꝛ barenoſa poſt tenuē ꝛ aqoſā alleuiant̄ dolores q ꝑus erāt. Et adde ꝑdictis ꝙ iſti dolores nō raro fiūt a lapillis gēitis in ɔcauo renū an pāniculū colatoriū pp barenulas ibideꝫ inuiſcatas a flāte ꝑdicto: cū a multa calitate nāli ꝛ accitali renū excoquit̄ mã ꝑdcā ꝛ cōuertit̄ in lapides. pp qḋ 18ª. 3. ſcribit̄ ꝙ cā ſupple efficiēs in ḡnatiōe lapidis eſt caliditas egreſſa a nāli tēperamēto. ſ. ꝑ viā itēſionis. Mālis vō cauſa eſt flegma ꝛ barenule iā ꝑdicte. ℂ Et nota ꝙ iſte vir multuꝫ eſt paratus ad generationē lapidis in renibus. Ille eniꝫ cui plurimū generatur lapis in renib⁹ eſt qui pinguis eſt ꝛ humidus. 18ª tertij. pallegato cap. ℂ Iteꝝ in renibus nō raro accidit dolor a uētoſitatib⁹ ibidē etiam generatis ꝛ ꝑpulſis abūde. Et diſtiguitur iſte dolor a ꝑdictis pp ipſū eē mobileꝫ ꝛ nō fixū neqꝫ qetū in pte vna. Cui⁹ oppoſitū appet de dolore ꝑueniēte a malis cōplōnib⁹ mālib⁹ ꝛ imālib⁹ fientib⁹: ꝛ a dolorib⁹ ꝑueniētib⁹ ab herenulis ꝛ lapillis. Iſti enim dolores: dato ꝙ qñqꝫ mobilitētur: ipſi tñ permanent in parte magis predictis. ℂ Quarto de cauſis ſode.

Quarta ꝑncipalis diſpō huius viri eſt ſoda. i. dolor capitis: qui qñqꝫ eſt per eſſentiam capiti appropriatus: qñqꝫ vō per colligātiā eſt partib⁹ inferioribus. ſ. ſtomacho epate ꝛ renib⁹ ꝑdictis. In hoc tñ viro iſte dolor ſimul per eſſentiā: ꝛ per colligātiā eſt. ℂ Eſt autē hic dolor ꝑueniēs a mala cōplōne cerebri eius excellēter humida māliter ꝛ remiſſe frigida: qui qdeꝫ dolor qñqꝫ grauatiu⁹ eſt: ꝛ ꝑprie qñ mã eſt flatica uł melica: qñqꝫ vō eſt abſqꝫ grauitate: ꝛ ꝑprie qñ pēdet a uaporib⁹ ꝛ uētoſitatibus: quorū non eſt per ſe grauitatē efficere. Et eſt qñqꝫ iterum hic dolor inflāmatiuus pruritiu⁹ ꝛ mordicatiuus: ꝛ ꝑprie qñ pēdet a mã ſubtili calīa eēntialr̄ uł accitalr̄. Et iſte dolor plurimū eſt eueniēs in hoc viro. Qñqꝫ etiā dolor capitis eius ꝑuenit a mãb⁹ imerſis in pāniclis cerebri ipſius. ꝛ tūc apparet dolor extēſiuus maiorē partē cerebri ambiēs circulr̄: qui ab antiqs illuſtrib⁹ galeata paſſio nūcupata eſt. Et cū ɔtigit ipꝫ eſſe itēſiue magnū ꝛ extēſiue: qꝛ plib⁹ ptib⁹ cerebri eueniēs ꝛ multo tpe pdurās: cephalea uł cephalargia nominat⁹ eſt: ut legendū eſt ꝑ ɔtinentis ꝑ 12ª caplis. ꝛ 9ª Almanſ. ꝑ cap. ꝛ ab Oribaſio ꝑ practice. ꝛ a ꝙplurib⁹ alijs. ℂ Et ex hoc fundamēto ualde facile itelligi pōt diuerſitas doloris capitis eius. Sicut eni iſlāmatiuus pruritiuus pūgitiuus ꝛ mordicatiuus fiūt a mã calīa: ita grauatiu⁹ cōpreſſiuus ꝛ cōtuſiuus fiūt a mã frida: ꝛ extēſiuus ꝛ pulſatiuus a uētoſitatib⁹ uel a uaporib⁹ plimū imerſis in pāniculis cerebri. ℂ Et ex hoc fūdamēto iterū apparet qualiter declināte etate huiuſmodi vir paratus eſt ad ſubeth: aliqñ ad congelationem litargiam epilepſiam uel apoplexiam: a quibus omnibus tueatur ipſum altiſſimus miſericordia ſua. ℂ Et ex his oībus poſtremo ɔcluditur ꝙ nece eſt hunc virum eſſe ſolertē ꝛ vigilātē in regimine ſuo: ut in poſteꝝ apparebit.

ℂ Prime pticule de regimine per ſex res nō nāles. Cap. ii.

Quoniā aūt hoꝝ accitiū plimū appet ꝑuenire a mala cōplōne frida ꝛ humida māli ꝛ ꝑncipalr̄ cerebri ꝛ ſtomachi: ꝛ in epate etiā ꝛ in renib⁹ eius ſuperexcreſcit mã flatica ꝙ plurima per colligātiā ipoꝝ ad ſtōchū. Idcirco videt̄ oē regimē hui⁹ viri ex pte reꝝ nō nāliū ɔueniēter poſſe erigi vnicuiqꝫ horuꝫ mēbroꝝ ɔferēs. Qḋcūqꝫ eni inſtrm̄ erit rectificatiuū diſpōnis ſtomachi ꝛ cerebri illud erit etiā ɔueniēs epati ꝛ renib⁹ ꝓhibendo mãm in eis ɔgregari ꝛ delegari a ſtomacho ad epar ꝛ renes. ℂ Quare itaqꝫ regimē debet fundari in applicatiōe oīuꝫ iſtroꝝ que leuiter calefaciāt ꝛ potēter exiccēt. Qualis eni eſt lapſus ꝛ ꝙta eſt ipſius diſtātia a ꝓpo tēperamēto: talia ꝛ tāta debēt eſſe iſtra illi⁹ lapſus correctiua: ſed lapſus eſt frigidus nō ualde itēſus: igit̄ iſtra debēt eſſe calefactiua in ſuo ḡdu nō traſcēdētia 2m gdū. Et iteꝝ lapſus eſt excellēter hūidus ꝛ exiccātia debēt eē multuꝫ eleuata. Oia ḡ que calefaciūt ab ultia manſione ꝑmi gradus uſqꝫ ad ultimā ſcḋi gradus erunt ei ita ɔuenietia: ſicut exiccātia in tertio gradu humiditatis multe erūt correctiua. Ita ꝙ aer ei⁹ debet eſſe calefactiuus leuiter ꝛ notabiliter exiccatiu⁹. Ita ꝙ locus uel camera eius ſit tabulis decenter munitus ꝛ ab aquis ꝛ ab omni humiditate elongatus: ꝛ accēdatur in eo ignis ſepe: ꝛ nō tñ ualde magnus. Et utat̄ ueſtib⁹ calefacti uis ɔueniēter exiccatiuis. Et ſimiliter utat̄ tectura capitis factis ex pāno de grana de doſſibus nariorū ꝛ ſimilibus. ℂ In cibis vō ei⁹ abſtineat ab oī re infridāte ꝛ humectāte, ut a mlto uſu aque fride lactuce uſu blete ſpinachie portulace cucurbite citruloꝝ. Et effugiet ēt lac ꝛ lacticinia cibaria oia. ℂ Similiter effugiat uſuꝫ leguminū multa euaporatiōe replētiū caput ꝛ ſtomachū uētoſitatib⁹ ꝛ uaporib⁹: ꝛ nō curet comedē piſces uel cācros niſi ualde raro ꝛ in pauca quātitate. ℂ Similiter euitet ꝙtitatē fructuū hūidoꝝ ut ceraſoꝝ ꝛ auellanarū humidaꝝ piroꝝ: pſicoꝝ: ꝛ criſomilloꝝ. ℂ Caueat comedē fungos ꝛ ſpōgiolas. ℂ Et cerebrū ꝛ medullas ꝛ ptes aialiū pingues raro ꝛ in pauco uſu accipiat. ℂ Utat̄ aūt in cibis ſuis ɔuenienti ꝙtitate ſalis ꝛ aromatū ut cinamomo ꝛ ſimilib⁹. ℂ Et utatur carnib⁹ ſalitis ſimplicib⁹ uel ɔditis ut ſunt landuculi ꝛ ſimiles. ℂ Et utat̄ aſſatis ꝛ ꝑprie leuiū carniū ꝛ elixis: ſꝫ rari⁹. Et pter hec que tacta ſunt pōt uti oī alio gñe ciboꝝ ad libitū ſuū. ℂ Uino aūt utat̄ albo uel rubeo mediocris potentie claro ꝛ aromatico abſqꝫ aq: aut ſaltē ualde paꝝ ponat̄ de ea in vino. ℂ Poſt cibū aūt ſuū nō dormiat niſi traſeat vna hora uł vna cū dimidia: ꝛ tē dormiat capite ɔdecēter eleuato: ꝑius ſup dextro latere: deinde ſup ſiniſtro ſe reuoluat. Minime aūt dormiat ſup facie. Et nō mltū etiā iaceat ſup ſpinā. neqꝫ ſup renib⁹.

In cibis aūt accipiēdis hec obſeruet. ¶ Primo nū q̄ comedat niſi uerus ſuprenerit appetit⁹ ¶ 2° q̄ nullū cibū accipiat niſi bn̄ prius maſticatū. ¶ 3° q̄ nō curet accipe cibaria ualde plura numero in vna menſa. ¶ 4° q̄ nō utat̄ cibarijs ſpē diuerſis: ſic eſſet uſus carniū piſciū rez dulciū acriū cū aromatib⁹ cōditoꝝ: ⁊ ſic de alijs in vna mēſa acceptis. ¶ 5° q̄ nō plōget morā duaꝝ horarū in comedēdo: ut qdā delitioſi faciūt: ſed expēdat̄ media hora: aut ſaltē vna. ¶ 6° caueat exercitari violēter ſup cibis: imo utili⁹ eſſet ei qeſcē per tres horas aut 4ᵒʳ: ſed ieiuno ſtōcho exercitari ualde ꝯueniēs eſt ei: ut eqtare pedib⁹ ambulare circuiēdo ciuitatē uel aliū locū: intātūq̄ caliditas ei⁹ paꝝ exercitata pducat ipſū ad leuē ſudorē: alio aūt tpe qeſcat. ¶ Ultimo vo q̄tū pōt effugiat irā furorē uel iracūdiā ⁊ ai ſollicitudines magne triſtitie iductiuas: ⁊ delitioſe utatur ai accitibus: ſemp memorādo q̄ a coitu abſtineat poſt cibum niſi trāſeant hore ſeptem ad minus. Hec ſunt que de regimine rerum non nālium obſeruare oportet.

Secūda vo ps pncipalis hui⁹ tractat⁹ apiet regimē medicinale accitib⁹ hui⁹ viri ꝯueniēs. Et iā appet in p̄ caꝑ p̄cedētis pticule: q̄ opꝫ inſtr̄a medicinalia eſſe calida nō ualde notabilr̄: ⁊ ampli⁹ exiccatiua. ¶ Et qꝛ oīuꝫ fere predictoꝝ accītuū p̄maria cā eſt ſtōchi debilitas ꝓueniens ex mala cōplexione ſtōchi frigidi ⁊ humidi multū flegmatis aq̄ſi mucillaginoſi multiplicatiua: ideo p̄ ponam tria remedia iſti⁹ diſpōnis ſtomachi rectificatiua. ¶ Et qꝛ hec ſtōchi mala diſpō multiplicādo predictas māa eſt cauſa magna ut fiāt in epate accītia predicta: ideo pro rectificatione epatis ponent̄ duo remedia epati ſpāliter appropriata. ¶ Etiā qꝛ predicta nocumēta ſtōchi ⁊ epatis ſūt magna cā oppilonis renū ⁊ fixionis māeruꝫ viſcoſaꝝ in eis: ideo in 3° caꝑ ſcribent̄ q̄tuor remedia ſil̄ epati ⁊ renibus coīa. ¶ Et qꝛ adhuc multa mā euaporās capiti replēs ipſuꝫ efficit in eis dolores predictos. Idcirco q̄tuor ſpālia remedia ad dolores capitis eius deſcribam appropriata.

¶ Particule 2ᵉ de trib⁹ remedijs rectificatiuis ſtōchi. Caꝑ.I.

Itaqꝫ pro cōplemēto hui⁹ pticule 2ᵉ. Primo neceſſariū eſt q̄ iſte vir ſaltē per tres uel q̄tuor annos purget̄ in uere ⁊ in autūno: ut nunc ſeqtur. ¶ Poſt medietatē mēſis ꝗ octobris de hoc anno.XXI. purget̄ ſm hūc modū. ℞. eluarij indi. ʒ iij. bn̄dicte ſimplicis. ʒ. ij. ſ. boni pōderis bibat̄ in aurora cū medio cyatho aque ſublimationis uel decoctionis radic. petroſel. calefacte ⁊ dormiat poſt aſſumptionē ei⁹ per vnam horā cū dimidia ⁊ nō plus. Et nō comedat neqꝫ bibat niſi poſt. v. horas: tūc ꝗ bibat ſcutellā vnā p̄dicte aque petroſel. cum çuccaro calefacto: ⁊ poſt ipſam per vnā horā accipiat prādium ſuū. ¶ Die vo ſequēti imediate hora preſcripta accipiat hoc digeſtiuū calidū qđ ꝯtinuet dieb⁹ ad min⁹ ſepteꝫ ℞. mellis ro. ʒ. ſ. ſyrupi acetoſi cōpoſiti. ʒ. j. aque abſinthij ⁊ betonice. añ. ʒ. j. aque cicoree. ʒ. j. ſ. miſce ⁊ totū fit vna potio. ¶ Die vo 8° ſequēti purget̄ cū hac medicina. ℞. ireos ʒ. vj. eluarij de dactyl. ʒ. ij. ſ. accipiat̄ hec medicina in aurora cū medio cyatho vini al. calefacti ⁊ obſeruent̄ poſt ipaꝫ ea que dicta ſunt in predicto minoratiuo obſeruāda.

Pro purgatiōe aūt ueris i fine mēſis februarij pcedat̄ per iſtū modum ℞. eluarij dyaſiniconis. ʒ. ij. ſ. agarici electi. ℈. j. ſſ. ꝗ. vj. ſalis gēme. ꝗ. ij. bibat̄ totū hoc cū medio cyatho aque betonice uel feniculi ⁊ obſuent̄ ea que in minoratiuo autūni dicta ſunt. ¶ Sequēti vo mane accipiat hoc digeſtiuū. ℞. oximellis ſqlllitici. ʒ. ſ. ſyr. cōpoſiti acetoſi. ʒ. j. aque abſinthij feniculi ⁊ eupatorij. añ. ʒ. ſ. miſce ⁊ calidū accipiat̄ ⁊ obſuent̄ ea que de digeſtiuo autūni dicta ſunt. ¶ 8° vo ſequenti die purget̄ cū hac medicina. ℞. caſſie de cāna ēxtte cū aq̄ feniculi. ʒ. j. reubar. aga. electoꝝ. añ. ℈. j. ſpice. ſſ. electi. añ. ꝗ. v. ſalis gēme. ꝗ. j. miſce ⁊ accipiat̄ hec medicina cū. ʒ. ij. aque eupatorij calefacte ⁊ obſuent̄ ea que de iſterioribꝰ dicta ſunt ſolutiuis. ¶ 2ᵐ vo pncipāle remediū ſtōcho: imo epati ⁊ renibus ⁊ capiti eſt hoc. ℞. ſpērū dyatriōpipeon ⁊ dyābitē añ. ʒ. ſ. ſpērū dyarodon abbatis. ʒ ij. granoꝝ fiſticoꝝ. ʒ. ij. macis ℈. j. gariof. ʒ. ſ. mellis ro. ʒ. iiij. çucca. al. ʒ. v. coquat̄ çuccarū cuꝫ melle ro. uſqꝫ ad ſpiſſitudinē ⁊ additis fiſticis per vnā noctē infuſis in aquā abſinthij calefactā ⁊ minutiſſime ꝯtritis ⁊ alijs ſpēb⁹ fiat eluariū: de quo patiēs poſt purgationē ueris accipiat oī mane per 4ᵒʳ horas añ cibū ad q̄titatem vni⁹ nucis muſcate degluttiēdo ipſuꝫ cū coclear: ⁊ tātundeꝫ accipiat de eo per duas horas poſt cenā. Et ſilr̄ accipiat de eo poſt purgationē autūni bis uel ter in ſeptimana horis p̄dictis uſqꝫ ad mēſem februarij. Ego eni nō dubito hoc eſſe remediū ad ſanādū ipſuꝫ. ¶ 3ᵐ vo iſtr̄m pncipale ad diſpōnē ſtōchi eſt hoc. ℞. turbit al. electi. ʒ. j. pulueris hermodactyloꝝ ℈. iiij. folliculoꝝ ſene. ʒ. ij. ciamomi. ʒ. iij. macis. ʒ. ij. tartari. ʒ. j. fiat puluis per ſe ſubtilis deinde cōmiſceant̄ oīa ſil̄: ⁊ de hoc puluē accipiat. ʒ. ſ. bis in ſeptimana ſaltē immediate añ cenā cum medio ſcutellino brodiꝫ carniuꝫ aut vini uel aque cum çuccaro cocto calefactoꝝ. Et pōt uti ipſo in oībus dieb⁹ vite ſue ⁊ tpe quo aſſumit ſyrupos: ad hoc ut uēter remaneat fluxibilis ꝯuenienter uſquequo pcipiat ſe fore ſanum: educet enim flegmata ⁊ omnes ſupfluitates humorales ⁊ fecales a ſtomacho ⁊ inteſtinis.

¶ De remedijs appropriatis epati. Caꝑ.II.

Licet inſtr̄a medicinalia in precedenti caꝑ poſita magnā ꝯueniētiā hēant ad diſpōnes epatis huius viri: nihilomin⁹ qꝛ per lōgā morā ſupfluitatū in epate ſuo frequēter accidit ipſa putrē in epate ⁊ pducē ad febres ſupius tactas. Ideo hic duo deſcribā ſingularia remedia epati ⁊ febrib⁹ inde puenīētib⁹ ꝯueniētia. ¶ Quoꝝ p̄mū eſt hoc. ℞. ſy. de endiuia. ʒ. j. ſyr. de eupatorio. ʒ. ſ. aque cicoree. ʒ. ij. aque feniculi. ʒ. j. miſce ⁊ accipiat̄ plurib⁹ dieb⁹ uſqueq̄ urine reuertent̄ in tinctura ſua. Et ſi uolueris hoc digeſtiuū facē extinctiuū magis: tūc loco ſyrupi de eupatorio ponat̄ tātūdē de ſyrupo de aceto ſitate citri ⁊ erit nobilis opatiōis ec̄. ¶ 2ᵐ remediū ſpāle eſt hoc. ℞. reubar. elcl. ℈. ij. agarici. ℈. j. eluarij dyaprunis ſimplicis. ʒ. j. bibat̄ cū. ʒ. ij. aque eupatorij ⁊ tardet̄ cib⁹ eius: ⁊ alie obſuent̄ ꝯditiones que in ſolutiuis p̄dictis ſūt ſcripte.

¶ De remedijs renibus appropriatis. Caꝑ.III.

Apparuit ex p̄ caꝑ q̄ hic vir nō raro incurrit dolores renū a māi ibidē fixa ꝯcēdēte ⁊ ſubito alterāte: ⁊ q̄ mala cōplonis radicalis calida coꝝ eſt cā ꝯuerſionis māeruꝫ in harenulas ⁊ lapillos: ⁊ ꝓpter hec q̄tuor cōſcribunt̄ ei. ¶ Quoꝝ p̄mū eſt admiſtrādū qñ iſte vir pcipiat grauitatē in ſpina: tēſiones ⁊ uētoſitates in iteſtinis rugiētes ⁊ frequētiā urinādi cū paucitate ei⁹ ⁊ aliq̄ pūctione: tūc eni ſtatiꝫ accipiat hoc digeſtiuū ℞. aque decoctionis uel ſublimationis radicū urtice. ʒ. ij. bn̄dicte. ʒ. iij. caſſie nup ēxtte de cāna cū aq̄ milij ſolis uel ſaxifragie. ʒ. ſ. miſce ⁊ calidū totū accipiat̄ hora ⁊ regulis obſeruādis oīb⁹ que in ſolutiuis dicta ſūt ſupiorib⁹. ¶ 2ᵐ pncipale remediū eſt hoc. ℞. gnoꝝ pineaꝝ. ʒ. j. ſ. ſe. endiuie acetoſe bruſci ⁊ ſpagi. añ. ʒ. j. ſ. ſe. milij ſolis minutiſſime cōtritoꝝ. ʒ. vj. ſe. lactuce portulace añ. ʒ. ij. ſ. fiat puluis per ſe oīuꝫ ſubtilis: in cui⁹ fine ponant̄ vitri cōbuſti. ʒ. vj. deinde cōmiſceant̄ cū dupla q̄titate çuccari albi puluerīçati. Cū ꝗ pcipit grauitatē uel tēſionē in ptib⁹ renū ⁊ ilioꝝ ⁊ punctionē in urina ⁊ frequētiā ei⁹: tūc utat̄ hac tragea ſemp de ipā degluttiēdo coclear vnū añ oēm cibū. ¶ 3ᵐ remediū ad hāc intentionē eſt hoc. ℞. lapidis ſpōgie ⁊ iudaici vitri cōbuſti. añ. ʒ. j. ſe. apij petroſel. dauci. añ. ℈. iiij. radicis ſaxifragie. ʒ. iij. ſucci ligritie. ʒ. j. ſ. forment̄ pille cū ſucco apij de. oī. ʒ. vj. ⁊ de iſtis accipiant̄ in aurora. v. poſt q̄s bibat. ʒ. ij. aque ſaxifragie: ⁊ de eiſdē bonū erit accipe duas per totā ſeptimanā immediate añ prādiū ⁊ cenā. Apiunt eni oppilones epatis ⁊ renū educēdo lapillos trūbos ⁊ harenas cōuenīēter. ¶ 4ᵐ vo remediū eſt hoc: ut utat̄ ꝯfectione de fiſticis per. XV. dies

q̄ñ ſentit acceſſiõa predicta accipiendo de ea duo fruſta ſemꝑ in ꝑncipio prandij ⁊ cene ⁊c̃.

¶ De regimīe capitis hui⁹ viri tpe iſtātie doloris ei⁹. Cap̄. iiij.

Cum ḡ hic vir ꝑcipit dolorē capitis cū grauitate ſua ⁊ ſomnolētia multa ⁊ pigritia toti⁹ corporis ⁊ uenaꝝ groſſitie ⁊ tēſione ⁊ rubicūditate ptiū capitis tēdēte ad aliq̄lē obſcuritatē: tūc ſtatiꝫ bora electa fiat flobotomia de cephalica apud policē inuēta per quā educant̄ ſanguis. ℥. iiij. uel. v. Et attēdat ꝙ ſi doleret dextra ps magis q̄ ſiniſtra tūc meli⁹ eſt flobotomare ſiniſtrā: ⁊ ecōuerſo dolente magis ſiniſtra q̄ dextra flobotomet̄ dextra. ¶ 2ᵐ vo inſtr̄m ꝑncipale eſt: ꝙ mane ſequenti poſt flōmiā purget̄ cum iſta medicina. ℞. eľuarij roſ. ℥. j. ʒ. eľuarij idi. ℥. ij. boni pōderis: miſce cum medio cyatho aque çuccarate ⁊ calide ⁊ accipiant̄ ⁊ obſuent̄ poſt ipſam regule in alijs ſolutiuis frequēter tacte ⁊c̃. ¶ 3ᵐ vo ꝑncipale remediū eſt ꝙ poſt euacuationē imediate dictā per qnqꝫ dies inſtāte adhuc dolore capitis applicent̄ ſibi uentoſe in loco alchecl lateralr̄ ad ſpōdiles in carnoſis ptib⁹ ſpatulaꝝ. Eſt aūt alchecl locus ubi finis colli coniungit̄ cuꝫ ꝑn⁹ ſpatularū. ¶ Ultimū vo inſtr̄m ſedatiuum doloris capitis actualr̄ exiſtētis ⁊ ꝓſeruatiuū ab euētu ei⁹ eſt hoc. ℞. reubarb. electi ℥. j. maſtice ſpice nardi. añ. ℈. j. dyagridij. ğ. v. ſalis indi. grana. vj. polipodij folliculoꝝ ſene tartari. añ. ℥. ij. fiat oīum per ſe puluis: de quo iſte vir in ſeptimana bis oꝑ ſine qnqꝫ dierū paꝝ añ cena accipiat. ℈. j. cū modico brodij: aut aque çuccarate: aut vini: educet eniꝫ ſupfluitates fecales ⁊ mucoſas cholericas ⁊ melācholicas diſtrahendo eas a capite. Et nō mireſ aliqs ſi huic viro nō deſcripſi pillas aliq̄s: ipſe enim nequaq̄ pōt aſſumē eas. ¶ De ablutione vo capitis ipſi⁹ meli⁹ eſſet ipſaꝫ dimittē: ⁊ uti frequēti pectinatione ⁊ fricatione mediocrib⁹. Si aūt nō vult dimittē lotionē: tūc faciat lixiuiū cū decoctione maiorane ⁊ abluat cū eo caput cū ſapone albo: ⁊ exiccādo ipꝫ imediate poſt ablutionē. Hec ſunt remedia optia pro curatione diſpōnū iſti⁹ nobilis viri. Eſt oſus aūt altiſſim⁹ pietate ſua dirigat eas in ſalutē ipſi⁹. Amē.

Cōſiliuꝫ. 130.

De mala cōplexione ſtomachi frigida ⁊ humida a lōgo tēpore ⁊ etiā a gñatione cōtracta cum dolore ſtōchi hypocundrioꝝ ⁊ totius uētris iſrigidioris, cuꝫ lipothomia uel ſyncopi ⁊ in potentia ad motus corporeos cum uertigine uel ſcotomia.

¶ Diuiditur autem Conſilium in tria capitula.

¶ De cauſis predicte male diſpoſitionis. Cap̄. i.

Diſpoſitio huius nobilis viri dñi Leonardi de Nuriberga eſt mala cōpl'o frigida ⁊ humida ſtōchi a lōgo tpe ɔ̄cta in ipſo ſic ex mihi narratis appet. Ego vo ex ſignis ſumptis a ſubſtātialiter iherētib⁹ ab actione leſa uel ab opationib⁹ qḋ idē eſt: ⁊ ab exeūtib⁹ cōſideraui: nō ſoluꝫ a tpe illam malā cōpl'onē: uerūetiā in ipſo a gñatione ɔ̄ctā. ¶ Potuit aūt hāc malā cōpl'onem intēdē ⁊ deteriorē facē exceſſus in aliq̄ de ſex reb⁹ nō nālib⁹: aut nimia ciboꝝ ⁊ potuuꝫ nō ſuo tpe ⁊ ordine frequēs aſſumptio. ¶ Silr̄ etiā imoderata exercitia poſt cibi aſſumptionē ɔſueta: adhuc etiā imoderate ⁊ fortes repletiones uētris cōſtipationē ɔ̄ntes. ¶ Iteꝝ ⁊ fortes eāones per ſolutiua farmaca factas: aut per frequētatas flobotomias ⁊ uētoſationes. ¶ Silr̄ etiā ⁊ imoderat⁹ coit⁹: in quo iuniores ſepe ⁊ multū impite peccare ſolēt. De reb⁹ aūt maxime debilitātib⁹ mēbra eſt coit⁹ qui ⁊ lꝫ vtutes oēs corporis cōpaginē diſſipādo deijcit: ſtōcho in cerebro ⁊ reliqs exiguib⁹ mēbris ꝑmaxie nociuus exiſtit. Ad hāc etiā debilitatē vigorādā nō paꝝ ſupaddūt paſſiones aie: ut triſtitia: cogitatio doloroſa: anguſtia mentis: ira furibunda: cordis effectuoſa cōmotio: ⁊ ſibi ſiles aie cōmotiones. Extermināt enim hec accitia ⁊ mutant corpus ab ea que ſm naturam cōſiſtentia. 3⁰ tegni in ꝑncipio colligendum.

¶ De cura h⁹ male diſpōnis ꝑ regimē ſex reꝝ nō nāliū. ij.

Intēdēs igit̄ talis diſpōnis ɔſiliū ſalubre dirigē ꝓmit⁹: dico ꝙ haꝝ reꝝ nō nāliū imoderatā applicationē per ſui ɔ̄rietatē corrigēdā ſanitatis ɔſeruator uel recupator diligēter attēdat. Neqꝫ eni huic diſpōni actū ɔſuatiuū oio exiſtimo ſufficē: cū ut appet diſpō ab eq̄litate multū exceſſerit: q̄re nō oino ſilib⁹: ſed ꝑm ɔ̄riis ⁊ eiſdē ad nālem diſpōnem reduci debet.

Euitet igit̄ patiēs iſte intēperiē aeris frigidi ⁊ humidi uētoſi caliginoſi ⁊ nebuloſi. ſilr̄ ⁊ ſtationē in domib⁹ ⁊ cameris terraneis frigidis ⁊ humidis ⁊ teſtudinali edificio munitis ſeptētrionali etiā flatui multuꝫ aptis: maxime aūt locus dormitionis ſue aſpectū hēat orientalem ⁊ meridionalē: quē eurus ⁊ auſter frequenti⁹ viſitēt: minime vo boreas ⁊ fauonius. ¶ Ueſtib⁹ aūt optie calidis in hyeme ⁊ magis calidis in eſtate q̄ recētib⁹ utat̄: que pectori toti uētri: maxime vo ſtōcho optimā faciāt adherentiā. ¶ Laudo aūt ꝙ ſup ſtōcho maxie quolibet tpe portet pellē vnam vulturis: ⁊ cū ſua pēna ſup cutē ſtōchi nuda extēdat. ¶ Similr̄ etiā ɔfert fruſtū pāni de pilo gaçelli biuerio hoiato: q̄ nr̄is tpib⁹ italici galeros portare ɔſueuerūt. ¶ Soleo etiā ſtōchis fridis ⁊ humidis ⁊ uētoſis applicari facē ſacculū ex medietate plume anſeris: ⁊ alia medietate piloruꝫ leporis e pāno lineo ɔſtructū: quē frequenter iubeo calefieri ⁊ thure ſuffumigari euaporationib⁹: ⁊ tali ſtōchuꝫ coopertura muniri. Eſt eniꝫ in diſpōnib⁹ illius maxie iuuatiuū: in quo credo ꝑnᵐ diſpōnis curationis hui⁹ nobilis ꝑncipalr̄ exiſtere.

Circa ſomnū aūt ⁊ vigiliā ſic ꝓcedē debet. Cuꝫ eni ſtōchus ei⁹ idigeſtiua magnifice debilitat⁹ exiſtat: in quo etiā multe gñant̄ uentoſitates que dolores extēſiuos fortiſſimos in eo facē ſolēt vtutē non ſolū ei⁹: ſed cordis ⁊ cerebri maxie ꝓſternētes: ut appet ex lipothomia ⁊ vtutis motiue īpotentia tpe doloris ſtōchi ɔ̄ntib⁹. Eapropter in ſōno notabile tp̄s extēdē debet: cū in eo vtus digeſtiua magis q̄ in vigilia ɔfortet̄. Efficit eni ſomn⁹ opationes oēs nāles fortiores. 2⁰ ꝑmi. cap̄ de his que ꝓueniūt ex ſōno ⁊ vigilia. ¶ Incipiat igit̄ dormire poſt cibum vna hora trāſacta tpe eſtatis: duab⁹ vo in hyeme: ſitqꝫ menſura ſōni nō min⁹ octo horaꝝ tp̄s icludēs. dormiat ſup dextro ꝑus latē: deide ſup ſiniſtro: deide ſup uētre iclinat⁹. Oino aūt ſupine dormire fugiat. ¶ Sempqꝫ in dormiēdo ſit oi tpe pānis bñ coopt⁹: ⁊ maxie ſup ſtōcho ſit coopertus coopertura alicuius ſupraſcriptoꝝ ſacculoꝝ bñ munit⁹. ¶ Uigilias aūt exceſſiue corpus exiccantes effugiat: niſi forte robuſtior efficeretur ceſſante iam morbo.

Quieſcat aūt oi tpe poſt cibū maxie ſup ipſo exerceret̄ aut leuiter ambulādo gradariū equū egrādo naues nō uelociſſimi trāſit⁹ nauigādo ſmones ⁊ hyſtorias delectabiles ɔferēdo: nullus eni exceſſiuus motus: aut exercitiū toti⁹ corporis: aut alicui⁹ ptiū videt̄ ſibi eē ɔuenīēs uelut luminoſa corpora lōgo tpe ⁊ frequēter iſpicē maxie dū fuerit ſolarijs radijs repcuſſa: ſilr̄ etiā nimia uociferatio freq̄ns ſtōchi ⁊ hypocūdrioꝝ fricatio eidē diſcōuenīēt

Repletionē vo toti⁹ corporis: aut alicui⁹ ptis exceſſiuā: ⁊ maxime ſtōchi euitare debet. Ex ꝓdictis appere pōt aliaꝝ etiā ptiū ꝓter ſtōchū multa repletio nō puā debilitatē ſtōcho ɔferre pōt. Ipſe eni ꝓpter alioꝝ mēbroꝝ nocumēta frequēti⁹ ⁊ magnifice cōpatitur. Colligat̄ eni ſtōchus capiti cordi pectori epati ſpleni renibus ueſice ⁊ m̄rici: ut intelligēti cōpōnē humani corporis ex anothomia appere pōt: q̄re nimirū ſi aliaꝝ ptiū plenitudine ɔtriſtat̄. ¶ In cibatione igit̄ ſua euitet quantitatem ſtōchuꝫ grauātem ⁊ ſilr̄ poti. deterior eni cibatio eſt que ſtōchi grauitatē facit: ſic deterior pot⁹ eſt qui in ſtōcho fluctuat. 3⁰ ꝑmi. cap̄ de regimine per cibū ⁊ potū. Silr̄ etiā tpe ieiunij ꝓlixi magnā ciboꝝ quātitatē effugiat. ¶ Cum aūt ſe fore repletum ꝑcepit ſtatim ad euacuādū itēdat. melior aūt modorū euacuationū eſt ꝓ admīſtratio cliſteris hui⁹. ℞. decoctionis folioꝝ blete maluaruꝫ mercurial'. ⁊ furfuris lib. j. olei

de aneto. ℥. ij. olei de ruta. ʒ. ſ. ſalis gēme. ʒ. j. electuarij de bac cis lauri. ʒ. ij. bn̄dicte iere ſimplicis. an̄. ʒ. iij. caſſiefi. ʒ. vj. acci piat in mane tempeſtiue ⁊ uēter optime muniat a frigore ⁊ erit utile in hyeme. In tpe vo eſtatis addant pdicte deco ctioni foliorum violarum. M. ij. olei viol. ℥. ii. olei de ruta. ʒ. vj. ⁊ fiat ut ſupra. ❡ Loco aūt cliſteris: qz ſolet eſſe alamanis ingratū pro cōi euacuatione accipiat hāc potionē. ℞. iere Gal. deſcriptione eiuſdē. 7ᵒ terrapen. ʒ. x. bn̄dicte ſimplicis ʒ. ij. accipiat in aurora cū medio cyatho vini calidi: ⁊ tardet cibū ſex horis poſt ei9 aſſūptionē pmittēdo parum brodij pulli galline cū ẓuccaro calidi per horā an̄ prādiū. ❡ Si aūt ab horreret hoc farmacū ppter ei9 amaritudinē accipiat. ʒ. j. uel ℈. iiij. pillarum q̄s mea expiētia ultimas in ſili diſpōne inueni. ℞. aloes boni epatici. ℥. iij. agarici electi. ℥. j. ſalis gēme. ʒ. j. īfundant oia in ſucco rute per octo dies. deīde coopiant tegula bn̄ calida uſqz ad ſucci ɔſumptionē. Poſt hec aūt pre dictis he ſpēs addāt. ℞. ligni aloes. ʒ. ſ. croci. ℈. j. ſpice nar di ſgnāti. an̄. ℈. ſ. reubar. boni electi. ℈. ij. fiāt pille ex qb9 ac cipiat ut ſupra. Diligēter aūt attēdat q pille iſte poſt euacua tionē pfecte ſaluabūt ipm accipiēdo ex eis vnā uel duas bis uel ter in ſeptimana per horā vnā uel mediā ante cenam.

De accn̄tib9 aūt aie fugiat oia aiam ɔtriſtātia ⁊ inordinate diſtrahētia ſpūs tenebro ſos ⁊ incōuenientes opationib9 nālib9 vitalib9 ⁊ aialib9 facien tia: uelut ſunt cogitatio: ſollicitudo de re triſti aut doloroſa de re precioſa irrecupabiliter amiſſa. Circa morbū etiā ei9 eſſētiā multū fugiat meditari. Iocūdus aūt ⁊ letus ſtudeat eſſe ⁊ delectabilius īſiſtē. ❡ Delitioſam aūt ſenſationē ⁊ ma xime ad quā ī grādis ſequit ſpūum reſolutio oino euitare de bet: uelut eā que coitus eſt. Eſt enim nō ſolum ſtomachi: ſed totius corporis cōpaginis diſſipatiuus ut ex pmiſſis ap paruit. Oino igit intēperiē ei9 effugiat ⁊ maxime ſup cibo diſtrahit enim ſpūs ad digeſtionis opationē requiſitos.

De cibis aūt etiā ⁊ eorum uſu nō min9 ɔtēplādū eſt. Euitet igit oēs cibos difficilis digōnis: uelut panē azimū nō bn̄ coctū. Carnes bouinas ⁊ porcinas ⁊ caprinas: ⁊ aialiū ſylueſtriū magni corporis. Silr ⁊ lētes ri ſum ⁊ legumina oia ſaltē clipa nō ɔtuſa. Adhuc etiā fructus uelut pira caſtaneas dactylos: ſilr etiā ⁊ ḡnata ⁊ reliq̄ tam fruct9 q̄ reliq̄ ſemia difficile trāſmutabilia. ❡ Effugiat etiā oia uētoſa facilis corruptionis: uelut lac lacticinia oia caſeū mollē ⁊ recētem: erucā boraginē ⁊ lactucā pſica criſomilla: ⁊ in ſūma oia frigida ⁊ humida dimittat. ❡ Dimittat etiaz viſcoſa cibaria oia: ut ſunt piſces oēs in aq̄ decocti. dimit tat cutes uētres collū ⁊ pedes pāniculoſas ⁊ neruoſas ptes aialiū oium. ❡ Sit igit panis ei9 triū aut 4ᵒʳ dierum ad plus optime fermētat9 ⁊ ɔuenienter coct9: qui ſi fuerit torrefactus ſupficie ptes abijciant. ❡ De carnib9 aūt ɔueniunt pulline colūbine: pdici: faſianorum: auiū minutarum ⁊ ſylueſtriū: ut cap tine: capoline: annuales agni: vituli: leporine ⁊ ſiles. ❡ De piſcib9 aūt boni ſunt uarioli torrētine rubi lucij: ⁊ ſiles faci lis digōnis ⁊ pauce viſcoſitatis. ❡ De leguminib9 aūt pla cēt cicera rubea in ſcala de ordeo pānico farre ⁊ ſilib9. ❡ De olerib9 vo boni ſunt caules petroſell. ſaluia roſmarin9 feni culus: ⁊ q̄nqz bleta petroſellino admixta. ❡ De fructib9 vo ɔueniūt ficus ſicce an̄ cibū: recētes aūt rari9 ſumi debēt. uti les ſunt ſibi amigdale: ⁊ q̄nqz dactyli: ⁊ fiſtici: pinee vo paſ ſule etiā ſibi optime ɔueniunt. Reliq aūt fruct9 frigidi ⁊ hu. tpib9 magni caloris aſſumi pñt raro tñ. ❡ De ſaporib9 tñ placēt acetoſa mixte cū petroſel. mētha maiorana ⁊ reliq̄s calidis olerib9 ɔdita: agreſta etiā ſaluta q̄nqz uti pōt: ⁊ ſilr li monib9: arācia aūt ⁊ vinum granatorum nō placent. ❡ Oua vo oi modo placent. lz frixa minus ɔuenientia ſint.

Potus aūt ei9 ſit vinum album ſubtile aromaticum ɔuenienter vinoſum nulla aqua ɔmixtū. Si autem magis fumoſum occurreret vinum cum aqua decoctionis pauci cinamomi limphari debet.

❡ De cura predicte diſpōnis per medinalia. Cap. iij.

Regimē autē medicinale huius diſpōnis in tria puēdū eſt. Primo qdē i māē faciētis morbū era dicationē. 2ᵒ in accidētiū correctionez. Tertio in ſtomachi cōfortationez ne māe de nouo regene ret ⁊ uentoſitates accumulet. Similiter confor tandum eſt epar eius ⁊ cerebrum: cum utrunqz horum mē brorum videatur eſſe aliqualiter leſum.

Pro execution̄e vo primi laudo q fiat eſto in pn9 ſequētis mēſis cū his in ſtris. ❡ Primo qdē vno mane accipiat. ℈. iiij. ſuprascripta rū pillarum cū modis ibi tactis gra mioratiue cōonis. ❡ Se quēti vo mane accipiat. ℥. v. ſyrupi huius quē ɔtinuet octo dieb9. ℞. origani calamēti pulegij ameos aſſari eupatorij ſticados betonice. an̄. M. j. ligni aloes caſſie lignee reupōti ci ḡnorum padiſi cardamoni minoris cubebarum. an̄. ʒ. j. ſe. ru the ſiſeleos. an̄. ʒ. iij. maſticis xilobalſami. an̄. ʒ. j. ſ. cinamo mi electi. ʒ. iij. ɔtūdant oia ⁊ īfundant in lib. xij. aque fon tis per dies. vij. deīde coq̄nt uſqz ad ɔſumptionē duarum pti uz: deīde colent ⁊ uehemēter exp̄mant. Cui colature addā tur tpe hyemis lib. ij. mellis: tpe vo eſtatis lib. ij. ẓuccari: de īde iterum coquant bene ſpumādo uſqz ad cōſumptionē me dietatis ⁊ remaneat ſyrupus. Si aūt uelis ipſuz obſeruare ſicut ſoleo ponant in predicta colatura lib. ij. ſ. ẓucari co quant uſqz ad ſpiſſitudinē ſm artē ſyrupiẓādi. Cū aūt ple ne coctū fuerit facio ſyrupū hunc ⁊ exhibeo ex eo. ℥. ij. cū. ℥. iiij. aque decoctionis ligni aloes: ⁊ eſt magnifice opationis ad friditatē ⁊ humiditatē ⁊ uētoſitatē ⁊ rugit9 ſtomachi cō fortat digeſtiuā. Silr cor ⁊ caput ut intelligēti appere pōt. ❡ Si aūt nō poſſet talis ſyrupi cōfectio fieri accipiat hec deſcriptio facilior. ℞. ſyrupi de calamēto. ℥. j. gelēniabin. ℥. ſ. aqua decoctionis ligni aloes. ℥. iij. miſce ⁊ det ut ſupra in aurora calīn per horas. v. an̄ prādiū. ❡ Facta vo māerum digōne que cognoſcit ex mediocritate coloris ⁊ ſubſtantie urine ɔuctione eq̄litate lenitate hypoſtaſis in fundo ſeden tis purget cū hoc. ℞. eluarij idi deſcriptiōe Meſue. ʒ. v. dē tur in aurora ut ſupra dictū eſt: cū. ℥. ij. decoctionis aque li gni aloes. ❡ Si vo abominaret medicinā ligdaz accipiat iſtas pillas. ℞. pillarū indarum deſcriptione Meſue. ℈. j. pil lularum aurearum deſcriptione Nicolai. ʒ. j. fiāt pille. viij. uel. ix. ⁊ accipiant in aurora abſtinēdo a cibo ut ſupra. he enim pille dolorib9 ſtōchi ⁊ colicis ſunt ualde pficue: potiſſimus enim colice vincit pillis aureis. 6ᵒ tertij colligendum.

Accn̄tia vo que correctione īdigēt ſunt dolor ſtōchi hypocūdriorum ⁊ tota9 uētris inferioris lipo thomia uel ſyncopis ipotētia ad mot9 corporeos ⁊ uertigo uel ſcotomia ſubſequens. ❡ Pro dolore igit ſtōchi nauſea ⁊ aboiatiōe ipſi9 fiat hoc vnguētū. ℞. olei de maſtice: de mē tha: de pulegio. an̄. ʒ. ſ. olei de croco. ʒ. j. gallie muſca. ſtora cis liq̄de reupōtici cinamomi. an̄. ʒ. ſ. pul. betonice. ʒ. ij. cere q. ſ. fiat vnguētuz molle. ❡ Loco eni hui9 vnguēti ɔfert em plm de meliloto cū ſapa diſſolutū ſup pāno extēſum ⁊ cali dū ſtōcho applicatū teneat: ut expientia q̄tidiana me docuit ❡ 3ᵐ remediū eſt hoc emplm. ℞. abſinthij betonice origa ni recētiū. an̄. M. iiij. ruthe recētis. M. ij. bulliāt in ſapa no tabili tpe: deīde ɔterant: ⁊ ex eis calid ſtōchus emplaſtret.

Pro dolore vo hypocūdriorum ɔfert diſtē ſupra ſcriptum. ❡ 2ᵒ euaporatio facta cuz furfurib9 bn̄ calefactis ⁊ cū ſacculo hypocundrijs appli cato. ❡ 3ᵒ ɔfert euaporatio ex ſex ptib9 milij: ⁊ ſeptima pte ſalis ambob9 in ſartagine bn̄ calefactis ⁊ cum ſacculo ap plicatis. ❡ 4ᵒ cōfert ualde apponē ueſicas oleo oliuarum calido ſemiplenas. ❡ 5ᵒ cōfert magnifice uentoſas ſine ſca rificatione vmbilico ⁊ hypocundrijs frequēter apponere: que etiā cōferunt ad totius uentris dolores ⁊c̄.

Syncopis vo ⁊ ceteri ſīmiles caſus remouent ꝑ ponēdo hoc epithima cordi. ℞. aque meliſſe aque hypericonis. an̄. ℥. iiij. aque bugloſ. lib. j. vini maluatici. ℥. iij. ſpērū eluarij de gēmis. ſpērum aromatici roſ.

deſcriptione Gabriel.ligni aloes.añ.ʒ.ſ.miſce. ¶ Confert etiã ad hoc ſacculus iſte. ℞.ſpẽꝝ letificãtis Almã.ʒ.j.ſpẽrũ electuarij de gemmis.ʒ.ij.fiat ſacculus in ſindone bene muſcato: ⁊ ſi non habeꝫ fiat in alio ſindone ⁊ addaꝫ muſci.℈.ſ. ⁊ apponaꝫ cordi. ¶ De expertis aũt meis eſt hoc. ℞.pulueris gariofiloꝝ.℈.ſ.corallorum rubeorũ electoꝝ pulueriçatorum.ʒ.j.deꝫ in potu in eſtate aduenĩete caſu virtutis cũ modico vini calidi aromatici.

Impotẽtia

võ ad moꝫ corporis remoueꝫ cordis rectificãdo ſubſtãtiã ut appuit. ¶ 2° cerebri vires ꝯfortãdo: qḋ fit ꝑ cũ abſterſionib⁹ extremoꝝ ⁊ irrorationib⁹ faciei factis cũ aq̃ roſacea muſcata ⁊ vino aromatico ⁊ modico ambre cõmixto cũ modico macis ſecum admixti. ¶ 3° võ cũ diuerſionib⁹ factis cũ lenib⁹ fricatiõib⁹ extremoꝝ ⁊ pãnoꝝ calidoꝝ appõne frequẽter factis circa pedes ⁊ reliq̃ extrema. ¶ 4° võ cũ odorationib⁹ frequẽtib⁹ uel ꝯuenientib⁹: q̃rũ deſcriptio eſt talis ⁊ expta nõ raro. ℞.macis galãge corticũ citri.añ.ʒ.ſ.folioꝝ oçimi ſiccoꝝ.ʒ.j.muſci ambre.añ.℈.ſ.croci.℈.j.ptes duas: fiat puluis: ⁊ ligeꝫ i ſindone ⁊ ſepe odoreꝫ. ¶ Eiſdẽ inſtr̃is remoueri põt uertigo ⁊ ſcotomia cõuenienter: ſimilr̃ etiã quiete ⁊ ſomno cõuenientibus cum cordialib⁹ ⁊ cerebralibus medicinis artificiose cõpoſitis ⁊ potuum dulcium nõ ualde fumoſorum ⁊ delectabilium frequenti exhibitione utatur.

Circa

ꝯfortationẽ võ ſtõchi lꝫ plurima ſcribẽ poſſiꝫ ex pra: tñ magis utiliora tradẽ uolui: ſunt aũt tria. ¶ Quoꝝ p̃m eſt electuariũ hoc. ℞.ſpẽꝝ electuarij xiloaloes: ſpẽrũ electuarij de hyacinto amboꝝ deſcriptiõe Aui.5° cañ.añ.ʒ.iij ſpẽrũ aromatici ro.deſcriptione Gabriel.ʒ.vj.pulueris pelliculaꝝ ſtõchi gallinaꝝ.ʒ.j.ſ.de corticib⁹ citri.ſ.de mẽtha.añ.ʒ.v.folioꝝ auri nũero.vj.çuccari albi.ʒ.iiij.fiat electuariũ de q̃ oĩ mane ꝑ horas 4ᵒʳ añ cibũ aſſumaꝫ coclear vnũ: q̃te enĩ nobilitatis ⁊ iuuamẽti exiſtat hoc electuariũ itelligenti vires ſimpliciũ ex qb⁹ cõponiꝫ patẽ põt. ¶ 2ᵐ võ ſtõchi ꝯfortatiuũ eſt cerotũ tale. ℞.reſine pini clariſſime.ʒ.j.ſ.laudani puriſſimi.ʒ.iij.ambre orientalis.ʒ.ſ.ſtoracis calamite ligni aloes nucis muſ.añ.ʒ.ſ.myrre aloes añ.ʒ.j.fiat cerotũ pauca cere cõmixtione: ⁊ extẽdaꝫ ſup pãno de g̃na ⁊ ſtõcho ſupponaꝫ. ¶ 3ᵐ võ remediũ eſt ut ſup ſtõcho ⁊ hypocondrijs porteꝫ pellis vulturis: aut loco ei⁹ ſi hẽri non põt vulpina pellis: aut fruſtũ pãni de grana maxie eſtiuo tpe ſup ſtõcho ⁊ toto uẽtre portatũ: oĩs enĩ ad hec ꝯferũt pelles ſup laſeri pte. ¶ De expertis aũt Gal.fuit ſup ſtõcho portare corallum rubeum electiſſimũ. Rab.aũt ⁊ alij illuſtres viri collaudauerunt ſmaragdũ auro circũligatũ in manu portari debere. Eligaꝫ qḋ vis alteꝝ magis gratũ libito ꝑquirentis. oĩa enĩ utilia ſunt. ¶ Hec ſunt que de diſpõne huius nobilis viri ſcribẽda deduxi. attẽdat aũt q̃ utẽꝝ mẽſe aplis purgeꝫ ut ſupra: ⁊ ꝯfert magnifice nõ ſolũ bis ſed ter uel q̃ter in anno ꝑſcriptã facẽ purgationem: ſic enĩ ſue ſanitati reſtitueꝫ: quã ſibi cõdonare digneꝫ altiſſimus Jeſus Chriſtus. Amen.

Cõſiliũ.131.

De triplici mala diſpõne videlꝫ. ¶ De mala cõplõne frigida ⁊ humida ſtõchi cũ flegmate aq̃ſo mucillaginoſo. ¶ De mala cõplõne frigida ⁊ humida cerebri cum flegmate mucillaginoſo ⁊ vitreo. ¶ De hernia magna ualde cum ruptura ſifac.

¶ Diuiditur autem Conſilium in capitula tria.

¶ De mala cõplõne ſtõchi frida ⁊ hũida ⁊ ei⁹ cura. Cap.i.

Iſte vir laborat triplici diſpõne: q̃rũ quelibet ꝯuenienti ꝑcuratiõe indiget. Eſt igiꝫ p̃ma diſpõ mala cõplõ ſtõchi frigida malis multi flegmatis aq̃ſi ⁊ mucillaginoſi g̃natiua ⁊ aggregatiua: qḋ flegma nõ raro ſtõcho ſuo oppilationes efficit: que cognoſcũ ꝑ ſua tẽſione grauitate ⁊ nauſea: que nõ eſt aliud q̃ appetit⁹ qdã q̃ſi ad uomitũ incitatiuus. Ac etiã flegma in ſtõcho ſuo ad uapores ꝯuerſũ ⁊ uẽtoſitates iflatione tẽſione rugitus ⁊ ruct⁹ in eo g̃nãt: q̃ ſunt cã debilitãdi digeſtiuã eius infrigidãdo leniẽdo ⁊ laxãdo: etiã q: cibaria ⁊ pot⁹ i ſtõcho mobilitata ⁊ agitata efficiunt: vñ nõ hñi amplexanꝫ a ſtõcho etiã nõ hñi digerenꝫ.

Cũ ergo

iſte vir pcepit accñtia ꝑdicta: aut plura ipſoꝝ ꝑuideat ſibi aliq̃ iſtoꝝ octo remedioꝝ. ¶ Quoꝝ p̃m ẽ. ℞.maſtices garioſiloꝝ cubeboꝝ nucis muſcate.añ.ʒ.j.reſine electe.ʒ.j.gallie muſca.ʒ.j.ſ.diſſoluanꝫ ſil cũ modico aceti acuti: ⁊ fiat ei cerotũ ſcutale figure ſup panno de g̃na qḋ applicatũ ponaꝫ per ſpatiũ vni⁹ mẽſis. ¶ 2ᵐ võ ꝑncipale remediũ eſt q̃ iſte vir in cibarijs accipiat ſepe mẽthã coctã aut pulueriçatã ſup ferculis appoſitã. ¶ 3ᵐ võ remediũ eſt q̃ ſaltẽ in ſeptimana bis accipiat radicẽ vnam çiçiberis viridis electi: poſt quã tardet prãdiũ per tres horas. ¶ 4ᵐ remediũ eſt q̃ ſaltẽ in ſeptimana ter hic vir comedat tres uel 4ᵒʳ bolos de raphano ifuſo in aceto. ¶ 5ᵐ võ ꝑncipale remediũ eſt ut ꝑn⁹ prãdij ⁊ cene ſemꝑ accipiat rotulã vnã hui⁹ cõfectionis. ℞.ſpẽrũ aromatici ro.deſcriptione Gabriel.ſpẽrũ electuarij de ligno aloes.deſcriptione Aui.5° cañ.ſũma p̃ma.cui⁹ r̃ica electuariũ de ligno aloes nr̃m amboꝝ.añ.ʒ.j.çuccari al.ʒ.iiij.⁊ cũ aq̃ calamẽti fiat cõfectio ſolita in rotulis.ʒ.ſ.⁊ hec cõfectio ꝯſumit flegmata ⁊ apit oppilationes ⁊ carminat uẽtoſitates. ¶ 6ᵐ ſpãle remediũ eſt ut hic vir ſaltẽ bis in ſeptimana accipiat hũc potũ. ℞.aq̃rũ calamẽti aq̃rũ diſtillationis radicũ enule.añ.ʒ.j.ſ.miſce ⁊ calida bibanꝫ in hyeme: mĩn⁹ võ calida in eſtate ⁊ in alijs tpib⁹: ⁊ tardeꝫ cib⁹ trib⁹ horis ad min⁹. ¶ 7ᵐ ſpãle remediũ eſt ut iſte vir q̃nq̃ poſt cibũ per vnã horã deglutiat g̃na.ij. thuris g̃moſi: ſicut cicer ⁊ frãget uentoſitates per ſupius ⁊ per inferi⁹ educẽdo eas. ¶ 8ᵐ ⁊ ultimũ remediũ eſt ut iſte vir aſſueſcat a ꝑn⁹ mẽſis nouẽbris uſq̃ ad mediũ martij accipe coclear vnũ xilobalſami maſticãdo degluttiendo ipſum: ⁊ tardet cibum horis ad minus quatuor.

¶ De mala cõplõne cerebri frida ⁊ hũida: ⁊ de cura eiuſdẽ. Cap.ii.

Secũda võ diſpõ hui⁹ viri ẽ iteꝝ mala cõplõ cerebri ſui fri.⁊ hu.cũ mã flegmatica mucillaginoſa abũdanter ⁊ vitrea ſubabũdanter: ⁊ hec qdem mã diuturnitate ſue more in tãtũ diſcraſiat cerebrũ ei⁹ q̃ ultra egritudinẽ cõplõnalẽ etiã fecit in eo cõpõnales egritudines. videlꝫ oppilationes in anteriori pte cerebri. Unñ ſi mala cõplõ iſta intẽdereꝫ ⁊ multiplicaret mãs ꝑdictas magnã ſuſpitionẽ iduceret tranſeũdi in epilepſiã ⁊ apoplexiã: etiã eo maxie q: hec diſpõ nõ ſolũ eſt ei per eẽntiã: imo etiã ꝑ colligãtiã pẽdẽs a mala diſpõne ſtõchi declarata in ꝑcedenti cap. Cũ aũt adhuc in eo vigeat v̄tus ſatis irritata cõtra mãm depellit ipſam ad nares ⁊ ad palatũ: ad que loca etiã predicte mãe ſui fluxibilitate ⁊ grauitate deſcẽdere iclinanꝫ. Et hẽ mãe nõ ſolũ etiã in palato retinenꝫ ⁊ ore: ſed etiã eedẽ mãe ad pect⁹ deſcendũt facientes tuſſes difficultatem anhelit⁹ ⁊ pectoris grauitatẽ. Et hec ſunt accñtia multũ uehemẽter ledentia predicatores ⁊ alios deditos exercitio legendi clamandi ⁊ uociferandi.

Propter

que oĩa videꝫ mihi iſtis diſpõnib⁹ cerebri.v.remedijs eſſe ꝑuidẽdũ: ⁊ admittẽdo etiã remedia oĩa fere que in ꝑcedẽti cap̃ ſcripta fuerunt magnifice ꝯferũt huic ſui capitis diſpõni. ¶ Primũ ḡ inſtrm̃ eſt ut cũ pcepit hoꝝ mõrũ deſtuxũ ſtatiꝫ memoret abſtinẽre a cibo ⁊ potu ⁊ a ſõno ꝓlixo. Sitiãt enĩ vigilẽt ⁊ fameſcãt qui curãt reumata.5° tertij.cap̃ de cura catarri. Quo admiſſo ſtati hic vir mane in aurora accipiat iſtas pillas. ℞.pillaꝝ de ſarcocolla deſcriptione Meſ.in cap̃ de ea.℈.ij.formenꝫ cũ electuario ido: ⁊ accipianꝫ in aurora abſtinẽdo a cibo per ſex horas: ⁊ per mediã horã añ bibẽdo dimidiã ſcutellã brodij pulli calefacti cũ çuccaro: ⁊ per mediã horã poſt prãdeat. ¶ 2ᵐ ſpãle remediũ eſt hoc. ℞.acetoſi cõpoſiti mellis roſati colati ſyr.de praſſio añ.ʒ.ſ.aque decoctionis ficuũ paſſularũ ⁊ liq̃ritie.ʒ.iij.miſce ⁊ totũ calidũ accipiaꝫ in aurora per 4ᵒʳ horas añ cibũ ſaltẽ per vnã ſeptimanã. ¶ Die võ 8° ſequẽti accipiat hoc 3ᵐ inſtrm̃ ſolutiuũ. ℞.electuarij idi.ʒ.iij.

eluarij de pſilio.ʒ.j.ß.miſce ꝛ calidū accipiat hora ꝛ cōditionib' obſeruādis ſicut in p̄cedētib' ſolutiue dictū eſt. ¶ 4m inſtrm̄ eſt hoc. ℞.violaꝝ ſebeſtē paſſulaꝝ nigraꝝ.añ.ʒ.j.ligritie capilloꝝ uenc.macis croci.añ.ʒ.j.pipis albi ꝛ nigri.çiçi. ciamomi.añ.ʒ.ß.dactyloꝝ piguiū nūero.vij.granoꝝ fiſticoꝝ.ʒ.j.ß.folij ameos ſemis rutbe.añ.℈.j.dactyli ꝛ fiſtici minutim laſi īfundanť in ſapā calefactā per duos dies nāles:deinde coquanť ſil' uſqꝫ ad bonā diſſolutionē:poſt hoc ultimate terant ꝛ īcorporenť cū lib.ß.mellis diſpumati ꝛ bn̄ cocti:deinde diu ↄterēdo īcorporenť ſecū penidiaꝝ.ʒ.j.ß.cū ſpēb' ſuprāſcriptis:ꝛ fiat eluariū:hoc enī ut experientia docebit mirabile ē iuuamētū ad expurgādū totū pect'ꝛ ad mūdificādū cānales pulmonis:ꝛ tracheā arteriā colatoriū ꝛ oia mēbra uocalia. Cū quo plurimos dei ſuos aſſidue p̄dicātes defendi a p̄dictis reumatib' ꝛ īpedimētis uocis. ¶ De pte ḡ aliq̄ ſupradictaꝝ ſpēꝝ hui' eluarij fiat cōfectio in rotulis cum çuccaro ꝛ penidijs:de qua q̄uis hora teneať in ore q̄titas ſabe more loboc. Eſt aūt loboc medicina que in ore retenta calore nāli diſſoluta lābēdo ꝛ lenuīdo deſcēdit ad īferiora ſine maſticatiōe aliq̄. ¶ 7m vo p̄ncipale remediū eſt hoc. ℞ folij ligni aloes ſticados pulegij calamēti añ.℈.j.macis.ʒ.ij. violaꝝ floꝝ nenufa.roſ.coralloꝝ amboꝝ añ.ʒ.ß.pulueriçētur oia per ſe:deinde cōmiſceanť:ꝛ triplex ex hoc puluē fiat adminiſtratio. ¶ Et p̄ma eſt ꝙ ex hoc puluē accipiať.ʒ.j.ꝛ ligetur in ſindone bene retorta de grana ꝛ ſepe odoretur. ¶ 2a eſt ut ex ipſo a p̄n° octobris per totum mēſem februarij ſup tota caluarie capitis pulueriçeť quātitas ſex granorū ordei in oi ſeptimana ter in ſero cū uadit ad lectum. ¶ 3s vo modus adminiſtrādi dictū puluerem eſt fortior. ℞.reſine electe.ʒ.ij.ß.laudani puriſſimi.ʒ.j.ß.diſſoluanť gūme cū modico aceti acuti ꝛ fiat cerotū latitudis triū digitoꝝ ſup panno de ḡna:ꝛ lōgitudis coopiētis a ſumitate capitis uſqꝫ ad p̄nm frōtis:qd̄ poſt raſurā capilloꝝ applicetur caluarie. Eſt aūt caluaries anterior ps capitis qua hoies calui efficiunť.

¶ De hernia ꝛ cura eius. Cap.iij.

In cuius cura cōplicādo ſiā remedia male cōplonis ipſoꝫ renū τ male cōpōnis eoꝫ pcurātiue octo ponā remedia: que erūt utriqꝫ haꝫ egritudinū appropiata. ¶ De quꝫ numero primū eſt ꝯfectio de fiſticis tacta ſupra in cap regiminis ſtōchi. ipſa eni lenat: mūdificat: τ abſtergit māes a renib⁹ rūpēdo τ educēdo harenas τ lapillos ab eis. Iuxta illud 18⁹ tertij. fiſticis eni ꝫ ineſt vͬ⁹ qua cōminuit lapis qui eſt in renib⁹. ¶ 2m remediū eſt hoc. ℞.ſucci alkekēgi.ℨ.ij.ſucci apij.ℨ.j.det in mane in aurora tepidū calidū cū multo çuccaro. ¶ 3m remediū τ bn̄ mundificatiuū eſt hoc. ℞.ſpērū eluarij de ſeminibus deſcriptione Aui. 5⁹ can.ſūma pma.ℨ.j.ſeminis apij: carpobalſami: ſiſeleos: orobi rubee tinctoꝫ: ſe.ſparagi: acetoſe: τ ſcariole.añ.ʒ.j.ſ.ſeminū ōtuor colum frigidoꝫ.ℨ.j.ſ.medulle fiſticoꝫ.ℨ.ij.radicis ſaxifragie: ſemis milij ſolis: τ vitri cōbuſti.añ.ℨ.ſ.ſyr. de eupatorio lib.ſ.mellis roſ.ℨ.iiij.ifundant fiſtici mūdati in aqˀ rubee tinctoꝫ per duos dies nālēs: deīde ꝯterant: τ cū eis que dicta ſunt: τ lib.ſ.çuccari: fiat eluarium: de quo poſtqꝫ cōpleuerit aqˀs ſupraſcriptas per vnū mēſem continuū in aurora accipiat coclear vnū τ tardet cibū horis ad minus 4or. ¶ 4m remediū eſt hoc. ℞.ſe.milij ſolis: radicis peonie: lapidis ſpōgie egyptiaci.añ.ʒ.j.pulueris cicadaꝫ cōbuſtaꝫ.ʒ.ij.ſpērū ꝫ eluarij deſcripti 5⁹ can. qđ intitulat de ligno aloes.ʒ.ij.çuccari al.cocti cū ſyrupo compoſito acetoſo lib.ſ.τ cū ꝫ pulueribꝰ predictis fiat ꝯfectio in rotulis.ℨ.ſ.de qbus oi mane an̄ prādiū per duas horas accipiat rotulam vnā. ¶ 5m remedium eſt ut iſte vir ſepe utat in ferculis τ potu ſuo aliqđ de aqˀ ſparagi τ ſaxifragie eq̄liter cōmixtis.

¶ 6m remediũ eſt: ut cũ uadit ad mẽſam degluciat q̃tuor uel quinque grana bedegar in uere ⁊ autũno in q̃b9 floret: ⁊ grana fac. ¶ 7m remediũ eſt: ut ipſe ſepe iungat renes ſuos cũ unctione iſta. ℞. olei irini ⁊ nardini. ana. ℥. j. ſ. ſucci radicũ ſparagi: aristolegie lon. ſpice nardi: flo℞ eupatorii: ſemis petroſil. apij: ⁊ ſparagi. ana. ℥. j. cere albe quãtũ ſufficit: fiat unguentũ molle qḋ poſt bulliat in. ℥. iij. ſucci apij uſq3 ad ↄſumptionẽ ipſi9: ⁊ de iſto unguẽto actu calido iungant renes ⁊ ambo ilia ter in die naſi ⁊ ſupponat lana ſuccida bñ pectinata ⁊ decẽter calida. ¶ 8m remediũ eſt: ut ſi iſtaret dolor magn9 in ptib9 renũ ⁊ etiã in loco ſiteri ⁊ colli ueſice: ad que duo loca mãe frequẽter declinãt ⁊ dolores magnos efficiũt: tũc fiat fomẽtatio cũ magnis ſpõgijs ſuppoſitis renib9: aut ſuper q̃bus nudus eger ſedeat cũ ſiteri. Cui9 decoctionis deſcriptio eſt hec. ℞. fenugreci grano℞ ſiſami: ſe. malue ⁊ altee ana lib. ſ. cimini. ℥. j. ſ. ſemis apij feniculi. ana. ℥. ij. ſeminũ colum frigido℞ ana. ℳ. iij. paſſula℞. ℥. ij. ruber tincto℞ viridis lib. ſ. corticũ papaueris numero. v. camomille meliſſe ana. ℳ. viij. bulliãt ⁊ in maſtello vno aque uſq3 ad ↄſumptionẽ 3e ptis: in qua infundat eger uſq3 ad ſpatulas ⁊ ſedabit ilico dolores: aut ſaltẽ locis predictis applicent ſpõgie: ut dictũ eſt. Hec enim octo remedia ſolẽniter ↄferunt oĩbus doloribus ⁊ oppilationibus renũ a q̃cunq3 fere cauſa cõtingant ⁊ educunt lapidem ⁊ harenas ſolẽniter.

¶ De mala cõplexione cerebri frigida ⁊ humida materiali ⁊ eius cura. Cap. v.

Quinta egritudo hui9 viri eſt mala diſpõ cerebri ⁊ oium fere ptiũ capitis eius ꝓueniẽs a cã frigida ⁊ humida mãli ipſi9: ꝓpter quã mẽte mãe flegmatice aquoſe ⁊ mucillaginoſe generant ⁊ ↄgregant in capite: ſiue iſta diſpõ cerebro ſit appropata: ſiue ipſa ſit per colligãtiã ptialiter dependens ab iferiorib9 membris aut utroq3 mõ ſe hñs ſicut eſt rõnabile ↄcedẽ egritudinib9 ⁊ quaſi ꝓſeneratib9 ſicut eſt uerisimile. Et hec mala cõplexio etiam frequẽter eſt cũ eleuationis materierũ cholericarũ ad caput: que aquoſo flegmati commixte acquirunt ſalſedinem: ꝓpter qḋ ex his facile intelligit multitudo ſputaminis aq̃ſi qñq3 ſalſi: quandoq3 inſipidi in eo perſeuerantis.

In cuius qdẽ diſpõnis cura videt manifeſte ↄferre poſſe oia remedia: ſtõcho ⁊ epati iã ꝓparata ⁊ deſcripta. Ego võ ad cõplemẽtũ eo℞ que neceſſo vident in rectificatione cerebri ſiũ q̃tuor adiungã ſingularia remedia. ¶ Quo℞ pmũ eſt hoc. ℞. macis coriãdi citri ana. ℥. j. ſ. ligni alo. ſtoracis calamite galãge nucis muſ. cubeba℞ grano℞ paradiſi ana. ℈. j. corallo℞ ru. ſãdaľe roſa℞ ana. ℈. ſ. ambre muſci. ana. g̃. iij. ga℞. ℈. ij. pulueriçent oia per ſe. deinde cõmiſceant ⁊ de hoc puluẽ pulueriçet anterior ps capitis rota caluarie noiata oĩ ſero qñ uadit ad lectũ a medietate ſeptẽbris uſq3 ad medietatẽ martij futuri. 1442. ¶ 2m vo remediũ eſt hoc. ℞. metridan electi ſoti℞ magne deſcripte ab Auic9 5o cañ. ana. ℥. j. ambre muſci ligni aloes croci ana. g̃. v. incorporent ſimul cũ modico ſyrupi de ſticadose ⁊ fiat electuarium. ⁊ de hoc electuario oĩ ſine. v. die℞ accipiat. ℥. j. cũ modico vini aromatici tepidi. ¶ 3m remediũ eſt hoc. ℞. ſpẽ℞ dyamuſci dulcis ⁊ pliriſar. ana. ℥. j. maiorane. ℥. ſ. origani. ℥. ij. macis ad põdus oium fiat puluis qui liget in ſindone retorta ⁊ ſepe odoramẽtũ fiat ex ea. ¶ 4m remedium eſt hoc. ℞. ſaponis albi. ℥. j. laudani ſtoracis calamite ligni aloes myrre pulueris arthanite ſticados ⁊ baccarum lauri. ana. ℥. ſ. ambre muſci. ana. ℥. ſ. pulueriçent oia ⁊ cũ aqua roſa℞ muſcata fiat pomũ: de quo lauãdo caput cum lixiuio fricet ipſum diligẽter. Et hec de q̃nta egritudine eius.

¶ De cala debilitate uſis corporis ⁊ cura euſdẽ. Cap. vi.

Sexta egritudo ꝑncipalis ei9 etiã uerẽda ſatis eſt uſis debilitas corporis ⁊ ꝓueniens ꝓpter a debilitate cordis ꝓpter malã cõplonẽ in eo acq̃ſitam per colligãtiã ſtõchi epatis capitis ⁊ alio℞ ptium predicta℞ cum eo. Cui ad ipſam ſequunt accitia lipothomica que ſolent ⁊ q̃ pluribus caſus virtutis ⁊ ꝓpter paulatiue euenire. Si eni feſtin9 ⁊ fortis eſſet virtutis caſus: tũc ↄuerteret cũ formali deſcriptione ſyncopis accepta 12o terrapẽ. 5o cap. ubi dĩ q̃ ſyncopis eſt acuta ↄciſio virtutis ſupple vitalis qua totũ corpus regit: etiã caderet hoc totũ in ſpeculatione expoſitionis diffinitionis ſyncopis accepte. 2o tertij. 2o tractatu. cap. de ſyncopi. ubi dĩ. Syncopis eſt deſtructio pluriũ virtutũ uel maioris ptis virtutis motiue ⁊ ſenſibilis ꝓpter debilitatẽ cordis: ⁊ aggregationẽ ſpirit9 totius ad ipſũ ꝓpter cauſam mouẽtẽ eũ ad iteriora: aut ꝓpter cauſam ꝓfocãtẽ ipſum iterius: q̃re nõ iuenit reſpiraculũ: aut ꝓpter ſuã paruitatẽ ⁊ ſubtilitatẽ ſuã: quare nõ ſupfluit ſup illum qui reperit in minera: ⁊ q̃litercũq3 cõtingat neceſſe eſt hanc cordis diſpõnem rectificari: aliter piculũ minat maximum.

In cuius qdẽ diſpõnis cura uel rectificatione pretermitto multũ ↄferre poſſe oĩa inſtrã que ſtõchum ⁊ epar eius rectificãt ⁊ caput: ⁊ ꝓprie illud qḋ deſcriptũ eſt de pulue ⁊ electuario tactis. Preter hec adẽ quatuor ſingularia deſcribã medicamina. ¶ Quo℞ pmũ eſt cortex citri ↄfectus: de quo panẽs oĩ die ante cibũ quando pcipit has lipothomias degluciat fruſtũ vnum. Et ad hoc excellẽter ualet caro citri cũ çuccaro ↄfecta ante cibum ⁊ poſt cibum frequẽtata. ¶ 2m remediũ eſt hoc. ℞. ſpẽrum dyambre ⁊ eluarij de ligno aloes. ana. ℥. ij. çedoarie. ℥. vj. miſceantur inſimul: ⁊ de hoc puluere fiat ſacculus fere quãtitatis ſemiſſis de ſindone retorta qui ſemp cordi ſuper ſiniſtra mamilla applicatus portet. ¶ 3m remediũ eſt: ut fiat confectio ex cap. de egritudinibus cordis de qua per duas horas ante prãdium ⁊ cenã accipiat. ℥. ſ. bibẽdo poſt ipſam modicũ vini mal. ele. ⁊ quieſcẽdo ſup eã. ¶ 4m remediũ eſt hoc. ℞. margarita℞ elec. ℥. j. çedoarie. ℈. ij. muſci: ambre añ. ℥. j. pulueriçent oia per ſe: ⁊ cõmiſceant: ⁊ qñ actualiter exiſtit lipothomicus: aut ſyncopalis mot9 ex hoc puluẽ de. ℥. ſ. cũ. ℥. 4. vini predicti: ⁊. ℥. ſ. aque carnis facte per ſublimationẽ boni pulli: ⁊ remouet hoiem a ſyncopi ⁊ piculoſis accitibus iam pretactis a q̃bus oĩpotens deus miſericordia ſua ipſum tueatur ad laudes eius perpetuas. Amen.

Cõſilium. 139.

De quinque malis diſpõnib9. videlicet. ¶ De apoſtemate ſtomachi. ¶ De ſalsu cordis. ¶ De anhelitu cõſtricto. ¶ De tuſſi forte interpolate moleſtãte. ¶ De febre inſeparabili. ¶ Diuidit autem conſilium in ſectiones duas.

Sectio prima

Continens vnum capitulũ.

¶ De cauſis dictarum diſpoſitionum. Cap. i.

Vir inſignis Baptiſta Anconitan9 diuerſis ⁊ numero plurib9 laborat egritudinib9: q̃rũ plura accitia rõnabilius q̃ egritudines denoiari debẽt. vident enim aliqua ipſarũ ab vna ꝑncipali egritudine tanq̃ a ſua radice depẽdẽtes: ut paulopoſt demonſtrabit: ⁊ ſunt numero tales. ¶ Prima qdem eſt apoſtema ſtomachi: qḋ meo iudicio cronicũ eſt ⁊ pmutatione magis q̃ icipiẽdo factũ. ¶ 2a vo eſt diſpõ cordis que ꝓprie ſalt9 denoiari debet. ¶ 3m vo eſt nocumẽtũ in anhelitu ipſi9: qḋ licet in cap. de aſmate collocãdũ ſit: ꝓprie tñ anhelit9 ↄſtrictio appellari debet. ¶ 4m vo nocumẽtũ eſt fortis tuſſis iterpolate moleſtans ipſum cum difficultate expuitionis. ¶ 5m vo eſt febris inſepabilis: de cui9 ꝓprietate eſt ↄſeq apoſtema iteriorũ mẽbro℞: ⁊ maxime nobiliũ: ut colligit 4o primi. cap. 25o ibi. Occultorũ autem apoſtematum febre ⁊c̃.

Et quia ſupra dictũ eſt plurimas harũ diſpõnũ eſſe accitia ad alterã earũ ↄoia: videt rõnabile declarari debere. Iniuſtũ eſt enim vni pre alijs credere ſine demõſtratione aliquo℞ primo. Ideo dicendum q̃ ꝑncipalis egritudo que omnium aliarũ eſt cauſa debet poni apoſtema ſtomachi ꝑdictũ. Eſt eni apoſtema tale notabile

extēſionis ⁊ duritiei ſicut ſenſus tact⁹ oſtēdit tāgēti ⁊ patiētis
regionē ſtō͞chi palpāti parū infra os ipſius verſus medieta
tē: ⁊ fundū ſtō͞chi ꝑquirēdo: ⁊ q2 dolor comitatur apoſtema
nō ſolū tpe cōpreſſionis: ſed etiā abſq3 cōpreſſione. Jdeo fa
cile ɔcludi pōt ꝙ apoſtema tale eſt in fine augmēti ponēdū
in quo mā̄ ſm ptē extraneat: qđ etiā ꝓbat febris intēſio ma
ior nūc ꝙ prius. Nā circa gn̄ationem ſaniei dolores ⁊ feb. res
accidūt magis ꝙ facta ſanie. aſſo.ꝝ 2°. ❡ Et rōnabile iterū
eſt hoc apoſtema durū a mā̄ melācholica genita ex aduſtiōe
cholere vitelline ⁊ ſanguinis inſimul fuiſſe factū ꝑmutādo
magis ꝙ incipiēdo. Raro enim apoſtema durū ſtō͞cho acci
dit incipiēs. ut patet in diuiſionib⁹ Almāſ. caꝑ. 6° ſicut raro
accidit ſtō͞cho apoſtema durum ab apoſtemate flegmatico
cui accidit ut indureſcat. 12° tertij. tractatu 4°. caꝑ 3° in prin
cipio. Neq3 etiam hic appent ſigna per que dici poſſet hoc
apoſtema eſſe a melācholia nāli factū. Neq3 enim in loco il
lo eſt tāta duritieſ quāta ſolet cōcomitari apoſtemata a me
lācholia nāli facta. Jntēſio etiā febris pūgitiuus dolor calidi
tas ⁊ pulſatio tactu ꝑcepta vident̃ hoc ꝓbare rōnabiliter:
ꝗre relinquit̃ hoc apoſtema factum eſſe a mā̄ melācholica
ex aduſtione ſanguinis ⁊ cholē facta. qđ etiā declarat exten
ſio coloris in citrinitatē fuſcedini cōmixtam ⁊ malitiei ha
bitudo oīs ⁊ pulſatio fortis in pte. Et hec de inueſtigatione
apoſtematis ⁊ reductione ei⁹ ad ſpēm ſuā ita ꝯtrāſeant ⁊c̃.

Inſuper

ꝙ pulſus ⁊ ſalt⁹ cordis ꝑdict⁹ ſit accñs hui⁹
apoſtematis ex pluribus declarari poteſt.
❡ Primo per colligāciā ꝓpinquitatis. ptis enim apoſtemoſe
in ſtō͞cho ad baſim cordis eſt magna ꝓpinquitas. ❡ Jtē per
colligātiā ad 2m ⁊c̃. hoc declarari pōt. Colligat̃ eni3 ſtō͞chus
cordi mediāte dyafragmate arterijs uenis ⁊ ligamētis utrū
q3 eoꝝ inuicē annectētibus: ꝗre cor per cōpaſſionē abſolu
tā ⁊ nō abſolutā a ſtō͞cho cōpati pōt. Cum igit̃ ab hoc apo
ſtemate mala cōplo calida mūs ⁊ vaporoſa coicet̃ cordi:
neče eſt in corde augmētari neceſſitatem notabilr. Oportet
igit̃ virtute exiñte forti ⁊ organis obediētibus aſſignatis fieri
dyaſtolē cordis magnā: per quā piramidalis pe cordis for
tē faciat pulſationē circa mediū thoracis: ſed illa eſt rō for
malis ſalt⁹ cordis: ꝗre ⁊c̃. Ex quo appet ꝙ ſi creſcente aut re
manēte augmēto neceſſitatis pari in corde ſicut prius debilis
tet̃ vt⁹ cu3 iſtoꝝ obediētia: neče erit dyaſtolē ⁊ ſiſtolē cordis
fieri velociores ⁊ frequētiores: ⁊ aſſignabit̃ tūc motus tre
mulus cordis: quod erat declarādu3. ❡ Amplius ⁊ 3° ſen
ſibiliter arguit̃ ſic. Si per cōpreſſionem dyafragmatis ab
apoſtemate ſtō͞chi factam pōt cōprimi ſubſtātia cordis ⁊ vir
tus cordis moleſtata laborabat ad oppoſitū: neceſſe erit aſ
ſignare uehemētem motum in corde factum ad tollendam
predictā cōpreſſionem: ſed hoc fieri nō poterit niſi per elon
gationē ptium cordis a cētro ad circūferentiā: ſed per talem
elōgationem neče accidet in thorace ſaltatio fortis ⁊ talis
erit ſalt⁹ predict⁹. ergo ⁊c̃. Et ſenſit hec oīa princeps xi° tertij.
caꝑ de tremore cordis. ubi per colligātiam dyafragmatis ⁊
ſtō͞chi aſſignat ipſam ɔđ dixit. Aut ſupple fit tremor cordis
cum coitate pānuculi ſui. ſ. caſſule cordis: ita ut accidat in ea
apoſtema durum aut molle: ſicut accidit ſimio ⁊ gallo. Caſ
ſula aūt cordis colligat̃ dyafragmati aut eſt coitate ſtoma
chi: quoniā in ipſo eſt humor vitreus aut mordicatiu⁹ cho
lericus aut corrūpit̃ in eo cibus: aut cum coitate oium mē
broꝝ que dolēt uehemēter. Et qn̄q3 multiplicat̃ cum coita
te ſtomachi ꝓpter humorem qui eſt in eo: aut borbor in ore
eius: ⁊ infra parū: ⁊ qn̄q3 accidit ꝓpter tremorē in ore ſto
machi ⁊ ɔtinuat̃ illud: ⁊ eſt ſimilior res tremori cordiali: ⁊
hec de tremore cordis ſufficiant. ❡ Recolligēti igit̃ predicta
apparet manifeſte ꝙ talis ſaltus cordis eſt accñs. Si enim
prius ꝙ fieret apoſtema nequaꝙ moleſtabat virum hunc. ⁊
cu3 pn̄tia huius apoſtematis nunc perſeueret. excluſis etiā
alijs cauſis huius ſaltus effectiuis per colligantiam uel per
eſſentiā ipſius cordis: oportebit ꝯcedere talem ſaltum
cordis eſſe predicti apoſtematis accidens: quod erat prīci
paliter declarandum.

Nocumētu3

vō in anhelitu qđ virū iſtum mo
leſtat ingēter: lȝ poſſet collocari ſub
capl'o aſmatis: qđ eſt egritudo pulmonis cum qua patiens
nō inuenit excuſatione ab anhelitu frequēti: ſicut eſt anheli
tus quo laborat pfocatus: ⁊ feſtināns: ɔuenientius tn̄ hec an
helitus difficultas ſub caꝑ de cōſtrictione anhelit⁹ colloca
ri debet: eo q2 anhelitus hic ɔuenientē cōpleri non pōt ſm
exigētiam dyaſtolis dyafragmatis qđ ɔtinue cōprimit̃ ab
apoſtemate ſtō͞chi ſibi colligati: eo q2 ſuperior pars ſtomachi
que ſubſternit̃ dyafragmati apoſtemata eſt. Et apoſtema
eius notabiliter magnū ⁊ ſufficiēter cōprimere pōt dyafrag
ma ipſum tpe quo dilatari deberet ut cōſtrictū remaneat ⁊
cōpreſſum ab apoſtemate talis anhelit⁹ neče cōſtrict⁹ noia
tur: ut colligēdū eſt x° tertij. tractatu ꝑ. caꝑ de ſermone vni
uerſali malitie anhelit⁹. Et clarius ſequēte caꝑ illo dum in
qt Auic⁹. Cōſtrictio anhelit⁹ ut nō inueniat aer in quo fit
exercitatio cū anhelitu meatū in pte ſui motus: niſi ſtrictu3
in quo nō penetrat. ſ. aer niſi paulatim. Et vide inferius: q2
licet aſſignare hāc cōſtrictionē anhelitus fieri poſſe ex apo
ſtemate inferioꝝ mēbroꝝ. de ſtomacho etiam non fuit obli
tus. ❡ Qđ aūt hec anhelitus ɔſtrictio ſit accñs huius apo
ſtematis deducit̃. ❡ Primo ante iſtud apoſtema nō erat
nocumentum anhelit⁹: aut valde paruum quandoq3 erat
❡ 2°: q2 tale nocumētum anhelitus intendit̃ ⁊ remittit̃ ſm
intēſionem ⁊ remiſſionem talis apoſtematis ⁊ acciñtiū eius.
❡ Et 3° etiā: q2 ꝓpter pōdus apoſtematis ɔñs grauitatem
materierum apoſtemantium pcipit̃ anhelitus ɔſtrictio: ac
ſi dyafragma deſcēderet ad inferius. ❡ Et 4° iterū hoc oñ
dit: qm̄ ex pſeuerātia tuſſ's magnifice intēdit̃ dolor in loco
apoſtemoſo: ex cuius intēſione iterū magnifice nocet̃ anhe
litus. ꝗre ex his oībus ſatis appere pōt tale nocumentum
anhelitus eſſe huius apoſtematis accidens.

Uidere aūt

tertij accñtis ſuprāſcripti. ſ. tuſſis for
tis cām nō eſt difficile: eo q2 dyafrag
ma ipſu3 a tali apoſtemate cōpreſſum notabiliter dolet: aut
ꝓpter ſolutionē ɔtinuitatis que eſt diſtēſio fortis in ipſo fa
cta a cōprimēte mā̄: aut ꝓpter malā cōplexionē ſequētē ad il
lud. Ex quoꝝ amboꝝ nocumēto ſequit̃ tuſſis a virtute fa
cta ꝓpter fugā nocumēti predicti. Eſt enim tuſſis ex moti
bus qbus nā expellit nocumētū a mēbro aliquo: ⁊ hoc mē
brū in tuſſi eſt pulmo. ⁊ mēbra que ei ɔcomitant̃ ⁊ cōtinuā
tur: ut patet xi° tertij. tractatu 3° in exordio. ❡ Qđ vō hec
tuſſis ponēda ſit accñs talis apoſtematis declarari pōt ex
rōnibus parū ante tactis: qbus oñſum eſt conſtrictionem
anhelitus eſſe huius apoſtematis accidens.

Febris

que viru3 iſtū moleſtat inſepabilis ⁊ cōtinua
eſt ⁊ humoralis. ❡ Neq3 eni3 aliqbus rōni
bus oñdi pōt ipſam eſſe effimerā aut ethicā ſi diligēter exa
minent̃ collectiones ſignoꝝ per que cognoſcunt̃ effimera ⁊
ethica. Relinqtur igit̃ ꝙ talis febris eſt humoralis ⁊ nō pa
roxiſmat ſingulo die: neq3 per tertiū neq3 per quartum erit
igit̃ inſepabilis. Neq3 etiā aliquo euidenti ſigno uel ſignis
deduci pōt ipſam eſſe aliqn̄ ſanguineā. Neq3 enim eſt eq̄li
ter ſtans: neq3 declinās: nec ɔtinue vniformiter augmētat̃.
igit̃ nō eſt ſanguinea a ſufficienti diuiſione. ❡ Adhuc etiā
talis febris nō eſt lactica: nec ɔtinue facta putredine flegma
tis aquoſi mucillaginoſi nec vitrei. Nec huius febris mate
ria eſt flegma aceroſum acre uel ſalſum uel inſipidum in ue
nis putrens. igit̃ nō erit aliqua de flegmaticis continuis a
ſufficienti diuiſione. ❡ Adhuc etiā febris nō eſt cōtinua de
melācholia nāli uel nō nāli. eo q2 nō reuoluit̃ exacerbando
per quartū3. ⁊ illa eſt ꝓprietas febriū melācholicaru3 ɔtinua
tarum. igit̃ ⁊c̃. ❡ Amplius pari rōne deduci pōt ꝙ talis fe
bris nō eſt ſimplex cholerica ɔtinua: neq3 enim fit a chole
ra rubea neq3 a cholera vitellina uel citrina putrētibus in
uenis. igit̃ nō eſt continua cholerica. Etiā q2 ipſa nō reuol
uit̃ exacerbādo per tertium. ❡ Relinqtur igit̃ ꝙ hec febris

nõ põt dici de numero aliq̃rum ↄtinuatarũ ſimplicium:ut patet ↄſideranti hunc decurſuʒ. Oportet igiť neceſſario ↄce dẽ ꝙ hec febris eſt vna ↄtinua ꝓueniẽs mã mixta ex mate ria melãcholica genita ex aduſtione ſanguis ꝛ cholẽ: ꝓpter qḋ facile videri põt q̃re ↄfuſa ꝛ idiſtincta acciñ reuolutio ↄcomitet͛ hãc febrẽ. ¶ Qḋ aũt febris hec ſit hui⁹ apoſtema tis accñs:ita clare liquet ex diſcurſu iã facto:ꝙ nõ eſt opus amplius illud rõne deducẽ. Hec itaqꝫ ſunt que de egritudi ne ꝛ accñb⁹ huius viri theorice ↄtẽplãdo videntur.

Ex quorum contẽplatione facile videri põt quã tum res iſta difficilis exiſtat ꝛc̃. Eſt enim egritudo cõplicata cum accidentibus multum vere dis:eo qꝛ talia in ſeipſis multum intenſa ſunt. ¶ Et iterũ qꝛ ſunt accidentia partim mẽbri qḋ obtinet ꝑncipatum in ter alia:partim võ membroꝝ magnifice dignitatis:ut dya fragmatis ꝛ ſtomachi. ¶ Et 3⁹ iterum qꝛ accidentia ſunt aſ fixa:eo qꝛ egritudo cronica eſt.

Sectio 2ª

Cõtinens duos tractatus. ¶ Tractatus ꝑmus eſt de regimine diſpoſitionum per ſex res non nãles:ꝛ continet capitula ſex.

Ex his oibus apparere põt difficultas cu rationis eius:que diuidẽda eſt in du os tractat⁹. Et ꝑmus erit de hui⁹ egritudinis ꝛ ſuoꝝ accñũ regimine per cõueniẽtẽ menſuraꝫ ſex rerum nõ nãlium. Scḋs võ de regimine eius per admi niſtrationẽ inſtrumẽtorum medicinalium.

¶ De aere ꝛ annexis ſibi. Cap.i.

Menſura itaqꝫ aeris in ſuis q̃litatib⁹ cõuenientis nõ ſolũ eligẽda:ſed etiã in q̃titate opꝫ ipſum me tiri. ¶ Nõ igiť iſte vir cõmorari debet in domo uel in camera ubi aer multo occurſu uel ueloci ꝛ liberi ſit igreſſus ad ipſuꝫ. talis eni aeris appli catio nõ ſolũ ſalui cordis de quo ſupra dictuꝫ eſt nociuus eſſet:ſed etiam oibus alijs predictis diſpõnibus noiatis. aer enim qui ita liber eſt nocet ei:qui ois ſtõchi atqꝫ cordis q̃ſi cõplexionem habet. Almãſ. 3⁹ cap ꝛ 5⁹. ¶ Eſt aũt eligẽdus aer ad leuẽ caliditatem inclinatus ꝛ magis ad humiditatẽ q̃ ad ſiccitatẽ inclinatus. Tales enĩ q̃litates videnť oi ſue diſpõni ↄueniẽtes. Neqꝫ etiã aer iſte parũ calidus exiſtens poterit augmẽtare neceſſitatẽ in corde:ꝛ ſaltẽ eius remiſſa caliditas nõ videť potẽs ad illud. Amplius ex tali aere ma gis iuuamẽtum acqreret͛ ad diſpõnes alias q̃ cordi nocu mẽtum fieret ex eo. ¶ Vitet etiã mãſionem in locis antiq̃ rum edificioꝝ terrancis ꝓpe curſum aquarũ ſtãtibus:ꝛ fu giat cameras teſtudinales reuolutiones hñtes. In quibus etiã inueniat͛ ↄſuetudo flatus ſeptẽtrionalis uenti ac meri dionalis:qui plus oibus uẽtis egritudinẽ inferre potius eſt. Et ꝙ maxime ſi in eſtate flauerit ꝛ in fine ueris. 3⁹ Almanſ. preallegato cap. Ventus igitur orientalis ꝛ domus ei expo ſita pre ceteris eligenda ſunt. ¶ De annexis võ ei ut ſunt te gumenta corporis debet ↄueniẽter ueſtibus muniri. Et ca ueat ſummope ne aliquis ueſtis eius pectus ſtomachum. ꝛ hypocũdria ↄſtringẽdo cõpmat ꝓpter cãm notam ꝛc̃.

¶ De motu ꝛ quiete. Cap.ii.

Motus ꝓgreſſiuus ꝛ uliter exercitiũ oẽ qḋ totum corpus moueat͛ ſaltẽ ↄueniẽter oino icõueniẽ tes ſunt ei:imo ſi poſſibile foret qeſcere ſedendo uel iacẽdo oino eidẽ ncẽum eſſet:ut mãc tam in ſtõcho q̃ in pectore ↄtente cõuenientius digeri poſſent:qꝛ exercitio acqreret iuuamẽtũ iſenſibilis euacuatio nis materierũ ꝛ diuerſionis eaꝝ. ¶ Et qꝛ nõ bñ fieri põt ex ercitiũ ſine nocumẽto diſtractionis ſpũum ꝛ mẽbrorum. Jõ loco eius fricationes alique adminiſtrari pñt incipiendo a genib⁹ uſqꝫ ad pedes iferius trahẽdo cũ pãno ſicco medio criter fricãdo uſquequo aliq̃liter incipiat rubere cutis: dei de ꝓueniat͛ ad inguina uſqꝫ ad genua ſilr infra trahendo. Et tertio a natibus uſqꝫ ad inguina ꝛ uertebra fricatio fiat ut dictũ eſt ꝓducens ad rubedinem cutis:ꝛ hoc fieri põt in ſero per horã vnã añ cenã. Et ſilr ſequẽti mane fricatio fieri põt. Et bonũ erit ꝑdictis fricationibus uti a principio hu merorũ uſqꝫ ad manus. fortificata aũt exiſte virtute nõ diſcõue niret leuis motus ꝓgreſſiuus ꝑdictis horis factus aut ali quis ſimilis quo manus pauliſper moueretur in ſcribẽdo uel aliter aliquid incidendo:aut onera manibus portando ad diſtractionem materierum ꝛc̃.

¶ De inanitione ꝛ repletione. Cap.iii.

Mmnẽ repletionẽ tã ciboꝝ q̃ potuũ euitãdaꝫ eſſe a viro iſto manifeſtũ eſt:eo qꝛ augeret͛ pectus:ꝛ qꝛ ſtomach⁹ ↄueniẽter digerẽ nõ põt cibũ ꝛ po tũ adhuc pauce q̃titatis:quare ↄuenient⁹ foret ei ptiri cibũ in tres cibationes uel quatuor q̃ in duas:ſic eni rationabiliter conueniẽtius digereret͛. ¶ Si aũt ꝓpter aliquã cãm ↄtingeret repletionẽ ex cibo uel potu factã eẽ:neceſſariũ eſt ad ipſius euacuationẽ ꝓcedere q̃citi⁹ eſt poſſibile. Et ſi repletio talis daret indutias melius eſſet corrigere ipſam cũ abſtinẽtia lõga q̃ cũ aliqua euacuatiõe. Et ſi nõ poſſet abſtinẽtia corrigi cõueniẽter adminiſtretur euacuãtia per inferius repletionẽ illã ſubducẽtia. ¶ Et bo nũ inſtrm̃ eẽt hoc. ℞. melle roſ. colati. ℥.j. aque decoctiõis folliculorũ ſene. ℥.iiij. deť in potu q̃cũqꝫ hora libet. ¶ Aut in potu deť. ℥.j. ſere ſimplicis Gal. cũ decoctione predicta. ¶ Et ſi timeret͛ febris deť. ℥.j.ſ. aut aliqd minus medulle caſſiefiſtule cũ aqua endiuie uel ſolatri. Eſt eniꝫ medicamẽ Auicẽne 3⁹ quarti cap 2⁹. ꝛ in fine. ¶ Mãm autẽ replẽtem uomitu educere in hoc caſu multũ uerẽdũ eſt:eo qꝛ os ſto machi ꝛ ptes eidẽ vicine in viro iſto egrote ſunt. ſtãte enim egritudine in aliqua via:ꝛ ſi ſit nãliter deputata ad euacuã dũ mãs aliq̃s:nõ eſt ſiẽdus tract⁹ per ipſaꝫ:ſed diuerſio ad oppoſitũ. Mãe eniꝫ a ↄcauo epatis euacuãde non ſunt per uẽtrem diſſintericon:imo per vias urine. 4⁹ ꝑmi. cap ꝑ. tñ inteſtinoꝝ ad ↄcauitatẽ epatis eſt via ꝓpinqor ꝛ rectior ad euacuationẽ q̃ viaꝝ urine ad ipſam. ſ. cõcauitatem epatis.

¶ De ſomno ꝛ vigilia. Cap.iiii.

Vigiliã inquãtuꝫ põt hic vir euitare debet ꝓpter debilitatẽ que ſequiť ad ipſaꝫ ex reſolõne:etiaꝫ ex diuerſiõe:uel ꝓpter diuerſionẽ caloris inna ti a cẽtro ad circũferẽtiales ptes. Et tertio qꝛ in vigilia materie ponunť in fluxu. hoc aũt totuꝫ eſt nociuũ ꝑdictis egritudinibus. quare neceſſariũ eſt ma gnã ptẽ tpis occupari ab eo in dormiẽdo ꝛ nõ in vigilãdo. ¶ Et ueꝝ ſi ex applicatiõe ſomni ꝛ vigiliarũ nocẽtiũ paria acqrerent͛ nocumenta:minus tñ lederet͛ eger iſte ex nocu mẽto ſomni q̃ vigiliarũ. ¶ Figura enim dormitionis eius exiſtat cũ inſtãtia doloris ſuper pte ubi melius iacẽdo qeſcit lꝫ enim obſeruãdo canonẽ ↄueniẽtius foret ei prius ſuper dextro q̃ ſiniſtro latere iacere. Inſtãtia tñ doloris obſerua tionem huius regule prohibet:ſicut enim in omni motione corporis cuꝫ dolere qs cepit ſaltẽ qeſcere ſtatim remedium eſt. afforꝝ 2⁹. Ita ꝛ in omni corporis accubatione cuꝫ quis dolore moleſtatur ab eo diſcedendum eſt.

¶ De accidentibus anime. Cap.v.

Omnia aie accñtia per que fortis ꝛ uelox fit in hu morib⁹ ꝛ ſpiritib⁹ mot⁹ a circũferentia ad cẽtruꝫ ſicut in magno timore ꝛ ſibi ſimilib⁹ ꝛ a cẽtro ad circũferẽtiam ſicut in magna iracũdia ꝛ gaudio etiã:eo qꝛ impediunt digeſtionẽ ꝛ ſunt cauſa de prauationis ꝛ corruptionis materierũ:q̃re multũ utile eſt ei nõ eſſe ſollicitũ circa triſtitiã ꝛ fortẽ meditationẽ ꝛ timo roſam de egritudine ſua ꝛ ſibi ſimilib⁹. In oĩ enim egritudi ne ↄfortari mẽte bonum. ↄriũ võ malum ꝛc̃.

¶ De cibo ꝛ potu. Cap.vi.

Cibi oẽs ꝛ pot⁹ qbus uti debet eger iſte in q̃litati bus ꝑmis ſint calidi ꝛ humidi refracti aliqbus le uiter ifrigidãtibus. 2⁹ ſint digẽſtionis facilis. 3⁹ ſint boni nutrimẽti. 4⁹ ſint leuis penetrationis. hec aũt oia neceſſaria ſint in cibis ꝓpter debilitatem

digeſtiue ꝛ neceſſitatē reſtaurādi humores rectificādi ple-
thoriā que adeſt. etiā ꝓpter oppilationes que in eo reperiunt
coartatorias ꝛ attenuatorias. ¶ Panis ergo quo uti debet
ſit de ſimula puriſſima a furfuribꝰ bn̄ mūdatꝰ ꝯuenienter co-
ctus parū ſalis hn̄s ꝛ plus fermēti recipiens q̄ꝫ cōis panis.
¶ Carnes vō quibꝰ utiſ ſint ſicut vituline agnine caſtrati iu
uenis ꝛ capreoli. Carnes vō de q̄drupedibꝰ groſſiores nō ſūt
utiles. Cōueniūt etiā ei carnes pulloꝝ caponū ꝛ gallinaruꝫ
ꝛ anatū iuuēcularū ꝑdicū ꝛ faſianoꝝ ꝛ auiū ꝑuarū cōmorā
tiū in dumetis. Carnes vō columboꝝ domeſticoꝝ aut ſylue-
ſtriū ſunt ſicut gaçelli uel capoli. Ipſe enim inter ſylueſtres
carnes meliores exiſtūt ꝛ ſanguis ex eis genitꝰ paucas hēt
ſupfluitates. 3° Almā. cap. 31°. Aialiū vō in aq̄s degētiuꝫ uel
in nemoribꝰ aut mōtibꝰ: quoꝝ carnes ad melācholie nām i-
clinanſ oēs vituperande ſunt. Et in ſūma quāto carnes ſunt
teneriores ꝛ notabiliꝰ pigues tāto ei laudabiliores exiſtunt.
¶ De ferculis vō q2 difficile eſt inuenire uegetabilia calida
ꝛ humida niſi raro. ideo opꝫ talia fercula ad has q̄litates in
clinari: qḋ facile fieri pōt cū laudabilibꝰ carnibus predictis
ꝛ piguedine porci leuiter ſalita: aut caſtrati vituli animalis
agni ꝛ ſylueſtrium. In diebus vō obſuādis ex lege chriſtico
larū rectificenſ cibi cū recētibꝰ oleis de ſiſamo uel amigda-
lis dulcibꝰ. uel de granis fiſticoꝝ ꝛ de oliuis bn̄ maturis. ꝛ ꝑ
ꝓprie q̄n olea nō ſunt artificiata cū ſale. ¶ Etiā uti pōt, piſci
bus laudabilibꝰ fluuialibꝰ ꝛ maritimis eo mō nō ſint antiq̄
magnoꝝ corpoꝝ ꝛ carniū viſcoſarū. De laudabilibꝰ itaque
ſunt varioli rūbi menule merſiones torrētine orade ſterlio-
nes temali carpiones lucii capedani ꝛ ſimiles. Cancris au-
tē raro utaſ. ¶ Ciboꝝ vō lacticinioꝝ uſus ꝛ ꝓpe ſi lac co-
ctū fuerit ꝯuenit ei. ꝛ caſeus recēs ꝛ mollis pauci ſalis. anti-
quus vō ꝛ ſalitꝰ oino dimittaſ. ¶ De leguminibꝰ ꝛ granis
uti pōt cibis de ordeo pānico ciceribꝰ albis ꝛ rubeis artifi-
ciatis. Riſo etiā cū amigdalis ꝑparato uti pōt. ꝯuenienter eni
nutrit ꝛ exiccat q2 calidū eſt ꝛ ſiccū in 1° gradu. 21° Cōtinē-
tis. cap. 126°. cuiꝰ tn̄ ſiccitas corrigiſ conuenienter cum ſucco
amigdalaꝝ. Etiā alia ſtipticitas que in eo eſt: ut appet 8° de
ſimplici medicina. cap. ꝓꝓo. refrāgeſ ꝛ corrigeſ ab amigda-
lis ut dictū eſt. ¶ De oleribꝰ vō ꝯuenientia ſunt ei ſicut blete
ſpinachia portulaca borago brodiū caulium: ꝛ ſiles plante
cōuenienter lenitiue ꝛ apitiue ꝛ mūdificatiue. ¶ De minutis
vō ꝛ aromaticis plātis cōueniūt ei ſicut ſaluia que poniſ ca-
lida ꝛ ſicca in ꝑ ut Gal. in libello dinamidioꝝ. i. de virtutibꝰ
plātarū. cap. de his que calefaciunt in ꝑ gradu: lꝫ nō multū
apte de ſiccitate exꝑmat Gal. Cōueniunt etiā feniculus pe-
troſil. mētha ꝛ ſilia. moderato tn̄ uſu in cibis accepta ꝓpter
eoꝝ caliditatē ꝛ ſiccitatē. ¶ Fructꝰ vō ꝛ ꝓprie orarij oēs fri-
gidi ꝛ humidi uētoſabiles ꝛ multe ſtipticitatis dimittēdi ſūt
ut ceraſa poma pira dactyli caſtanee meſpila ꝛ ḡnata acria
ꝛ citonia. pōt aūt uti amigdalis recētibꝰ ficubꝰ auellanis ḡ-
natis dulcibꝰ paſſulis ꝛ peponibꝰ bn̄ maturis. Hec eni oīa
ſua leui caliditate ꝛ humiditate ꝯuenientibꝰ bonū exhibēt
nutrimētum. Inter fructꝰ pōt etiā uti fiſticis amigdalis ſic-
cis. Nequaq̄ꝫ aūt tāgat pineas. grana eniꝫ pinearuꝫ nocent
ſtomacho. 13° tertij. cap. de iuuātibꝰ ꝛ nocētibꝰ ſtōcho. ¶ De
radicibꝰ aūt dimittat oēs que uētoſe ſunt excellēter ꝛ calide
ꝛ acuitate ꝑticipāt. ut alleum porrū cepe bulbi. napi aūt in
ſuis tēporibus cōueniūt ei in cibis ꝯditis. Rape aūt dimit-
tende ſunt: eo q2 ſupfluā hn̄t humiditatē ꝛ difficilis digeſtio
nis exiſtūt. Democritus nāq̄ꝫ 3° practice dānauit eas tanq̄ꝫ
corpori nocuas ꝛ inflāmationis ſtōchi excitatiuas: lꝫ Dioſ-
cres ꝛ Dionyſiꝰ oppoſitā ſentiāt: ut ſcripſit Diaſco. in ꝓprio
caplo. Carote aūt placēt mihi: eo q2 calide ſūt ꝛ apitiue me-
diocriter ꝛ precipitant a ſtomacho flegma. ¶ De ꝯditis uti
poteſtis oliuis corticibus arāncioꝝ rapis ꝛ napis modera
to uſu. De alijs aūt que ſumunſ ex ꝑtibus aialium. laudan
dum eſt ei mel moderato uſu: imo eius hydromel confortat
ſtōchuꝫ ꝛ facit appetē cibū. ut 2° can. cap. de melle. ¶ Lau-
danſ etiā ei oua ꝑterq̄ꝫ frixa. Et butyrū recens uel leuiter ſa
litū. ꝛ ſuccaꝝ aūt tabarçet ſcḋe coctionis placet mihi. ¶ Ole-
um etiam recēs oliuarum dulcium ꝛ ſiſis laudanſ. ¶ De
ſaporibus aūt euitet acetū ſalsē ſimplex ꝛ acutū. Euitet etiā
ſuccum granatoꝝ ꝛ ꝓprie acriū: muçoꝝ ꝛ dulcium ſuccus
oino ꝯueniens eſt ei. Succus aūt citonioꝝ ꝛ arancioꝝ ꝛ ly-
monum bonus eſt ei moderato uſu.

De potu aūt ipſe eligat vinū ſubſtātia tenue colo-
re albū uel citrinū ſanctū a Gal. noiatū in
libello de vinis ſapore dulce: non multum excellēter: odore
ſuaue: ꝛ vinoſitate remiſſum aut mediocre: qḋ ſi tale fuerit
ſimplex accipiaſ: aut ſi fuerit potētius frangaſ cū aqua be-
ne decocta. ¶ Si aūt inſtarent ſigna ꝛ accītia caliditatis
intēſe: uti pōt hydromelle facto ex. xx. partibus aque ꝛ vna
mellis decocte uſq̄ꝫ ad conſumptioneꝫ q̄rte partis. ¶ Aquā
vō frigidā fugiat tanq̄ꝫ ignē ꝛ reliquos potus infrigidātes
ꝛ incrudantes materias. Sufficiat hic de cibis ꝛ potibus
ſermo ſuccinctus.

Tractatus 2ꝰ De regimine medicinali conti-nens capitula ſeptem.

TRactatus ſcḋs ꝑtiendus eſt in tot capi
tula quot ſunt intentiones
neceſſarie in cura ꝑdictoꝝ diſpōnum. ¶ Prima
itaq̄ꝫ intētio erit materierū coiuꝫ euacuatio que
nō ſunt per ſe cauſe predictoꝝ. ¶ 2ª intentio eſt
materierū appropatarū ꝛ coium ſimul minoratiua euacua
tio. ¶ 3ª intētio eſt diuerſio materierū fluentium. ¶ 4ª eſt
ipſarū digeſtio cōueniens. ¶ 5ª eſt materierum eradicatio.
¶ 6ª eſt apoſtematis curatio regularis. ¶ 7ª ꝛ ultima eſt
accidentium emergētium uel interadentium: ꝛ aliorum cō-
plicatorum correctio.

¶ De euacuatione coium materierum. Cap. i.

PRimā itaq̄ꝫ intētionē cōplēt inſfra que ſtōchum
ꝛ inteſtina ꝛ urinales vias mūdificāt a ſupfluita
tibus coiter inuentis in eis. ¶ Supfluitates er-
go cibi in ſtomacho multiplicatas ꝛ inuētas de
bilitate digeſtiue mūdificat comeſtio ſparagoꝝ
lupuloꝝ cauliū ꝛ blete. ꝛ ꝯfert ad illud optima decoctio fi-
cuū ſiccaruꝫ añ cibū accipiēdo ex ea calida circa. ℥. v. ¶ Su
perfluitates vō in iferiori uētre ꝯtentas mūdificat hoc cliſte
re ꝯuenienter. ℞. ficuū pinguiū numero ſex: radicum altee
M. j. folioꝝ malue ꝛ blete. añ. M. ij. furfuris bn̄ cribellate.
M. j. ß. coquanſ hec oia in ſufficiēte q̄ntitate aque uſq̄ꝫ ad
ꝯſumptionē tertie ptis. ꝛ huius decoctionis bn̄ expreſſe acci
piat lib. j. olei de ſiſamo: ꝛ olei violarū. añ. ℥. j. ß. çuccari ru-
bei. ℥. ij. ſalis cois. ʒ. iij. miſce ꝛ totū imponaſ. diebus autem
frigoris loco çuccari ponaſ mel. ¶ Supfluitates vō cōgre
gatas in vijs urinalibꝰ educunt ſparagus ꝛ lupulus ut di-
ctū eſt. ꝛ hoc eſt mūdificatiuū appropriatū de quo per tres
horas añ cibum calido bibanſ. ℥. iiij. uel. v. ℞. granoꝝ mi-
lij ſolis contritoꝝ. ʒ. ij. liquiritie mundificate. ʒ. iij. aniſi. ʒ. j. co-
quanſ in lib. j. aque uſq̄ꝫ ad cōſumptionem tertie ptis. ꝛ ex
bibeatur ex ea ut dictum eſt.

¶ De euacuatione minoratiua appropatarū mateꝛiaꝝ. Cap. ii.

EX predictis in cap. p̄mo manifeſtū eſt. ꝙ euacuatio
tia mās minoratiue debent reſpicere melācholiā
genitā ex aduſtione ſanguis ꝛ cholere: cui etiam
cōmiſcenſ flegmata a quibus rariſſime euacua-
tur. ¶ Et ad hāc intētionem ſufficere pōt aqua
fluctuū deſcriptione Meſue in antidotario. ¶ Itē eluariū
de pſilio ibidē collectū diſtinctione p̄ma. ꝛ eſt efficaciſſimū
ſi deūſ ex eo. ʒ. iiij. cū. ℥. iij. aque lactis caprini. ¶ Deſcriptio
mūdificatiui boni ꝯferētis ad illud eſt hec. ℞. aque lactis
caprini. ℥. iiij. fumiterre polipodij folliculoꝝ ſene epithimi.
añ. ʒ. ß. reubar. electi agarici. añ. ℈. iiij. ſalis idi. ǧ. iij. penidia
ruꝫ. ℥. i. ß. oia infundanſ in predicta lactis aq̄ calefacta per
diē nālem. deinde calefiāt ꝛ ꝯuenienter exꝑmanſ ꝛ colenſ ꝛ
colature addanſ eluarij dyaprunis. ℥. vj. ꝛ totum calidum
bibaſ in aurora. ꝛ poſt illud immediate dormiat per horas

deinde quieſcat et tardet cibū ſex horis. Et poſt quartā horā accipiat.℥.v.aque ſue.calefacte.et poſt ipſaȝ p.j.horā cōedat.

¶ De diuerſione materierū fluentiū. Cap.iii.

Hanc intētionē cōplēt uētoſationes abſqȝ ſcarificatione ventrib⁹ applicate. Itē ſi apparēt ſigna multitudinis ſanguis et cōmixtionis eius: fiat in aurora uel parū poſt flobotomia de baſilica ſiniſtre manus poſita īter anularē et auricularē digitos et extrahant ſanguinis.℥.ii.aut ad plus due cum dimidia. Timeo enim in eo ſanguinis eductionē ampliorē:eo q: macer et extenuat⁹ cholericus eſt vir faſtidiū et abominationē hn̄s:et tales timent flobotomari.4° pmi.cap̄ 25°. ¶ Credo autē ego nullā poſſe aſſignari minoratiue euacuationis et approbate viā cōuenientiorē q̄ eſſet emorroidaꝝ puocatio.talis enī cōuenienter educeret mām huic egritudini adequatā. Et neȝ abſtractio eſſet cōueniēs et ſecura, ne ſi beneficio nature faceret omnino eligēda eſt. [illegible] faceret per ſe [illegible] excitando extremitatē inteſtini per cōpreſſionē aliq̄liter et ppulſi cū folijs ficus aut folijs bardane uel alterius plāte aſpitatē hn̄tis: aut cū tela [illegible] pungēdo eum ſenſu potenti et pmittat exire ſanguis uſqȝ ad egri tolerātiam conuenientem. ¶ Apparet ex his que in pcedēti cap̄ dicta ſunt magnam ptem diuerſionis materierū coīuȝ fluētium.ſatis enī per cliſteria per flobotomiā et emorroidarū apertionē videt antecedētes materias poſſe diuerti. Et enim predictis iterū complectitur hec intētio per uētoſas pretactas. ¶ Diuertūtur etiā materie per fricationes de quibus ſupra dictū eſt: ubi de exercitio ſermo factus fuit. ¶ Ea etiā que diuertunt per vias urine pretacta in fine capituli precedētis huic loco apponēda ſunt. ¶ Preter illa aūt iterū diuertē pōt mām extremoꝝ infuſio et ablutio cū decoctionibus medicinarum ſua caliditate mām attrahētium et diſſoluētium et in fumos conuertētium.de quarum numero eligātiores ſunt pulegium mētaſtrū calamētum aſſari origanū ſticados hyſopus [illegible] ireos arthetica biſtorta et ſilia. in quarum decoctionem calidam infundantur et abluātur extrema. ¶ Materias vō coniunctas in loco apoſtemoſo cōtētas diuertūt ſufficiēter medicine a pfundo educētes mām calefaciēdo rubificādo et ueſicando. Quicunqȝ igiẗ cupis a pfundo apoſtematis mām abſtrahē abſqȝ loci ſcarificatione cōfricet locum cū recēti calamēto mētaſtro brancia ſylueſtri recēti et ſiſimbrio. ¶ Diuertēns igiẗ mām cū attractione et ueſicatione ſunt ſicut fricatio cū recētib⁹ folijs ſtimule et eſt pes columbe.aut cū ſylueſtri pſicaria et acuta et cū apio ranino et ſibi ſimilib⁹. ¶ Cōe aūt diuerſiuū et ueſicatiuū eſt hoc. ℞.corpoꝝ cātaridarū ſine capitib⁹ et alis.℈.j.fermēti antiq.℥.j.incorporentur in mortario ultimate contritione cum aceto acuto et ponātur ſup loca ubi dimittātur p horā vnā.deinde remoueātur et ſuperponaẗ butyrum recēs aut aſſungia ſine ſale.uel cotum infuſum in oleo violarum frigido. Et hec de tertia intētione dicta ſufficiāt.

¶ De digeſtione. Cap.iiii.

Materierū aūt digeſtio pēdet ſm diuerſitatē earū. eſt enim aliq̄ mā antecedēs apoſtemata et aliorum apoſtematū que in uentis cōtinet loco patiēti ſaris ppinqua et cōtigua uenā. Altera vō eſt mā coniuncta in loco apoſtemoſo cōtenta. Et non dubito q: aliq̄ particula eius eſt dyafragmati et mēbris pectoris infuſa. ¶ Leue aūt digeſtiuū mātei pmi cōueniens eſſe poterit:ſicut aq̄ betonice que multū ſtōchalis eſt: et aq̄ abſinthij famoſa apud oēs: et aq̄ melliſſe que aduerſant flegmati: et oib⁹ egritudinib⁹ frigidis: et pcipue melācholie. et aq̄ herbe milium: et eſt ſcabioſa:ut patet 21° cōtinētis. et aq̄ cuſcute: ſcolopendrie: tamariſci: fumiterre que aduerſant mācb⁹ aduſtis. Et ſyrupi ſicut de thimo: de epithimo oximel de kaſim.i.leuiſtico: oximel ſquilliticum deſcriptione Alexādri pmo practice. ¶ Et digeſtiuum hoc ad hāc intētionem ualde ſufficiens eſt. ℞. melliſſe: floꝝ boraginis et bugloſſe: cuſcute: et endiuie: ſolendule: cicoree: radicū q̄nque frigidarū: ſeminū q̄tuor frigidoꝝ. aā.℥.ij.bdelij mollis et ſubalbidi.℥.j.armoniaci electi.℥.j.ſ.cinamo.galāge: ſpice macis aā.ʒ.j.infundant oia per duos dies naſco in lib.xi.aque.deinde coquātur cū eadē uſqȝ ad cōſumptionem medietatis: et colent: et violēter exprimant et huic expreſſioni addant ſucci pomorū citrorum lib.j.ſucci fumiterre: ſucci mētbe: ſucci [illegible] aā.lib.ſ. pulueris zuccari albi lib.j. in eſtate.tātidem vō melis in hyeme: et coquant oia ſil' lēto igne: et dum coquant aromatizent cū hoc puluē. ℞.ſandalorum amboꝝ: ſpodij.roſ.aā ℥.ſ.violarū.℥.j.ſ.cinnamomi.ʒ.ij.ligentur in ſindone rara: et bulliāt ſil' dum coquit ſyrupus: deinde clarificetur et fiat pars eius ſyrupus lōgus.pars vō cōplete decoctionis. De pmo ergo exhibeant.℥.v.calefacto. De 2° vō exhibeant.℥.ij.cū ℥.iij.aque eupatorij et cuſcute et cicoree uel tamariſci: et toties exhibeaẗ ut appeat accidentium remiſſio: et urina in colore et ſubſtātia mediocritati vicina cum hypoſtaſi alba continua equali dyaſana: et in fundo ſedente. ¶ Ad has aūt cōiunctas duroꝝ et cronicoꝝ apoſtematū digerere pūt cōuenienter emplaſtrū dyaqlon: emplaſtrum de granis lauri: emplaſtrum dyafinicon deſcriptione N. eius in antidotario. diſtinctione xi°. et emplaſtrum laudabile qd̄ ſcripſit Auic⁹ 13° terti.tractatu 3° cap̄ de cura apoſtematū duroꝝ. et eſt ualde cōſile emplaſtro de mellitoto: et eius deſcriptio eſt hec. ℞.mellilon: fenugreci: camomille: baccaꝝ lauri: et altee: abſinthij: oleum aā.ptē vnam. armoniaci.thuris.aā.ptes duas vnius ptis.coquant oia in aq̄ decoctionis ficuum pinguium que ſint lib.4°. vini albi aromatici dulcis.lib.j.mellis lib.ſ.omnia ſil' coquant uſqȝ ad ſpiſſitudinem aliquātā: deinde addaẗ puluis aliarum medicinarum: et diligenter coquantur fiat emplaſtrum.vngatur itaqȝ ſtomachus et circumſtātes ptes cum oleo de ſiſamo calido in quo reſoluatur parum bdelij: deinde ſuperponaẗ emplaſtrum predictum calidum et ſuperligetur diligenter. et hec de intentione quarta.

¶ De intentione quinta. Cap.v.

Intētio vō quinta difficulter cōpleri pōt in viro iſto ſaltē cū mediantis aliq̄liter audacibus: eo q: extenuat⁹ eſt ualde et debilis et uētrē hēt pauca carne oſſitate uelatū in quo timēdū eſt de applicatione farmacoꝝ ut claudiẗ in ſententia veteris afforiſmoꝝ 2°. In oibus morbis ea que circa umbilicū et pectinem [illegible]. ¶ Cum aūt fuerit in viro iſto ſufficienter digeſta materia: ut apparuit capitulo precedenti euacuari poteſt cum.℥.ſ.pillularum de fumoterre que ſatis leues ſunt. ¶ Item dari poteſt hec medicina. ℞.electuarij dyaſene.℥.iij.thimi epithimi polipodij.aā.℥.ſ.aniſi dauci cinamomi.aā.ℨ.iij. aque lactis caprini.℥.iij.exhibeat calidum. ¶ Ego vō in ſimilibus caſibus ad mās aduſtas et groſſas exhibeo electuarij de pſilio.℥.iij.electuarij dyaſene.℥.ij. detur totum cum aq̄ lactis. Et hanc medicinam dedi eidem in ciuitate Paduana et habuit iuuamentum efficax ex eo. ¶ Siquis autem exhibere uellet pillulas de lapide lazuli aut de lapide armeno: cōſideraret circa eas minorare doſiȝ propter predictas cauſas. Et hec de intentione quinta dicta ſufficiant.

¶ De intentione ſexta. Cap.vi.

Melior curatio que fieri pōt huic apoſtemati eſt: ut teneat duorſoſo. Nullatenus aūt ſi poſſibile eſt pcurat maturatio ipſius. Raro enim ex ulceribus poſt eruptionē in ſtomacho apoſtematū cuenientib⁹ feliciter cura. ¶ Igit hȝ apoſtemata dura curari ſoleāt per reſolutionē itētionis mollificādi ad intētionē reſoluēdi et ecōuerſo ut patet 4° pmi.cap̄ 25°. et 2° q̄rti.tractatu 2° cap̄ de cura ſephiros. Sapiēs in medic⁹ poterit cōueniēter in medicamine vno numero videlȝ emplaſtro uel vnguēto cōmiſcē mollificatiua cū reſoluētib⁹ debite cōfecta. ut pȝ in emplaſtro Auic⁹ deſcripto in itētione pcedēte. ¶ Ego vō ſepe cōſuet⁹ ſuȝ tales duritiēs emollire et re-

ſoluere cū hoc emplaſtro. ℞.emplaſtri de mucillaginibus
pſilij lib.ſ.fecis olei de ireos.ʒ.ij.fecis olei amig. dul.ʒ.iij.
armoniaci bdelij diſſolutoꝝ cum aceto.añ.ʒ.vj.incorporē-
tur oīa ſimul.⁊ in fine addanť croci.ℨ.iiij.⁊ fiat forma me-
diocriter mollis ⁊ ſuperponať ut ꝑus. ℂ Si aūt ɔtingeret
per hoc nō ſufficiēter reſolui predictū apoſtema . ſed appa-
rēt ſigna maturationis illius qḋ cognoſciť per augmētum
pulſationis ⁊ doloris oīno ꝓcedēdum eſt ad maturationeꝫ
eius cum predictis emplaſtris uel alicui illoꝝ admiſcēdo
radices altee aut lilioꝝ alboꝝ:vitellos oui:oleū de ſiſamo:
oleum de amigdalis dulcib⁹ uel ama.camomillā mellilotū
folia paſtinace uel malue uel ſimiliū.⁊ tu ɔſidera. ℂ Cū er-
go apperēt ſigna maturationis per abundātiaꝫ doloris aut
remiſſionē eius ⁊ pulſationis ⁊ detumitionis apoſtematis
uel depreſſionis:precipue īfirmo ut cibeť cibis aliq̄liter ſal
ſis ⁊ acutis ⁊ accipiat puluinar magnum hñ plenū pluma
uel pēna ⁊ appodiet ſtōcho ſuo ſup ipſo leuiter cōprimēdo
⁊ erumpeť apoſtema. ℂ Cū ergo eruptū erit cureť cura ul
cerū ſtōchi cū mundificātibus ut hydromelle ⁊ aq̄ lupuloꝝ
Uel alr̄ cū geleniabin:deide gratia incarnationis ⁊ ɔforta-
tionis maioris deť ei mel roſatū cū iera ſimplici Gal.⁊ de-
coctione maſticis uel decoctione cētauree mi.que ꝓualet oī
ulceri medicine.finalr̄ vō deť puluis maſticis ⁊ thuris cuꝫ
aq̄ uel decoctione radicū cuiuſcūqꝫ ɔſolide gratia ſigillatio
nis ulceris. Et hec de intētione ſepta dicta ſufficiant.

ℂ De intētione ſeptima. Cap̄.vij.

Ultima vō intētio ſupra tacta fuit accitiū correc-
tio. Et hec qdē cōpleť per intētiones ꝑtractas:⁊
ꝑ regimē apoſtematis.qm̄ ſūt accitia ipſi⁹.ut ſu
pra ꝓbatū fuit. ℂ Febris ergo ut ɔſiderāti appa
ret facile curari poterit cū minorātib⁹ digerētib⁹
⁊ euacuātib⁹ pretactis ⁊ diuertētib⁹. ℂ Nocumētū vō in an
helitu etiā per eadē ꝓcurari pōt. ℂ Itē uſus croci in cibari
is ſuis eſt de medicis melioꝛib⁹.ɔfert eniꝫ pectori ⁊ mēbris
anheli⁹.ut 13ª tertij.⁊ 2° cañ.colligēdū eſt. ℂ Adhuc etiam
hoc nocumētum ꝓcurať retinēdo in os loch de pino aut
loch de papauē ſi mā ad pect⁹ catarriçaret a capite aut loch
de ſqlla ſi groſſioꝛ eſt ⁊ mā viſcoſioꝛ. ℂ Salr̄ vō cordis ꝓcu
rato ɔpate a quo pēdet alleuiabiť:aut eradicabiť.grā tri ſe
dationis ipſi⁹ aut minorationis admīſtreť hic ſacculus. ℞
been albi ⁊ rubei doronici oſſis de corde cerui fragmētorū
hyacinti ſmaragdi ⁊ ſaphiri.añ.ʒ.ſ. margaritaꝝ.ʒ.j.ſe.oçi
mi gariofi.ʒ.iij.floꝝ boragis bugloſſe ⁊ meliſſe.añ.ʒ.ij. cro-
ci.ℨ.ij.ligni aloes.ʒ.j.fiat puluis ſubtilis ⁊ ipleať ex ea ſac-
culus q̄drāgularis ex ſindone retorta fact⁹ ⁊ appliceť cordi.
ℂ Et ſi uelis ex eo emplaſtruꝫ facē adde amili roſ.añ.ʒ.ſ.
aque roſ.ʒ.iiij.muſci.ℨ.iiij.⁊ erit efficacius ⁊ melioris ipreſ-
ſionis.⁊ ſi accipiant predictaꝝ ſpēruꝫ.ʒ.vj.aque roſ.buglo
ſe ⁊ meliſſe.añ.lib.ſ. vini maluatici electi.ʒ.v.⁊ bulliāt oīa
ſimul leni bullitione:⁊ intigať in eis pānus de grana q̄drā-
gularis:⁊ tepidus uel calidus appliceť cordi.erit etiā nota-
bilis impreſſionis. ℂ Tuſſis vō qḋ erat accñs quartuꝫ eiſ-
dem inſtrīs curari debet qbus nocumēto anhelitus ſubue
niebať:ut ſupra tactū eſt. Et hec ſunt que ad egritudines ⁊
accitia huius viri mihi meliora ⁊ utiliora viſa ſunt ad lau-
dem omnipotentis dei. Amen.

Cōſiliuꝫ.140.

De nauſea ⁊ rugitu ⁊ uentoſitate ſtōchi:⁊ de mala diſpōne capitis
frigida ⁊ humida ⁊ flegmatica cum debilitate viſus.

Celeberrimo viro ⁊ ꝓfundiſſimo cauſarum phyſio ri
matori Hieronymo de ſancta Sophia arti
um doctori ⁊ cultori colēdiſſimo pro regi-
mine quorūdā accitium amici ſuū frequē-
ter ⁊ ardue moleſtātium Bartholomeus de
mōtagnana exiguus phyſicus ſalutes dimittit ꝑpetuas: ⁊
quē ſalubrius poterit ſeptem inſtrīs illoꝝ accitiū abſciſſius
cōſcribitur nūc ſeqtur. ℂ Primuꝫ itaqꝫ hoꝝ eſt deſcriptio
pillarum q̄rūdā qbus uti poterit grā ꝑticularis diſtractio-
nis ⁊ euacuationis māteruꝫ a capite:⁊ poterit eſſe uſus eaꝝ
hoc mō. Cū eniꝫ cognouerit in ſtōcho ſuo nauſeā rugitus ⁊
uētoſitates adeſſe:tūc ex eis accipiat vnā imediate añ cenā.
diutius enim cōmorabiť in ſtōcho ſic accipiēdo:⁊ meliorē
in eo ⁊ in mēbris ibidē inuētis impreſſionē facē poterit. Si
aūt accitia predicta fuerit a ſtōcho:⁊ grauitas uľ tēſio ⁊ uē
toſitates in capite ⁊ in oculis ſtomatice diſpōnes appare-
rint:tūc utať eis capiēdo vnā paruꝫ groſſiorē per horas du
as poſt cenā. ℞.aloes epatici electi.ʒ.iij.agarici candidiſſi-
mi:rari:leuis:⁊ ꝑ occurſu organo guſtus leuē dulcedinē:de
inde notabilē amaritudinē imꝑmētis.ʒ.j. hermodactyloꝝ
leuiſſimoꝝ ⁊ cādidoꝝ.ʒ.ij.reubarbari aromatici rari pōde-
roſi rubicūdi ad roſeitatē in colore tēdentis ſine nodis ⁊ eq̄
li carnoſitate carnoſi.ʒ.x.folij ligni aloes:çinçiberis . añ.ℨ.
ſ.ſqnāti ſpice.añ.ǧ.viij.ſarcocolle nutrite in ſucco feniculi
per qnque dies ⁊ exiccate.ʒ.xv.ſucci betonice: ſucci ſaluie.
añ.ʒ.ij.ſucci roſ.ʒ.j.oīa ꝑmo hec pulueriçata ⁊ diligenter
pōderata cū predictis ſuccis miſceanť:⁊ exponātur ad ſolē
ſepe cōmiſcēdo ea quouſqꝫ ſucci cōſumanť:deinde iteꝝ re-
nouenť ſucci ⁊ ita ter fiat. De hac igitur mā poſtq̄ exiccata
fuerit pille fiāt ex oī.ʒ.vij.uel.v.preualebunt enim fortaſſis
oēm medicinā in uſu ſuo.eo q2 ſtomacho capiti ꝟtuti viſi-
ue ⁊ organo viſionis ɔferunt ⁊ diuertunt flegmata a mem-
bris predictis uētoſitates ɔſumēdo.⁊ cū mediocri exiccatio-
ne ſtipticitatē cōuenītē ſigillādo.⁊ oīum ſenſuū interioruꝫ
opationibus iuuamētū notabile afferūt. Uñ ꝑdicta mēbra
ɔfortātur eo q2 repellūt a ſe uaſa oīa ſtipticis cōfortata far-
macijs.3° tegni. ℂ 2m vō ſpāle inſtrm̄ eſt cōfectio iſta de q̄
iſte accipe pōt ſemꝑ añ cibū rotulā vnā.ʒ.iij.⁊ nō fiat dilata
tio cibationis poſt ipſaꝫ:imo imediate cibeť ipſa aſſumpta
Eſt aūt ipſi⁹ deſcriptio talis. ℞.floꝝ roſmarini.ʒ.ij.ligni alo
es ſubruffi ad nigredinē tendētis acuitatē ⁊ in aromatici-
tate ⁊ ſapore hñtis ⁊ pōderoſi:ita q̄ ſubmergať in aquā.ʒ.j.
trociſcoꝝ 2ª deſcriptione poſitoꝝ a Raſi in diuiſionib⁹ Al-
manſ.cap̄ de medicinis cordis.ʒ.j.ſ.floꝝ meliſſe.ℨ.ij.çuc-
cari albi lib.ſ.cū aq̄ betonice coquať çuccaꝝ ⁊ fiat cōfectio
in rotulis.ʒ.ij. Attēdi aūt q̄ in predicta deſcriptione trociſco
rum Raſ.recipiť oleum de croco. Ego aūt loco eius cōſue
ui ⁊ ponē croci.ʒ.ſ. Olea enim vnctuoſitate ſua ſolēt eē nau
ſeatiua ⁊ oris ſtomachi remollitiua. Neqꝫ iterum mireris q̄
hāc medicinā hauſerim ex medicinis cordis. Medicine enī
ſimplices illud cōpoſitum ingredientes que ſunt numero
xiij.preter oleum de croco cū hoc q̄ ipſe cordiales ſunt:etiā
nō minus:imo excellētius cerebro ſtōcho ⁊ epati cōueniūt.
ſicut citius cuiqꝫ plegēti caplm̄ appere pōt ſcdi.⁊.xxij. Cō-
tinentis.⁊ a ſexto uſqꝫ ad nonum ſ° de ſimplici medicina.⁊
qnto colliget.⁊ 2° cañ.⁊ aggregatore Serap.que oīa ꝓpter
breuitatē relinquēda eſſe decreui.⁊ tu diſcurre per ea libito
tuo. ℂ 3m ꝑncipale inſtrm̄ eſt electuariū cōpoſitum a Gal.ad
Herodē regem factū in ſecretis ad Omontheū ⁊ eſt ɔfectio
dyatrionpipeon Herodi regi deſcripta.quaꝫ magnifice lau
dat ad oēs egritudines capitis a cā frigida ꝓuenientes ⁊ ꝓ-
prie flegmatica. Et eſt eius uſus ut in ſero apud ſomnū de-
glutiat ex ea quātitas vnius aurei uel.ʒ.j.ſ.cuius deſcripti-
onem videbis ſibi ſi queres. ℂ 4m inſtrm̄ ꝑncipale eſt pul
uis infraſcriptus.de quo vir iſte pulueriçet caput ſuum a
ꝑncipio coronalis cōmiſſure trāſeundo per ſagittalē per la
titudinē qnatuoꝛ digitoꝝ uſqꝫ ad ceruicē capitis ſupra aſp-
gēdo de eo inter capillos q̄tuoꝛ uel qnque granoꝝ ordei quā
titatē ⁊ deponat ſemꝑ primum cū ſetula pectinādo uel pe-
ctine qñ vult apponē ſcdm ⁊ eſt eius deſcriptio talis. ℞.li-
gni aloes electi cubebaꝝ radicum peonie pulegij calamenti
floꝝ roſmarini aſſari ſticados.añ.ʒ.j.ambre muſci electoꝝ
añ.ℨ.ſ.eufragie feniculi rutbe.añ.ℨ.j.pulueriçenť oīa per
ſe ⁊ diligēter pōderata cōmiſceātur:⁊ fiat ex eo ut dictū eſt
ſaltem in ſeptimana ter a ꝑncipio octobris uſqꝫ ad fineꝫ fe
bruarij.reliquo aūt tēpore rarius ⁊ minori quātitate utať.

Medicine vō cõpoſite a ꝓprietate ⁊ a qualitatibus cõmunibus emorroidibus a ꝓprietate ſunt iſte. ℂ Unguētū bonū ad emorroidas uerucales duras ⁊ atritas. ℞. olei amigdalarū amararum. ʒ. ij. vitellorum oui numero. ij. croci. ℈. j. ceruſe. ʒ. ij. fiat vnguentum molle in mortario. ℂ Deſcriptio ſcḋa efficacior p̄ma. ℞. olei vulpini. ʒ. j. ſ. bdellij diſſoluti cū modico aceti. ʒ. vi. pinguedinis renū vituli. ʒ. x. croci. ℈. j. fiat vnguētum molle. ℂ Deſcriptio 3a fortior predictis. ℞. olei amigdalarū amararum olei ſiſamini aā. ʒ. j. ſ. pinguedinis anatis ⁊ galline butyri recētis medulle crurium bouis aā. ʒ. j. vitellos oui numero. ij. croci. ʒ. ſ. galbani diſſoluti cū modico vini al. ʒ. j. fiat vnguētum molle. Et intēdi ꝑ hec vnguēta oīa infraſcripta efficacius operant ſi ↄficiunt cū piſtello plūbeo in mortario plūbeo q̄ in alijs uaſis. hec vnguēta efficacia ſunt in cura emorroidarū predictarū. qm̄ indigēt lenificatione digerēte mās ſedatione doloris ⁊ medicis duritiem ⁊ cõpacitatem a membro auferētibus. ℂ In ragadijs vō moralibus uel vuealibus neceſſarie ſunt medicine leui caliditate reſolutiue ne inflāment mãm earū que ſatis ad hoc parata eſt ⁊ neceſſarie ſunt in eis medicine fortis exiccationis. Et ſi medicine iſte q̄n̄qꝫ ↄfrangant cū frigidis repellentibus in toto p̄ncipio uſq; ad medietatem augmēti uſus bonū erit. tūc enim neceſſaria eſt repulſio materiei prius reſolutio ⁊ maior exiccatio eius. ℂ Cõpoſitū bonū ad hāc intētionē eſt hoc. ℞. foliorum ſolatri recētium M. iij. roſarum foliorum plātaginis. aā. M. ij. pulueris coriandri preparati cum aceto. ʒ. ſ. camomille mellilotiſemi. aneti aā. ʒ. iij. croci. ℈. ſ. fiat emplaſtrū cū. ʒ. ſ. farine ordei. aut fiat ex eo vnguētum cū pauco oleo ro. ⁊ tunc erit cõueniens in p̄ncipio: ⁊ poſt illud. ℂ Unguentum bonum ⁊ fortius predicto eſt hoc. ℞. abſinthij recentis foliorum apij. aā. M. iij. camomille mellilotiaā. M. ij. ſemis aneti granorum mirti. ana. M. j. ireos. ʒ. iij. radicum ſerpētarie. ʒ. j. olei amigdalarum amararum. ʒ. iij. fiat vnguētum molle uel emplaſtrū multiplicata farina ordei reſpectu deſcriptiõis p̄cedētis. ℂ Unguenti 3m ⁊ efficacius ſcriptū ſupra deſcriptione illa. ℞. ia ri ⁊c̄. ℂ Ad emorroidas vō ueſicales multū cõfert linitio facta cum metridato aut tyriaca. ℂ Itē deſcriptio illa. ℞. ceruſe plūbi litargiri tucie crude aā. ʒ. j. ſ. antimonij. ʒ. ſ. olei de coſto olei liliorum albortū aā. ʒ. i. croci. ℈. vj. cere quātū ſufficit fiat vnguentū molle. ℂ Et ſi maiorem exiccationē uelles fortius illo erit hoc. ℞. ſcorie ferri frixe in aceto uſque quo ↄueniēter puluerizari poſſit. ʒ. iij. ſe. anacardi. ℈. ſ. radicum ſerpētarie gētiane piretri aā. ℈. vj. olei de criſomillis. ʒ. j. olei viol. purpurearum. ʒ. i. ſ. cere quantū ſufficit. fiat vnguentū molle. ℂ Ad ragadias aūt que ſunt emorroides ſiue emorroidales fiſſure in circulo ani ⁊ iteſtino recto. regimen cõueniēs eſt ut fiat flobotomia baſilice que ↄfert oībus ſpēbus emorroidarū. ⁊ ꝓprie qn̄ adeſt febris. deinde emplaſtrent cū vitellis ouorum ⁊ oleo de criſomillis ⁊ croco cū modico bdelij ex ſententia Raſis in diuiſionibus Almanſ. cap 70o. In ragadijs aūt cū quibus nō eſt febris ↄferūt pulueres linimēta ſuprius facta. ℂ Linimētū bonū ad ragadias ani ⁊ ꝓprie qn̄ cū eis eſt uehemēs inflāmatio ⁊ punctio. ℞. olei nenufarini. ʒ. j. coriādri non preparati. ʒ. ij. amili. ʒ. j. croci. ℈. ſ. fiat vnguentū molle in mortario ⁊ ſedat dolores ⁊ inflammationes. ℂ Et fortius illo eſt hoc. ℞. ſucci iuſquiā. ʒ. j. ſucci nenufar. ʒ. ij. ceruſe. ʒ. j. litargiri. ʒ. iij. cāphore. ʒ. j. vitellos oui numero. ii. fiat vnguentum molle in mortario. ℂ Et ſi uelis vnguētū hoc fortius facere in ſedādo dolores ⁊ inflāmationes ⁊ pūctiones adde ſibi opij croci aā. ℈. j. Et poſtq̄ totū cõfectū fuerit bulliat in. ʒ. iij. ſucci violarū recētium uſqꝫ ad ↄſumptionē illius. cõmunicāt vnguēta hec cū iuuamento ad ragadias oībus etiā ſpēbus alijs emorroidarum. Neqꝫ heſitare debes ex eis q̄ narcotica recipiāt. ſunt enim refracta condecēter. neqꝫ eſt narcoticorū nocumentum in aliquo mēbrorū corporis minus q̄ in ano. ⁊ tu conſidera cauſas Et hec de prima particula p̄ncipali capituli huius.

Pro ſecūdo vō principali huius memorādum primo ſniam poſitā in principio p̄cedētis capituli q̄ curſu emorroidarum ente moderato in quāto q̄li ⁊ in tempore reſtringi nō debet. Itē memoria habeatur ſentētia hyp. 6o. aff. cõmento xii. Et ſi plures fuerit emorroides ex quarū euacuatione ↄuenientē iuuamentū notabile corpori ↄſequat nō debet totalr curari neqꝫ cõſtringi q̄n vna carū apta remaneat ꝓpter nocumēta ibi numerata. ℂ Cū vō ſanguis ab eis emanat diſtillādo exuberādo taliter q̄ ab eo virtus cadat. ſiue ↄtinuus fuerit fluxus ſine interpolatiõe ↄſtāte virtute: fiat flobotomia de baſilica dextra uel ſiniſtra ſm̄ q̄ cadit in coniectura tua ſup ſignis ſtabilitā q̄ materia ſit ſanguis cholericus uel melancholicus. ℂ Facta flobotomia ſequēti nocte det in aurora i potu. ʒ. j. ſ. trociſcorum de karabe cum aqua decoctionis ſumach. aut detur in potu in aurora. ʒ. i. pillularū de bdelio que ſcripte ſunt ſupra cum aqua decoctionis granorum mirti aut dentur in potu. ℈. ij. pulueris mumie ⁊. ℈. j. lapidis ematitis inuicem commixta cum aqua plantaginis. ℂ Sup loco vō exterius ſuperponat albumen oui cū pilis leporis ⁊ tela aranee inuicem conquaſſatis. aut fiat puluis iſte ⁊ conquaſſatus cum albumine oui ſupponatur naribus fiteri ⁊ extremitati ſpine. ℞. thuris myrre ſarcocolle aloes aā. ʒ. j. oragaganti gummi arabici torrefactorum corallorum ⁊ oſſium dactylorum amborum cõbuſtorum aā. ʒ. j. ſ. vitrioli cõbuſti. ℈. j. pulueris fuliginis inuētū an faciem furni. ʒ. j. fiat ut dictum eſt. Et hec de capitulo tertio dicta ſufficiant ⁊c̄.

ℂ Inſtrumentum ſedandi dolorem. Cap. iiii.

Contingit frequenter ꝓpter emorroidas in ſiteri dolor intenſus: aut propter multitudinem materierum qui dolor frequenter ad maiora nocumēta p̄ducit q̄ ꝓpria egritudo cuius ipſe eſt accidēs. Ideo oportet medicū p̄ꝑm ⁊ ſollicitū eſſe in ſedatione doloris illius ne p̄ducat ad ſpaſmū per colli

gandam partiũ illarũ ad nuchã ⁊ cerebrũ: ⁊ ne etiã propter multitudinẽ mãerũ ⁊ qualitatẽ malã ipſaꝝ extincto uel corrupto calore naturali pducat ad cancrenã uel eſtiomenum cancrũ uel aſcbachilos ut ſepe ↄtingit me vidiſſe viros tali martyrio extinctos fuiſſe. ¶ Igiť pro ſedatione doloris talis. lꝫ multa eoꝝ que tacta ſunt medicamina ↄferre poſſint. ut illa que in ragadijs tacta fuerũt. ſerioſius tñ plima ſedãtium dolorẽ medicamina in hoc vno capꝰ colligenť a leuioribus incohãdo ſemp ut mei moris eſt. ¶ Igiť frequenter dolorẽ talẽ ſedat embrocatio uel fomẽtatio uel ſeſſio facta in aqua decocta cũ croco. ¶ 2ᵐ ⁊ fortius illo eſt in ſapa facta. ¶ 3ᵐ ⁊ anodinũ magis eſt emplaſtratio facta cum ſapa vitello oui croco camomilla ⁊ puluere aneti inuicẽ cõquaſſatis. ¶ 4ᵐ ⁊ mirabiliꝰ pdictis eſt ut recipianť vitelli ouoꝝ quatuor. olei roſa. ℥.iij. croci. ʒ.j. ⁊ appliceť loco. ¶ 5ᵐ ⁊ fortius omnibus eſt. ℞. olei nenufarini de aneto ⁊ de camomilla. añ. ℥.j. croci. ʒ.j. vitellos oui numero. iij. farine ordei ℥.j. cõquaſſenť ſimul: demum bulliãt in. ℥.ij. ſucci lactuce uſqꝫ ad ↄſumptionem illius: ⁊ ſepe appliceť. Et ſi uolueris hoc ultimũ ſicut ⁊ oĩa precedentia doloris ſedatiua uelocius efficere addatur ei opij iuſquiami uel mandragore. ʒ. ſ. uel. ʒ. ſm conjecturam tuam. ¶ Ego autem inſtante neceſſitate magis tales dolores ſepe ſedaui emplaſtrando locũ cum filonio tarſenſi tepido deſcriptione Auicẽne 5ᵒ canoñ. ſumma prima. lege ipſum ibi. ¶ Unguentum bonũ narcoticũ ad hanc intentionem. ℞. olei de nenufare ⁊ de floribus lactuce añ. ℥.j. olei de mãdragoꝛ. ℥.j.ſ. croci. ʒ.j. ceruſe litargiri tucie preparate. añ. ʒ.ſ. amili terre ſigillate añ. ʒ. ij. opij. ʒ.ſ. vitellos ouorũ numero. iij. fiat vnguentũ molle in mortario plũbeo. ⁊ eſt efficax ualde. ¶ Emplꝰm bonũ ad hanc intentionem. ℞. radicum altee diligenter coctarũ lib. j. radicũ lilioꝝ alboꝝ ℥.iij. folioꝝ maluarũ ⁊ iuſquiami recẽtiũ añ. ʒ.iij. camomille. ℥.ij. mellilotí ſe. aneti. añ. ℥.ſ. farine fenugreci ſe. lini ⁊ ordei. añ. ℥.ſ. olei de ſiſamo recẽtis. ℥. iij. opij. ʒ.j.ſ. fiat emplaſtrum cum decoctione foliorum ſupraſcriptorum. ¶ Dolores etiã iſtos non raro ſedaui recipiendo materiam huius emplꝰi ⁊ poſtq̃ cocta fuerit in ſapa impleatur ex ea ſacculus magnus ⁊ ſuper eo calido diu ſedeat patiens ⁊ eſt medicamen nobile ualde. ¶ Solẽt etiã dolorem illum aliquando ſedare fricationes ⁊ ligature facte in adiutorijs brachij ⁊ in pedibus ⁊ uentoſationes ſpatularum ⁊ ſuperiorum partium natium. Et flõmia baſilice: que omnia tacta ſunt ſupra. Et uſus cliſteriorum pulueruꝫ quorum memoria ſequenti capitulo inuenietur.

¶ De modis ⁊ ingenijs leniendi uentrem. Cap. v.

Onſiderandũ poſt hoc q̃ in egritudinibus talibus tanq̃ accñs iſepabile ſemp cõplicať uentris ſtipticitas ⁊ raro ↄtingit oppoſitũ fieri: que qdem multis cauſis cõcomitari põt diſpõnẽ illã. Aut q꞉ ppter talẽ egritudinẽ que cronica eſt debilitať expulſiua virtꝰ inteſtinoꝝ. Aut q꞉ mãe fride in cronicis abũdãtes groſſitudie ſua ⁊ multitudie phibẽt inteſtini dilatationẽ debitã. Aut q꞉ in fuſo ani circulo multitudie mãerum nõ põt in eo fieri dilatatio debita que ad exitũ fecũ neccia eſt. Aut q꞉ propter malã cõplonẽ calidã aut ſiccã ↄſumẽtẽ humiditatẽ fecũ ipſe etiã ↄuertunť in ſcybalas. Aut ppter motũ ↄtrarium taliũ priũ uerſus pncipiuꝫ ſuũ. Aut ppter cãs alias ad has reducibiles. ⁊ qualitercũqꝫ ↄtingat ſtipticitas talis nõ ſolũ pcipue grauat inteſtinũ patiẽs. imo ⁊ toti corpori nociua eſt. ¶ Pro cuius conſtipationis amotione cliſteriorum uſus a nõnullis auctoribus vituperatur non quidem per ſe ſed per accidens. eo q꞉ ſepe ↄtingit cliſterizantẽ imperitum cum impoſitione cãnule dolorẽ maximũ facere aut pſentem augmentare. Igitur pſuppoſita peritia operantis cliſteria nõnulla deſcribenť que iuuamentum magnum coicant oĩbus aut pluribus cauſarũ ſtipticitatis que ſuperius enumerate ſunt. ¶ Cliſtere bonũ ad hoc. ℞. folioꝝ mal. M. iij. folio. blete ⁊ mercurialis añ. M. ij. fiat hoꝝ decoctio ⁊ poſt expreſſionem accipiãtur. ℥.xij. eius. vitelli ouorũ numero. iij. olei de ſiſamo recẽtis. ℥.iiij. ſalis gẽme. ʒ.ſ. ⁊ imponať totũ. ¶ Fortius illo ⁊ anodinũ magis eſt hoc. ℞. brodij pinguis carniũ caſtrati pulli uel vituli lib. j. butyri recẽtis pinguedinis anatis añ. ℥.j. croci. ʒ.ſ. olei de aneto ⁊ lilioꝝ añ. ℥.j.ſ. ſalis indi. ʒ.j. miſce ⁊ pone tepidũ actu. Et ſi uolueris hoc uel pmũ fortiora facẽ adde eis ȥuccari ru. mellꝰ. vio. añ. ℥.ij. Hec enĩ cliſteria leniẽdo reſoluẽdo ⁊ ſedãdo dolorẽ ↄueniẽtia ſunt. Et ſi uolueris magis doloris eſſe ſedatiua adde de filonio ⁊ oleo de mãdragora parꝫ ſm cõiecturã tuã. Solco aũt in his caſibꝰ lenitionẽ uẽtris efficere cum oleo violꝰ. diſſoluto. ʒ.j. bdelij cũ lib. j. pdicti olei. ¶ Etiã ſuppoſitoria facta cũ pinguedie galline uel anatis uel butyro ⁊ modico pulueris ſcamonee exterius emplaſtrata conferunt ſupponẽdo calida. ¶ Seſſio facta in aqua decoctionis caulium cum excorticatis ſeminibus pentadactyli mirabiliter iuuat. ¶ Pillule bone ad hanc intentionem. ℞. bdelij al. mollis ⁊ bene pinguis. aloes infuſi per tres dies in lacte ouino añ. ʒ.ij. incorporentur ſimul ⁊ fiant pillule ⁊ detur a. ʒ.ſ. uſqꝫ ad. ℈.ſ. añ cibum ⁊ ualde confert. ¶ Delicatis autem ⁊ timẽtibus cõſueui dare. ℥.iiij. aque longe decoctionis maluarum cũ ℥. j. ȥuccari ru. uel mellꝰ violꝰ. ⁊ bene confert. ¶ Electuarium bonũ ad hãc intẽtionẽ eſſe põt electuariũ de pſilio. Electuarium de caſſia fiſtula ⁊ ſebeſtẽ ⁊ dyaprunis ⁊ dyacatolicon: que oĩa ab auctoribus hincinde leganť ⁊ ppterea qñ excludũtur a ſcamonea aut in eis poniť parũ de ea. Non enim curaui talia ſcribere ne faſtidiũ inferã audientibus. ¶ In talibus autẽ egritudinibus ſoleo uti cõpõne tali. ℞. poliipodij recẽtis abluti ⁊ bene minutim inciſi lib. j. mirabolanorum indoꝝ numero. vj. prunorũ ſebeſtẽ añ. numero. x. ſeminum malue ⁊ altee añ. ʒ.iij. iſundantur oĩa in lib. x. aque fontis precalefacte per quatuor dies ⁊ diligẽter ſingulo die manibus ↄfricenť in eadẽ. Quinta vo die calefiãt oĩa ſimul ⁊ bñ coquanť ⁊ exprimanť. poſtea accipiať colatura ⁊ ſuperaddantur eidẽ mucillaginis pſilij ſapiẽter extracte lib. j.ſ. ȥuccari ru. lib. j. pulueris ſcamonee in ſindone ligati. ʒ.j. coquantur oĩa ſimul lento igne uſqꝫ ad medietatẽ: tunc auferatur a decoctione ſindon cuꝫ ſcamonea ⁊ ſuperaddanť ȥuccari candi. lib. ij.ſ. ⁊ coquanť uſqꝫ ad electuarij ſpiſſitudinẽ ⁊ detur ex eo cochlear vnũ añ cibationẽ ⁊ qua vis hora. eſt enim delectabile medicamẽ ſuaue ⁊ ſecurũ ⁊ uentris bene lenitiuum. ¶ De cõpoſitis aũt meis ad hanc etiã intentionẽ ↄfert puluis iſte. ℞. violꝰ. ℥.ſ. folliculorũ ſene. ʒ.ij. medulle cartami polipo. tartari añ. ʒ.j.ſ. cimini aniſi dauci macis añ. ʒ.ſ. ſalis indi. ʒ.j. ⁊ detur de eo a. ℈.ſ. uſqꝫ ad. ℈.j. cũ modico brodij uel aque uel vini ante cibum. hec de capꝰ 3ᵒ ⁊c.

¶ De regimine per dietam. Cap. vi.

Si diligenter cõſiderẽtur mãles cauſe emorroidarũ que rariſſime ſunt flatice ut in ueſicalibus fieri cõtingit. frequẽter aũt mãe earũ ſunt ſanguis dominãs melãcholie cõmixtus ut ↄtingit in his que ſunt morales ⁊ vuales. frequẽtius aũt eaꝝ mãe ſunt melãcholicas. ut ↄtingit in uerrucalibus ⁊ attritis. rariſſime aũt inuentũ eſt earũ mãs eſſe cholericas nãliter tales: lꝫ inueniri poſſint mãe melãcholice ex aduſtione cholerarũ genite que frequentius efficiunt cancrũ cancrenas eſtiomenũ alchachilon. Uidebitur itaqꝫ taliter conſideranti vnicuiqꝫ taliũ ſpecierum ppriũ regimẽ per ſex res non nãles eſſe notabiliter ⁊ differẽter. Uerum q꞉ in hoc coicant oẽs materie emorroidarũ. ſ. q꞉ ſunt cõmixte ei ſanguine ⁊ melãcholice cõſiderãdo vnicũ regimẽ eis omnibus per ſex res nõ naturales adminiſtrari põt. Igiť oium pdictoꝝ regimẽ qualitatiue ⁊ effectiue inclinari põt ad caliditatẽ leuẽ ⁊ ſiccitatẽ minorem per quẽ due pdicte mãe cõuenienter minorari poſſint ⁊ conuenienter digeri. Et per hoc prohibetur augmentum generationis talium materierũ in corpore patientis.

¶ Igitur eligaſ aer climatis ciuitatis camere ꝛ omnis habitaculi parūper ad caliditatē eleuatus ꝛ ſiccitatē mediocrem. ut habitādo cameras habētes aſpectū orientalē meridionalē. lȝ etiā occidētalis aſpectus nō ſit in hoc capl'o ual de malignus. Et ſi nō poſſit aer nāliter haberi talis ꝑpareſ ad qualitates tales artificialr. ut ſint camere bene munite ꝛ igne ↄuenienter calefacte: ꝛ ꝓptie qñ in eis therme ſicce fuerint artificialr facte. ¶ Corpora etiā talis ueſtib⁹ ↄuenienter calefaciētibus debēt eſſe munita: ut ſuo tpe pellib⁹ agninis vulpinis ꝛ ſilibus. bñ tecta capita coꝝ: ꝛ extremis a frigore bene defenſis. ꝛ ſi qñqȝ in coꝝ cameris fiāt ſuffumigationes alique aut ſint modice aut nō trāſeāt medicinas que ſunt ꝑmi gradus aut ſcdi. ut thus lignū aloes ſtorax calamētū ꝛ ſimilia ut laudanū. ¶ Cibi aūt ꝛ potus coꝝ ↄſilr eligi debēt in ſuis qualitatib⁹ graduati. ut ſunt panis recens triū dierū ad plus. ¶ Carnes agnoꝝ ꝛ vitulorū aīaliū capretoꝝ porcelloꝝ iuuenū ꝛ caſtratine: ↄſilr ꝛ carnes pullorū perdicū: faſianoꝝ: ꝛ colūboꝝ aliqualr adultoꝝ: nō in multo tn̄ uſu. ꝛ auiū minutaꝝ ꝛ aīaliū oīum carnes in aqs degētiū ſiue ſint de pedītātibus domeſticis uel ſylueſtrib⁹ uolātibus: dūmodo eorū nutrimētuȝ nō ſit melici ſanguis augmētatiuū. ut ſunt carnes porcoꝝ ſylueſtriū antiquoꝝ ꝛ uaccarū ꝛ ſimiliū. ¶ Idē intelligēdū eſt de olerib⁹. quare dimittanſ caules lentes caſeus legumia ꝛ carnes ſalite. In ſumma oīa que groſſuȝ ꝛ multū chimum ſunt gñantia. Et oia etiā que ſāguinē adurūt ſicut cepe alliū piper. ¶ In illo enī in cui⁹ ſanguine eſt acuitas emorroides neceſſario gñanſ. In hñtibus vō ſanguinē dulcē ꝛ carnes teneras ꝛ humidas non gñanſ emorroides. ut Raſis in diuiſionib⁹ 79° cap̄. in talib⁹ ꝓpter alias cās emorroides gñari pñt ꝓpter aīe paſſiões melicas ꝛ ſilia. ¶ Uino vō utaſ albo dyaphano ſubtili claro aromatico ꝛ nōbilr dulci. vina vō groſſa turbida nigra pōtica uel acerba oino dimittat. Et melius eſſet ei uti aqua cū çuccaro cocta ꝙ tāgere vina talia. ¶ De ſaporib⁹ fructibus ꝛ alimentis oibus aliis dimittanſ omnia acerba pontica ꝛ acetoſa ꝛ ſaltē in multo uſu. ¶ Lactis autē uſus recocte ꝛ coloſtre ꝛ recētis caſei leuiter ſaliti ↄueniens eſt ei. ¶ De motu ꝛ qete ↄuenit ei exercitiū naui factum ꝛ manibus mediocriter abſqȝ magna corpis agitatione. Equeſtre autem exercitiū ꝛ ſeſſionē ſup re dura omnino dimittat. In ſumma itaqȝ quies lōga ↄuenientior eſt ei ꝙ ꝑua. Et exercitiū breue ꝛ paucū magis qȝ longū ꝛ magnum. Somno uti debet magis ꝓlixo ꝙ breui ut corpus conuenienter humectet. vigilias vō effugere debet multas ne ꝓpter ſiccitatem que ſequiſ ad eas corpus in melicā diſpōnē īclinet: ꝛ dormiat ſup latere dextro magis ꝙ ſup ſiniſtro. imo raro ſup ſiniſtro decūbat ꝛ rarius ſup ſpina. qm̄ dormire ſup ſpina ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit. ſecunda primi. capitulo de eo quod uenit ex ſomno ꝛ vigilia. ¶ Ciborum etiā ꝛ potuū repl'onem oino dimittere debet ne calor nālis coꝝ quātitate ſuffoceſ. Et in ſumma tātū comedere ꝛ bibē debet ut ex quātitate cibi ſtomachus nō graueſ ꝛ anhelit⁹ cōprimaſ: neqȝ ex potus quātitate fluctuatio rugitus ꝛ ſilia in ſtomacho cauſenſ. ¶ Cum aūt plenitudinē a cibis ꝛ potibus factā ei cōtigerit ꝓuoceſ uomitus cum. ℥.j.ʒ.ſy.ace. ꝛ potione dupla aque que ambo bibanſ tepida. Et per mediā horā poſt iponaſ digitus in os agitationē faciēdo circa guttur ut euomat: uel ſaltē has repl'ones cū cliſterib⁹ ſupra tactis 5° cap̄ de lenitione uentris ꝓcuret educere. ¶ Accidētia vō aīe melicis impſſionibus aſſiduā triſtitiā ſollicitudinem rerū cōtriſtātium oino fugiat ꝛ oia accītia que fortib⁹ motibus in ſpū factis calorē accēdere poſſint: a quo mãe in adu.ſtionē cōuertātur. Nāqȝ oēs tales impreſſiones triſtes permutant corpus ab eis que eſt ſm nām ↄſiſtētia. 3° tegni. Hec in ſumma videtur uniuerſalis ratio ꝛ particularis regendi corpora in emorroidibus laborantia.

Si uero ſpāle regimē ꝓſeruatiuū adminiſtrari pōt videſ eē ꝓſiciēdū cū ꝓdictis oibus in quibus ipſum incluſum eſt: etiā cū eūonib⁹ nālib⁹ ꝛ uere ꝛ autūno faciis corpus ↄuenienter mūdificātib⁹ que nūc ſequuntur ꝛc.

¶ Deſcriptio purgationis uernalis. Igiſ a medietate menſis februarij uſqȝ ad medietatē martij corpora totalr mūdificari poterūt accipiēdo ꝑmū minoratiuū hoc. ℞. mirabolanoꝝ idoꝝ numero. vj. mirabol'. chebuloꝝ numero. ij. prunoꝝ ſebeſtē añ. numero. iiij. īfundanſ per diē nālē in librā. ʒ aque. Deide ↄfricenſ cū ea ꝛ bulliat uſqȝ ad medietatē ꝛ illius colature cū debita expreſſione. ℞. ℥. iij. pulueris folliculoꝝ ſene epithimi añ. ʒ. ʒ. cimini aniſi añ. ℈. uj. ſalis idi. ℈. j miſce ꝛ totū calidū in aurora in potu accipiat. tardeſ poſt illud cib⁹ ſex horis. In qua qnta accipiat cyathū vnū aque cū çuccaro cocte ꝛ calide. In ſexta ſequēti hora prandeat. ¶ Sequēti mane accipiat digeſtiuū hoc ꝛ ↄtinuet ipſum octo dieb⁹. Et ſi in hoc iteruallo ſtipticus eſſet uēter utatur ſparſim his que tacta ſunt ſupra 5° cap̄ de lenitione uētris. ¶ Digeſtiuū eſt hoc. ℞. ſy. viol'. ſy. de epithimo de biſantiis añ. ℥. ʒ. aque bugloſſe. ℥. ij. aque cuſcute ꝛ ſcolopēdrie añ. ℥. ij. miſce. ¶ Sūpto digeſtiuo ut ſupra purgeſ cū his pillulis. ℞. pillaꝝ de lapide laçuli pillaꝝ idaruȝ añ. ℈. ij. reformenſ pillule octo cū ſy. viol'. accipianſ: ꝛ obſerueſ poſt eas totū. ut ſupra de minoratiuo ſcriptum eſt. ¶ Minoratiuū vō in eſtate ꝛ autūno pōt eſſe hoc. ℞. eluarij dyaprunis epithimi folliculorū ſene añ. ℈. j. macis cinamomi añ. ℈. iij. accipiaſ totū cū decoctione paſſulaꝝ cal'a. ¶ Digeſtiuuȝ bonum qd̄ accipi pōt a medietate ſeptēbris uſqȝ ad medietatē octobris eſt hoc. ℞. ſy. ro. ℥. j. ſy. de epithimo. ℥. ʒ. aque cicoree. ℥. ij. aque buglo. ℥. j. ʒ. miſce. ¶ Eradicatiuum poſt digeſtiuum eſt hoc. ℞. catartici imperialis. ℥. ʒ. lapidis armeni. ʒ. ʒ. accipiatur cum medio cyatho decoctionis folliculorum ſene. ꝛ in omnibus iſtis tribus taȝ in minoratiuo ꝙ digeſtiuo ꝙ eradicatiuo obſerueſ oīa que in purgatione ueris precedentis ſcripta ſunt. Ad laudem dei Amen.

Conſilium. 169. De quatuor malis diſpoſitionibus in ficeri ſiue ano: videlicet.

¶ De fluxu emorroidarum immoderato lȝ interpolato. ¶ De dolore intenſo in ipſis partibus. ¶ De formica miliari in eiſdem. ¶ De eminentia emorroidali ꝛ eſt ficus. ¶ Diuiditur autem Conſilium in capitula tria.

¶ De diſtinctione dictarum diſpoſitionum ꝛ de cauſis ꝛ ſignis earum. Cap. i.

Ex his que mihi per ſcripturā inotuerūt apparet diſpōnē huius viri cōplicatā ex plurib⁹ egritudinibus ꝛ accītib⁹ que in ficeri ei⁹ apparuerūt. ¶ Et ꝑ qdē fuit fortis ꝛ ꝑſeuerans fluxus ſanguinis a uenis emorroidarū in primis etatib⁹ a pueritia uſqȝ ad augmētū adoleſcētie. ꝛ fuit fluxus a ſanguine melico cōmixtione mãei aqſe perſeuerās. qd̄ qdē demōſtraſ ex eo qꝛ dolor in ptib⁹ illis erat ſatis mediocris. Et iterū qꝛ ꝓueniente etate eius a. 18. uſqȝ ad. 32. annū conualuit a dolore. cuius cōualeſcentie cā ꝓpus fuit minoratio rei frigide ꝛ aqſe que per augmentū caloris etatis acqſitū ↄſumpta fuit poſt illius ↄſumptionē. ſ. aquoſitatis mā trāſibat in ficeri. ꝛ hoc ꝓpter maiorē fixionem melancholice materiei in loco illo. Cū enim erat materia illa cōiuncta aquoſitati lubricatiua magis ꝛ mollior efficiebatur. ¶ Quod etiam dolor ille in poſterū remāſerit fortior a mã melancholica ꝓueniens facile demōſtrari pōt: eo qꝛ augmētabaſ tēpore expulſionis. virtute enim uoluntaria expulſionē temperante neceſſe eſt inteſtini recti inferiorē partem dilatari ꝛ extendi. ſed materia melancholica ibi retenta extenſionem illam ꝓhibet ꝛ ſua ponderoſitate nocet. Igitur tempore conatus ſuperfluitatum neceſſe eſt dolorem intendi conſequentia ꝛ minor videntur habere neceſſariam ueritatem. ¶ Ex quibus iam apparet ꝙ diſpoſitio illius fuit quadruplex. ꝛ prima quidem emorroſagia uenarum emorroidarum.

¶ 2° vo doloris ſtãtia in ſſeriori pte inteſtini recti ⁊ circulo illi°. ¶ 3° vo p̄ncipalis egritudo ipſi° erat mulatudo puſtularũ in inteſtino recto ⁊ circulo ipſius: que qdē puſtule oino erãt formice miliares: qḋ qdē oñdiᷓ ex uehemēti iſlãmatiōe ⁊ pūctiōe in pdb° pcepta. ¶ Ampli° ex eoꝝ albedīe ↄcludiᷓ pñtia ſſatice mãei que cōmixta cũ cholerica mã ſalſedinem acqrit a qb° facile p̄dicta ſigna rectificari pñt. pūctio enim mordicatiua ⁊ iſlãmatio atteſtanᷓ mãei cholerice ⁊ albedo atteſtaᷓ ſſatice mãei. Salſedo aũt in mã pōt eē ⁊ pūctionis ⁊ pruritus cã. Et colligi pōt eoꝝ ſnia 17° terrij. caplis ſcdo ⁊ nono. Et iterꝝ ſeptimo Almãſoris ⁊ pluries alibi. ¶ Et ↄfirmaᷓ quia talia apata erãt ſurda nihil emittentia: imo neqȝ virus ut ſcribiᷓ. ſed hoc eſt ſignũ mãerũ calidarũ ⁊ acutaꝝ. igiᷓ ⁊c. ¶ 4° vo ipſius diſpō ut ſcribiᷓ erat eminētia apoſtemoſa et circulũ ani pēdēs: que qdē eſt diſpō ab antiquis illuſtrib° ficus noiata. qḋ fuit eo qꝛ magnã ↄueniētiã hȝ cũ ficu. ſ. immatura q̄ntũ ad ſoliditatē ei°. Iterũ in figura eo qꝛ tenui appēdiculo annectunᷓ fiteri uelut ficus arbori. etiaȝ qꝛ a piramidali pte que ſuſtētaᷓ a fiteri figure rotunde in latã figuraᷓ uelut ficus. ¶ Eſt aũt huius apatis mãlis cã ſan. melic° cōmixtus alicui ſſati faciētũ fluere mãm melicaȝ que ſui groſſitie ↄſtans ⁊ fixa difficulter mobilis exiſtit. ſed flegma facit ipſum liqdũ ⁊ viſcoſitas ipſius facit ipſam eſſe glutinoſam. q̄re nō eſt mirabile ſi hec apata tali figura figuranᷓ. Hec in ſumma videtur eſſe diſpō quadruplex huius nobilis viri. ſ. fluxus emorroidalis: lȝ iterpolatus dolor pſeuerans in eiſdem partibus ⁊ miliares formice in locis eiſdem. 4° eſt emorroie que ficus dicitur ⁊c.

Ex quibus omnibus cũ diligēter ↄſideranᷓ clare videri pōt q diſpō iſta eſt multum uerēda. p̄ qdē qꝛ ipſa eſt ex pluribus egritudinibus cōplicata. ¶ 2° qꝛ arguit diuũ mãerũ gñe ⁊ ſpe diuerſaꝝ in ptibus illis dominantium. ¶ 3° qꝛ iam facta eſt diuturna ⁊ habituata. ¶ 4° quia paruum iuuamentũ ex applicatione medicinarum inuentum eſt. ¶ 5° propter inconuenientiam applicationis medicinarum que eſſent opportune ⁊ neceſſarie ad diſpoſitiones ſupᵃs. ¶ Sexto ⁊ ultimo qꝛ raro reperiuntur viri in opere manuali bene periti que conuenienter cum ſciemtia ⁊ ratione operari deberent qualiter iſte locus expeteret. vnde quantum eſt poſſibile opere ad huius curationem ſuccurrendum eſt.

¶ De cura per regimē ſex rerũ nō naturaliũ. Cap̄. II.

Itaqȝ pro curatiōe haꝝ diſpōnũ recurrēdũ eſt ad regimē ex pte ſex rerũ nō nãliũ. Et pro ↄuenienti menſura ciboꝝ ⁊ potuũ ⁊ electione q̄litatis eoꝝ. Dicēdũ p̄mo q difficile eſt menſurare ⁊ eligē cibos ⁊ pot° utriqȝ haꝝ diſpōnũ cōuenientes. Nã cibi medicinales qui iuuarēt ad ſtrigēdũ ſanguis curſuȝ immoderatũ ut ſtiptici glutinoſi fri. ⁊ ſic. nocerēt dolori ⁊ apati. lȝ ſint ↄuenientes formice miliari iam predicte. Mediũ igiᷓ opȝ tenere inter excellentias qualitatuȝ ciboꝝ ⁊ declinare magis ad aliqualē remiſſam caliditatē. refractã tñ cũ tēperatis uel frigidis magis q̄ declinare ad frigiditatē ⁊ humi. aut ſiccitatē intenſas. lȝ igiᷓ cibus ⁊ potus oēs debeant eſſe aliqualr calidi ad leuē exiccationem inclinati: debent tamen eſſe conuenienter nutritiui ut fiat reſtauratio ſanguinis in eius euacuatione deperditi. ¶ Tales erunt igiᷓ oēs cibi cibales noiati: quorum eſt in corpus opari humanum a mã ⁊ non ab aliqua qualitate. ſunt oēs excluſi ab alterutro quatuor graduum in medicinis aſſignatorum. ut ſunt laudabiles carnes pullorum iuuencum vituli aut caſtrati. ⁊ agnetoꝝ iuuenculoꝝ ⁊ olim alioꝝ aialium uolatiliũ ⁊ natatiliũ: que carnes hñt odoriferas conuenienter molles viſcoſitate ⁊ melãcholicitate priuatas. Et poſt pdices: faſiani: auicule minute caprioline ⁊ porcine tã domeſticorum q̄ ſylueſtrium animalium. ¶ Conueniunt etiam oua caſeus mollis recens ⁊ non antiquus. Item butyrum ⁊ relique pinguedines temperate nō excellēter calc.

¶ De leguminib° vo poſſunt ei ↄuenire: raro tñ uſu: cicera alba ⁊ rubea piſa dorella ⁊ iuſcula de ordeo. Lentes autē ⁊ fabas ⁊ faſcolos ⁊ pãnicũ ⁊ miliũ euitare debet. ¶ Panis vo ei° ſit recēs nōbilr fermētat° bñ coct° duoꝝ aut triũ dieꝝ etatē hñs ad plus. paſtilles aũt oēs fugiat. ¶ De piſcib° aũt placent cancri maiores ⁊ minores uarioli torrentine luce capedani temali ⁊ omnes alij fluuiales piſces p̄ter tenchas ⁊ anguillas. ¶ De oleribus aũt ↄueniũt bleta ſpinachia borago petro. atriplex: portula. cucur. ⁊ ſibi ſilia. melicas aũt plãtas cuttes ut caules ⁊ acute calīas. ut rutha abrotanum apiũ petro. ⁊ ſibi ſimiles. effugiat etiã acrumina oia ut cepe alliũ porruȝ ſinapim raphanũ ⁊ ſilia. olei aũt olinarũ dulcis recentis non ualde ſalui uſus conueniens eſt ei. ¶ De fructibus aũt placent mihi vue ⁊ ficus recentes poma dulcia amigdale paſſule pſica ⁊ iuiube. caſtaneas vo ⁊ citonia ⁊ pruna nō ualde dulcia ſorbas ⁊ meſpilla euitet. ¶ De ſaporibus aũt utaᷓ ſapa agreſta non ualde ſalita ſucco arantioꝝ ⁊ lymonũ recentiũ ⁊ vino citoniorũ ſimplicibus uel inuicem ↄfractis. ¶ Uſus autem lactis ↄueniens eſt ⁊ p̄prie cocti. Coloſtra autem ⁊ recocta bene placent. ¶ Cibis vo aromaticis uti nō eſt ſibi ↄueniens. neqȝ etiã his qui commixti ſunt ex apiritiuis ⁊ p̄prie calidis. qm̄ aperiunt orificia uenarũ cũ nocumento magno. eo qꝛ tã immoderate aperitiui ſunt. Nō enim eſt poſſibile ut accidant emorroides niſi aperianᷓ orificia uenarum que ſunt in ieiuno ut ſcribitur XI° terrij. cap̄ ſecundo auctoritate Gal. ¶ Eadem autem ratione dicendũ q non competit ei uſus vini ualde vinoſi ſubtilis ⁊ penetratiui. tale enim vinũ mãs colliquando inclinaret ad ptes inferiores etiã inflãmãdo loca pdicta augeret dolorē ⁊ apata ibidem exiſtia. ¶ Eligaᷓ igitur vinum colore mediũ inter rubeum ⁊ nigrũ: odore ↄuenienter aromaticũ. ſubſtantia mediũ inter ſubtile ⁊ groſſuȝ. ſapore vo ſuo ad mediocrem dulcedinem inclinatũ magis q̄ ad acredinem ponticitatem uel dulcedinem excellētem. Sed melius eſt ſibi ut refrangatur cum aliquali portione aque: magis tamen ⁊ minus ſm̄ fumoſitatem eius ⁊ conſuetudineȝ patientis. Hec de regimine per cibos ⁊ potus.

De motu aũt ⁊ exercitio dicendum q quies ↄueniens eſt ei in maiori pte ſuarũ occupationũ: eo qꝛ potentior eſt ſ̄tus ad dirigenduȝ ⁊ reſoluendũ mãs iſtarũ egritudinũ tempore quietis q̄ econtra. ¶ Exercitiũ aũt ⁊ p̄prie eqtandi aut ſup currus uehendi aut ſeſſio diuturna. ⁊ proprie ſup ſedilib° duris ⁊ actu frigidis eſt ſibi nociua. iſta enim duo mãs fluē faciũt ad loca. Tertium autem eſt cauſa fixionis ⁊ immutationis materieruȝ ex predictis. ¶ Exercitium vo ⁊ nauigatione factum ⁊ motus progreſſiuus mediocris conuenientis ſunt ei. ¶ Spatularum autem ⁊ natium brachiorum crurium ⁊ pedes fricationes ſunt ei conuenientes ⁊ locum exercitij tenentes.

De aere vo ciuitate loco uel camera quas incolit iã ex predictis apparet q nō opꝫ cōmorari in locis ualde calidis neqȝ fridis. ⁊ p̄pter hãc cām apud meridionales multiplicaᷓ euētus emorroidarũ p̄pter caliditatis incrementũ. ⁊ etiã apud ſeptentrionales p̄pter nimiam cōpreſſionē a friditate ↄuenientis in eiſdem locis factaȝ. ¶ Aer aũt ſibi ↄueniens eſt ad caliditatem mediocreȝ inclinatus ⁊ ſiccitatē nōbilr eleuatus. Et ſi non poterit talr qualificatus inueniri nãliter: rectificeᷓ cũ ſuffumigijs in camera factis ex his que potentia ſua aerem exiccatũ redderent ſicut cũ thure maſtice tucia laudando ligno aloes ⁊ ambra pro ditioribus. ⁊ cum igne facto ex incenſione lignorum aromaticorum. ut lauri iuniperi abietis pini ⁊ ſimilibus.

De ſomno vo ⁊ vigilia etiã tãgendũ aliqd ⁊ aliorum imaginata paritate ↄuenientius eſt ei parumper excedere in ampliori menſura ſomni q̄ vigilie. ſicut enim ſomnus amplior naturali ⁊ meliorem facit mãerum digeſtioneȝ ⁊ ciborum ⁊ virtutis animalis reſtaurationem. ita vigilie digeſtiuaȝ notabiliter impediunt

materierũ ⁊ ciborũ ⁊ aialiũ ſp̃ũũ ut alias ⁊ alias reſoluũt ⁊ debilitant. At lʒ ſomnus amplioꝛ debito corpis humiditates adaugeret. Curationi tñ harũ diſpõnũ ꝯueniẽtius eſt exceſſus ad humiditatẽ aliquãtũ q̃ ad ſiccitatẽ. Amplioꝛ enĩ humiditas pñas ⁊ habilioꝛes facit mãs ut in eis operent̃ medicine oẽs q̃ faciat ſiccitatis augmẽtũ. ❡ Eſt autẽ mẽſura ſomni ꝯueniẽter limitata a ſapiẽtib⁹ ab horis ſex uſqꝫ ad ſeptẽ ſm̃ tñ diuerſitatẽ cõplonũ ⁊ etatẽ. Sicut enim in cholericis ⁊ iuuenibus minoꝛ ſomni mẽſura cõpeteret. Ita flaticis ⁊ ſenibus amplioꝛ doꝛmiẽdi mẽſura ꝯcedat̃. ❡ In figura ṽo doꝛmitiõis euitet oĩno decubitũ reſupinũ: eo q2 mãs ad poſteriora declinare facit ⁊ maioꝛ pars ſui decubit⁹ fiat ſuper dextro latere q̃ ſiniſtro. ⁊ ſuper uentre magis q̃ ſpina iacendo. Plurima horum collige ſecunda primi. capitulo de his que proueniunt ex ſomno ⁊ vigilia.

De inanitione

aũt ⁊ repletione que ſunt ex pte alimẽtoꝝ intelligẽda. euitet abſtinẽtiã multã ⁊ ieiunia longa ꝑpter eius nocumẽtũ. ſ. debilitatis ⁊ inflãmationis. Neqꝫ etiã multa repletione ciboruꝫ utat̃ ꝑpter ſuffocationẽ innati caloris ⁊ augmẽtũ ſuperfluitatũ: que duo ſunt effectus imoderate menſure ciboꝝ ⁊ potuũ. Melius itaqꝫ eſt ei adhuc parũ vigẽte appetitu a cibatione ſecedere q̃ uſqꝫ ad cõplementũ ſe replere. ❡ Mẽſura itaqꝫ cibi ſui cõueniẽs eſt que in ſtomacho nullã tẽſionẽ faciat ⁊ oẽm grauationẽ excludat. ſicut pot⁹ ꝯueniẽs mẽſura eſt ut in ſtomacho non fluctuet: ⁊ ad eius ſuperiora regurgitet. ❡ Qualitates ṽo in cibis ⁊ potibus expetende videantur ſupra in regimine per cibos ⁊ potus.

De ultima

ṽo reꝝ nõ nãliũ a medicis uocata. ſ. accitibus aie oĩno euitare debet accitus per que uehemẽtes fiãt in ſpiritib⁹ ⁊ humoꝛib⁹ agitatiões. tales enĩ paſſiões uelut iracũdia furoꝛ ꝓmptitudo ad uelocẽ irã ⁊ foꝛtẽ iflãmãdo adurẽdo mãs ꝑducerẽt ad mãerum aduſtionẽ. ⁊ foꝛtaſſe ad ꝑmutationẽ de foꝛmica ad cãcrenaꝫ uel aſchachilos ⁊ uehemẽtiã doloris efficerẽt. ❡ Aie ṽo paſſiões anguſtioſe ⁊ triſtãtes per quas innata calitas ſuffocat̃ facile ꝑducũt ad augmẽtũ ſanguis melici ⁊ pñs cẽ cã cõuerſionis emoꝛroidaꝝ ad acutas ⁊ ſephiroticas diſpõnes: q̃ruꝫ curatio frequẽt⁹ eſt ipoſſibilis aut ualde difficilis. Hec itaqꝫ de regimie per ſex res nõ naturales ſuccincte ſint poſita.

❡ De regimine per medicinalia continens rubricas duas.
❡ De uli regimie harũ diſpõnũ per medicialia. Rrica p⁹.

REgimen

aũt harũ diſpõnũ per itẽtiões medicinales dupl̃r ꝑtiẽdũ eſt. ⁊ primo qdẽ in uli reſpectu eaꝝ. ſcdo ṽo in particulari ipaꝝ. ❡ Primũ aũt regimẽ uli q̃tuoꝛ cõplet̃ itẽtiõib⁹. ❡ Prima qdẽ eſt ulis corpis eṽo. ❡ 2ª mãeꝝ diuerſio. ❡ 3ª ꝑticlis mãeruꝫ ſubtiliatio. ❡ 4ª fluxus materierum ad predicta loca interſecatio.

Et prima

qdẽ itẽtio cõplet̃ euacuãdo corpus cum flõmia: ⁊ ꝑprie de uena ſaphena ſi fuerit magna corpis replõ que cũ hoc qd̃ a toto corpe euacuat mediate uel imediate etiã mãs a ſupioꝛib⁹ ad ifeṙioꝛa diuertit. Si autẽ fuerit replõ minoꝛ q̃ ꝑdicta. fiat flõmia de baſilica dextre ptis in aꝑatib⁹ fieri que ſunt in dextra pte eius ⁊ ſaluatelle eius que ſunt in ſiniſtra: ⁊ ꝑprie quelibet haꝝ colligit̃ 17ª tertij. caꝑ 3°. in exoꝛdio dñi ingt. Opoꝛtebit ut in hac intẽtiõe rectificet̃ corpus ⁊ euacuet̃ ſanguis malus. ita ut flõmet̃ ſaphena ⁊ uena que eſt in pte poſteriori calcanei. ⁊ eſt illa que ſciatica noiat̃. de cuius ſitu lege 4ª ꝑmi. caꝑ 2°. ❡ Et ſi uelis maiorẽ ⁊ melioꝛẽ diuerſionẽ ⁊ eṽonem a pte patiẽte. flõmet̃ uena alinbid ⁊ eſt uena que repit̃ ꝑpe calcaneũ in domeſtica pte eiuſdẽ. Raro tñ iuenies virũ qui harũ uenaꝝ flõmiã exequi poſſit qd̃ foꝛtaſſe ꝯtigit ꝑpter icõſuetudinẽ: aut q2 raro iueniunt̃ viri ſcia ⁊ ope triti quãtũ opoꝛteret. ❡ 2ª ṽo flõmia de ꝑdictis colligit̃ 17ª tertij. caꝑ 4°. ubi dicit̃ flõmãdã eſſe baſilicã. ⁊ ꝑprie cum retinet̃ ſanguis qui per emoꝛroidas fluere ſolebat. lʒ baſilice flõmia etiã melius ⁊ citius a toto corpe euacuet q̃ flõmia ſaphene que videt̃ ꝑpius euacuare a pte ſuminis. ut 4ª ꝑmi. 2° iã allegato caꝑ colligẽdũ. ❡ Taceo hic flõmiã uene nigre uel cois cũ foꝛtaſſis iuuamẽtũ ei⁹ in eṽone mãeꝝ a toto ⁊ a patiẽte ꝑticula nõ eſt eque ꝯueniẽs ſicut flõmia triũ uenaꝝ iã ꝑdictaꝝ. Hec aũt oĩa itellige ubi ſanguis in toto exuberet aut alie mãe ſanguini ſufficiẽter cõmixte videant̃ ⁊ ad nãm ei⁹ iclinari. qd̃ cognoſcit̃ colore ſanguis rubicũdo claro ⁊ ſubſtãtie ei⁹ ſubtilitate ſi fuerit ſibi cõmixta mã cholica. Signis ṽo aꝑatis ut groſſitudie ei⁹ turbulẽtia ⁊ opacitate ſi fuerit ſecuꝫ cõmixta melia. Remiſſa ṽo ſui rubedine fluxibilitate ⁊ aquoſitate ſi fuerit ex fl̃a cõmixtũ. pariter enĩ a ſapiẽtibus dicit̃ hu. nãe ſanguinẽ cẽ vitioſũ. Cũ aũt ꝯtigit hu. eẽ ſãguini cõmixtos per ꝯtactũ nullo mõ in talib⁹ diſpõnib⁹ flõmia ꝯcedẽda eſt. eẽt enĩ cã magne ꝑiditatiõis. Euacuent̃ igit̃ alijs eṽonum modis. ❡ Dominãte itaqꝫ cholerica mã nali uel aduſta aut utraqꝫ ſil̃ euacuet̃ corpus minoratiue cũ hoc farmaco. ℞. eluarij oxyaſene. ʒ. iij. electuarij hamech deſcripto a Meſ. in antidotario. ʒ. ij. ſ. aque decoc. mirabolanoꝝ idoꝝ. ʒ. iij. det̃ hoc totũ calidũ in potu in auroꝛa ⁊ ſup doꝛmiat hora vna ⁊ expectet ei⁹ opationẽ abſqꝫ cibo ⁊ potu per qnqꝫ horas. Et ſi uelis hẽre euacuatiuũ familiari⁹ iſto. ℞. reubarbari elc̃i ʒ. ſ. eluarij de pſilio deſcriptione Meſ. in antidotario. ʒ. uj. miſce ⁊ totũ det̃ in potu cuꝫ aqua cuſcute uel capil. ue. Si aũt fecalis mã melica ſanguini cõmiſcet̃ euacuet̃ cũ hoc ſolutiuo multe ſecuritatis. ℞. thimi epithimi follicoloꝝ ſene mirabolanoꝝ idoꝝ añ. ʒ. j. aut. ℈. iiij. Potes etiam hãc mãm euare familiari⁹ dãdo in potu. ʒ. iiij. catartici iperialis cum aqua capil. ue. aut lupuloꝝ. Si autẽ ſanguini cõmiſceretur flatica mã ſoluat̃ hoc ſolutiuo. ℞. turbit elc̃i agarici. añ. ʒ. j. pulpe colloquinti. ℈. iiij. ſſ. aniſi dauci añ. g̃. viij. lapidis armeni. ʒ. ſ. folij. g̃. vj. dyagridij. g̃. v. fiãt pille cum ſucco boraginis. Et det̃ ex eis a. ʒ. j. uſqꝫ ad. ℈. iiij. Et ſi apparerent ibi mãs plures ⁊ diuerſas ꝯfuſa mixtione cuꝫ ſanguine dirari cõpone adinicẽ hec farmaca altero dñante alteri ſm̃ gn̄õnabili iudicio medici ꝑcipiet̃ dñiuꝫ mãeꝝ in mixtione tali. ❡ De mixtione ṽo mãeruꝫ equali cum ſanguine hic taceo. qm illa eſt fantaſiabilis magis q̃ a poſteriori uerificabilis. Hec de intentione prima ſuperius p̃miſſa.

Pro executione

ſcde intẽtionis que erat mãerieꝝ diuerſio. ſi qdẽ a toto aut a pte ad uenas emoꝛroidales deſinat mã que ſit fluxus eaꝝ aut doloris aut foꝛnice ibidẽ exiſtẽs ul̃ ſic⁹ effectiua ul̃ augmẽtatiua cã. hec qdẽ plib⁹ igenijs diuerti põt. ❡ Primũ qdẽ eſt per flõmiã uene nigre aut baſilice dextre aut ſiniſtre ptiũ reſpectu qd̃ ꝑcipit medic⁹ ab epate ul̃ a ſplene mãm ad emoꝛroidas effluẽ. põt etiã in hoc caſu nõ ſtãte plectoꝛia fieri flõmia uene ſaphene aut aliaꝝ: de qb⁹ in ꝑcedẽti ſermo ꝑceſſit. ſed hec diuerſio haꝝ ptiũ nõ eſt mihi adeo grata. eo q2 cũ diuerſiõe tali etiã mãe ad iferioꝛa trahunt̃ a ſupioꝛib⁹ ⁊ maxie cũ in eis fuerit replõ nõbilis. ❡ 2m ṽo igeniũ diuertẽdi eſt uẽtoſatio in ſpatulis ⁊ natib⁹ facta. lʒ ꝑma ſit melioꝛ ex ꝑdictis. Silr̃ ⁊ appoſitio carũ ſup carnoſitate domeſtice partis tybiaꝝ. ❡ 3m ingeniũ eſt ꝑuocatio ſanguinis nariũ ⁊ ꝑprie in corpib⁹ ꝯſuetis: ⁊ in his in qb⁹ ſubtilis aut mobilis ad ſupioꝛa mã ſanguini cõmiſcet̃. ⁊ fiat ꝑuocatio cũ titillatione in ꝑfundo naſi facta cũ fruſto carte ꝑgameni aut cũ alio neruulo ſicco: aut cuꝫ letis poꝛcinis uel ramis herbe ſanguinarie quã poligoniã uocãt. ⁊ eſt in rei ueritate corrigiola. ❡ 4° iteꝝ diuerti põt mã in ꝯſuetis ⁊ in his ad quoꝝ ſtomachos repit mã ꝑuocãdo ſibi uomitũ cũ. ʒ. ij. ſy. acetoſi ſimplicis ul̃ cõpoſiti ⁊. ʒ. iij. aque oꝛdei tepefactis: poſt q̃ruꝫ aſſumptionẽ per horã. j. aut. ſ. cõmotio fiat in ꝑn⁹ gutturis cum pẽna inuncta oleo aut fruſto carte papiree retoꝛte. ❡ 5° iteꝝ diuerti põt mã ipaꝫ educẽdo per uẽtrẽ ⁊ ꝑprie cũ inclinat̃ ad ipꝫ. ❡ Pro cui cõplemẽto ex ꝑcedẽti itẽtiõe elige farmaca cholẽ nãlis aut aduſte ſãguini cõmixte eductiua ⁊ ſilr̃ lege ⁊ vide que educere poſſunt flegma aut meliã que

cõmiſcent̃ ſanguini clarificãdo ipm. Taceo hic de diuerſio
ne in media facta per. M. cũ egrotãs ad quẽ ſermo dirigit̃
ſit vir ⁊ nõ mulier. ¶ Sed ſi in muliẽ cõtingeret hec diſpõ.
tunc per. M. ⁊ cõuenienter mã diuerti poſſet dãdo in potu
ʒ.ij. antidoti emagogi cũ. ʒ.ij. decoc. radicũ rubee tinctorũ
aut dãdo i potu. ʒ.i. pillaꝝ que fiãt ex trociſcis de myrra cũ
aq̃ decoctionis pulegij aut caſſia lig. ¶ Neq; etiã hic cura
ui tãgẽ ſextũ modũ diuerſionis mãei per ſudorẽ: eo q̃ raro
tales mãe per illã curari pñt ꝓpter groſſitudinẽ uel viſcoſita
tẽ: ⁊ ut q̃ mãe tales multũ remote ſunt a viis pectoris. Si
aũt cõtingeret has mãs a ṽtute potẽti ad ſudorales vias di
uerti. ⁊ mãe ita cõplete uel cõuenienter curarent̃. tũc ꝓuoca
ri debet ſudor eo q̃ medicus debet ſeq opus nãe nal̃r opan
tis iuxta preceptũ ueteris Hyppocratis aſſẽrũ; p̃ma. Que
ducẽ opter vndecunq; ec̃. ¶ Igit̃ accipiat̃ aque ſublima-
tionis feniculi. ʒ.viij. vini aromatici ⁊ fumoſi ſubtilis albi
ʒ.i. miſce ⁊ calidum detur in potu. eger pannis calidis in-
uoluatur ⁊ bene cooperiatur. hec de inte itione ſecunda.

Tertia ṽo itẽtio fuit ꝑtialis mãeꝝ ſubtiliatio. ⁊ hanc q
dẽ mãm dupl̃r itellige poſſumus. ¶ Primo
qdẽ q̃ mã aſcedẽs parata de ꝓpinquo flue ad loca patien
tia. ⁊ ad hãc qdẽ ẽtionẽ nõ intẽdo cũ hac intẽtione 2ª: eo q̃
facis ſufficiẽter huic mãe ꝓuiſu; eſt in itẽtione pª. ¶ 2ª ṽo p
tialis mã eſt illa que in patiẽti ꝑticula 2tẽta eſt ⁊ circũſtãter
ad ipa; que iã a uenis effuſa eſt ⁊ in poris dictarũ ptiũ 2ten
ta. Et ad hãc qdẽ mãerũ ptẽ ſubtrahẽdo ab emorroidib⁹ a
pte dolẽte: ⁊ ab illa que grotat miliari formica uel ficu ſo
leo multiplicib⁹ attẽdẽ iſtris. Et primũ qdẽ illoꝝ eſt applicã
do ſanguiſugas ptib⁹ iã p̃dictis ſm canonẽ collectũ. 4ª pri-
mi. cap̃ 2º. eligẽdo ſãguiſugã nõ ualde magnã que ſit colle
cta in aq̃ nõ ualde feuda ⁊ careat maculis uel lineis viridi
b⁹ ⁊ ſit in aq̃ diu cõſeruata in uaſe vitreo ubi furfures poſi
ti fuerit pauci. madefiat igit̃ locus cũ aq̃ frida abũdẽter. de
inde famelica ſupponat̃ ſanguiſuga ⁊ facile adherebit. Si
ṽo plena fuerit per ſe cadet. ⁊ ſi nõ ꝑcute ipam cum ṽgula li
gnea aut cũ accẽſa cãdela tãge ipam ⁊ cadet. Et ſi poſt eius
caſum emorroſagia magna cõtingeret ſuppone ei hoc me-
dicamẽ. ℞. amili farine uolatilis molẽdini añ. ʒ.j. boli ar-
meni ſang. dra. aloes ſarcocolle thuris añ. ʒ.ß. cõquaſſent̃
cum albumine oui ⁊ coto uel ſtupa in eis infuſis locus em
plaſtretur. ¶ 2ᵐ ṽo ingeniũ ſubtrahendi partialẽ mãm eſt
hoc per appoſitionẽ cornuũ aut uẽtoſarũ hñtium ſtricta ca
pita que cum ſcarificatione applicentur partibus patienti
bus. ¶ 3ᵐ igeniũ eſt ſcarificãdo ptes illas cũ ſubtili raſorio
aut cũ flobotomo ſolones 2tinuitatis multi numeri ibide;
efficiẽdo. ¶ 4ᵐ inſtrm̃ eſt applicatio emplaſtroꝝ que ſunt
ſua ṽtute mãe a ptibus attrahẽtia ⁊ 2ſumẽtia: ſicut eſt em-
pl̃m hoc. ℞. armoniaci. ʒ.vj. galbani. ʒ.iij. radicũ ireos ari-
ſtologie ro. ſe. piretri ameos añ. ʒ.j. farine orobi. ʒ.ij. olei de
criſomillis. ʒ.iij. fiat empl̃m cõuenieẽter tenax ⁊ admiſtretur
mediocriter calidũ. ¶ Mãm etiã ptialẽ cõuenieẽter ſubtra-
hit puluerizatio ſup ꝑticularibus locis facta cum puluere
ſandarace. ⁊ fortior illo eſt puluis factus ex ſtercore colũbi-
no. mediũ ṽo iter illas eſt puluerizatio facta cũ puluere cor
ticũ capparoꝝ. ¶ Exiccat etia; ꝑticularem mãm illarum
egritudinum ſuffumigatio facta cũ puluere ireos ⁊ anacar
di. añ. commiſcendo alia. ¶ Adhuc etia; exiccat eos enca
tiſma factum in aqua ſulphurea principaliter: deinde in
ea ſedeat ⁊ etiam in aluminoſa. hec de intentione tertia.

Quarto iterſecat̃ uel itercipit̃ mãerũ fluxus ad pti
culas patiẽtes igenijs multis. ¶ Primu;
eſt applicatio medicinarũ ſup ꝑticulas paſſibiles diſtanter
ab eis per duas vncias: que medicie ſũt fride ⁊ ſtiptice que
2cluſione q̃dã mẽbroꝝ poros ⁊ vias alias 2ſtrictas reddãt.
ita ut mãe per eaſdẽ ad loca p̃ncipalia fluẽ nõ poſſint. de q̃-
rũ numero eſſe põt hoc vnguẽtũ. ℞. boli armeni ſang. dra.
terre ſigil. ſandarace añ. ʒ.iij. thuris hypoquiſti. añ. ʒ.ij. fari
ne uolatilis molẽdini. ʒ.j. ſucci plantaginis. q. ſ. icorporet̃
ſimul in mortario plũbeo uſq; ad cõuenientẽ glutinoſitatẽ.
¶ 2ᵐ inſtrm̃ eſt cerotu; iſtud. ℞. picis naualis hñ cocte. ʒ.
iij. colofonie. ʒ.j. glutis piſcium. ʒ.j. dragagãti gũmi arabici
thuris ſarcocolle añ. ʒ.i.ß. ſcorie ferri. ʒ.iiij. cum aceto nigro
fiat cerotũ hñ tenax: ⁊ eſt de medicis fere potẽtib⁹ que inue-
niri pñt. ¶ 3ᵐ inſtrm̃ eſt applicatio cauterioꝝ actualiũ que
applicantur inter partes mandantes ⁊ recipientes. ¶ 4ᵐ
inſtrm̃ põt eſſe applicatio cauterioꝝ potẽtialium. ſicut que
fiũt cũ ſpẽb⁹ vitrioli cũ melle anacardi cũ auripigmento ⁊
ſimilibus. ¶ Q5ᵐ inſtrumẽtũ eſt applicatio ligature in iter
med ijs partibus adherentis facte. ¶ 6ᵐ inſtrm̃ eſt applica
tio fomẽtationũ uel balneoꝝ exiccãtiu; partibus interme-
dijs applicatoꝝ. ſicut cũ aqua aluminoſa uel ferrea natura
liter talibus aut cum decoctione in illis facta. ¶ Ultimum
inſtrm̃ reſtrictiuũ curſus mãerũ interceptiuu; eſt exhibitio
triſere facte cũ ſcoria ferri ſm itẽtionẽ Auicẽne 13ª tertij in fi
ne capl̃i de reſtrictione emorroidarum. de qua ſoleo dare ol
manc. ʒ.ij. cũ aqua decoctionis uel cõfricationis ſcorie fer-
ri cũ ea. Hec qdem ſufficiant de intentione quarta.

¶ De regimie ꝑticl̃ari vnicuiq; diſpõni 2uenietĩ. Cap̃.ii.

Pro regimine ṽo ꝑticulari hax diſ-
põnũ ⁊ ꝓprie fluxus
emorroidalis qui tñ iterpolat⁹ eſt. ut ãppuit ſu-
pra p̃mittẽdũ ẽ q̃ talis flux⁹ cohiberi non debet
niſi q̃n per imoderatã q̃titatẽ eius reduceret̃ ad
debilitatẽ modicã que cognoſcit̃ caſu pulſus deficiẽtib⁹ in
ſubcutaneis ptib⁹ corpis. Demũ de curatiõe ad iferiora ap
parẽte ſcotomia uel ṽtigine defectu aioſitatis aut lipotho-
mie uel ſyncopis. his aũt ex aliqb⁹ apparẽtib⁹ ⁊ ꝓprie cũ ꝑſe-
uerãt ſtatim op; nõ ſolũ itercipi: uez etiã oino retineri flux⁹.
Si aũt fluxus nõbilis quãtitatis ꝓtrat̃ cum debilitate non
ualde nõbili actual̃r apparẽte. ſed cum grãdi ſuſpitiõe ne
amplius augmẽtũ debilitatis increſcat: talis fluxus itercipi
debet. Et hec eſt differẽtia iter intercipiẽdũ ⁊ reſtringẽdum
fluxũ que claudit̃ in ſnia viroꝝ illuſtriũ. Cum aũt poſt flu-
xus iterceptionẽ fuerit fortificata ṽtus op; redire ad ei⁹ ꝓ-
uocationẽ: ⁊ ita ſapiẽter intẽtionẽ intercipiendi fluxũ reſol-
uere ad itẽtionẽ ꝓuocãdi ipſum ⁊ ecõtra. tal̃r eni; ꝓcedẽdo
cõſeruat̃ ṽtus ⁊ mãei reliq; cõplete curat̃. Quorũ qdẽ grã
primũ qdẽ qb⁹ ⁊ q̃lib⁹ inſtrũs imoderatus fluxus reſtringi
debeat dicẽdũ eſt. Deinde que auxilia reſtringẽdi fluxũ: aut
interceptũ ꝓuocãtia ſubſequẽter ordinate ſunt tangenda.
¶ Primũ qdẽ imoderati curſus reſtrictiuũ ſimplex eſt hoc
ſ. pul. carabe. Itẽ lapis ematitis. Itẽ pul. coral. cõbuſtorũ.
Adhuc etiã terre ſigillate uel ſan. dra. uel boli ar. ſeu pilorũ
leporis minutim inciſoꝝ. pul. ſtercoris aſini cõbuſti. pulũis
folioꝝ baſiliconis ſicci: que tñ a ꝓprietate magis q̃ a q̃litate
coibus hec opant̃. ¶ De cõpoſitis ṽo famoſiſ ſunt trociſci
de carabe de coral. de bolo ar. de ſpodio ⁊ ſimiles. ¶ Com
poſitũ bonũ ad eãdẽ intẽtionẽ eſt hoc. ℞. pul. oſſiu; cruris
bouis cõbuſtoꝝ. coral. al. ⁊ ru. oſſiũ dactyloꝝ ⁊ oſtracoꝝ oim
añ. ʒ.ij. atramenti viridis. ʒ.i.ß. ſpodij carabe ematitis añ. ʒ.
iij. ſan. dra. acatie pul. arilloꝝ granatoꝝ acetoſoꝝ dragagãti
gũmi arabici torrefactoꝝ añ. ʒ.ij.ß. pulueriʒentur oia per ſe
ſubtil̃r ⁊ ſupaſpgat̃ locus ex eis diligẽter ⁊ ſupponat̃ cotũ
infuſu; in aceto ru. ⁊ expſſis ſupliget̃ pti ſtricte ⁊ adheren-
ter. hic qdẽ pul. potẽter ſtringit ſanguinẽ vndecũq; manã-
tẽ: cũ quo qdẽ reſtrixi emorroidalẽ fluxũ qui durauerat an-
nis quatuor in ſpectabili milite dño Nicolao de ſenatis ci-
ue Neapolitano. cum quo etiam puluere ſimul cum farina
uolatilis molendini ⁊ ſucco plantaginis aut conſolide ma-
ioris aut ſucco burſe paſtoris ſoleo emplaſtra facere. ⁊ pa-
tientibus partibus adherenter circumligare. ¶ Et ſi ue-
lis remedium leuius illo. ℞. pul. Auicenne 17ª tertij. capi-
tulo 9º. Cuius deſcriptio. ℞. aloes thuris ſang. dra. balau-
ſtiarum ſief memite ana. partes equales. ¶ Ego uerum cũ
uolo pauperibus expenſam euitando facile ſubuenire in-
fallibili experientia ſcio. q̃ puluis gypſi conquaſſatus cũ

aſbumine oui mirabiliter reſtringit ſanguinem vndecunqꝫ manantē. ita ꝙ menſtruales ⁊ emoroidales fluxus detineri vidi in tēpore breuiori ꝙ̄ quarta pars hore. ¶ Si vo fluxū iſtū cum ebibitis nō fallentibus retinere uelis. memora qḋ ſupra dictū eſt de triſera cuꝫ ſcoria ferri ⁊ trociſ. de carabe ⁊ ematitis. ¶ Amplius lege que ſcribunt̄ remedia in 9° Almanſ. ⁊ pillas de bdelio. ⁊ pillas ſcás cū mumia ⁊ ſilibus. ¶ Cū qb° qdeꝫ medicis ſimplicib° ⁊ cōpoſitis diuerſo mō procedē potes in reſtrigēdo fluxū iſtū. nūc qdē fomētādo. nūc vo ſuffumigādo: aliqñ faciēdo encatiſma balneationes euaporationes linimēta epithimata ⁊ reliqua talia tuo iudicio rōnali applicando. Hec de intentione partiali reſtringendi fluxum quecunqꝫ dicta ſufficiant.

¶ Primū itaqʒ ipſoꝝ eſt eluariuʒ hoc in quo eſt intētio frāgēdi acuitatē:leniēdi uētrem:educēdi uētoſitates:⁊ mūdificādi urinales:⁊ ulceroſas ptes opatione ↄuenienti. ℞.medulle caſſieſi.medulle ſebeſtē ⁊ prunoꝝ oium ēxctoꝝ cuʒ aq̄ lupuloꝝ.añ.℥.iij.pul. folliculoꝝ ſene.℥.j.polipo.cartami:g̃noꝝ curi.añ.ʒ.ß.macis.ʒ.ij.violaꝝ.ʒ.vj.ßß.granoꝝ nucis muſ.añ.ʒ.j.cinamomi.ʒ.ß.ↄſue violaꝝ zuc.al. ana.℥.ij.fiat eluariū de quo oī 3⁰ uł 4⁰ die deglutiat coclear.j.imediate añ cenā:aut poſt ipſuʒ accipe cū aq̄ decoc.paſſulaꝝ nigraꝝ in aurora mediocriter calida tardādo cibū horis.v. ¶ 2ᵐ inſtrm̄ eſt linimētū hoc:de quo renales ptes ⁊ lūbares vngantur uſqʒ ad caudā:⁊ ſupponat pānus tepidus . cui⁹ deſcriptio. ℞.nenufa.ſucci violaꝝ recētiuʒ:ſucci v̄ge paſtoris.añ. ℥.ij.amili.ʒ.v.ſandaloꝝ ru. violaꝝ.añ.ʒ.ß.ſe.endiuie:lactuce:ſcariole:portulace.añ.ʒ.ij.croci:macis:ſpice nar.ana.ʒ.ß. albumina ouoꝝ duoꝝ.terant ſil ultimata ↄtritione cū amilo in mortario plūbeo cuʒ ſuo piſtello:⁊ alijs ſupadditis fiat linimētū molle.¶ 3ᵐ inſtrm̄ eſt mundificatiuum ptiuʒ egrotaꝝ ſufficiēter abſtergens eas:⁊ addit in regeneratione mēci in ptib⁹ carnoſis:⁊ leue ⁊ nobile ualde eſt hoc. ℞.aque ſublimationis:radi.centauree minoris lib.ß.miſce ſil:⁊ de hac mā in ſeptimana bis accipiant.ʒ.v.tepefacta cuʒ modico penidiarū in aurora.¶ 4ᵐ inſtrm̄ mēcrū digeſtiuū magis:⁊ predictaꝝ viaꝝ ↄfortatiuū eſt hoc. ℞.aque ſublimationis hypoſcte:aque lupuloꝝ:aque alkekēgi. añ.par.iiij.miſce:⁊ accipiat ex ea. ℥.iiij.in aurora tepidū.per cōpletā ſeptimanā ↄtinuādo.¶ 5ᵐ inſtrm̄ eſt linimētū hoc:de quo bis in die lungant ptes itermedie genitaliū ⁊ ſiecris:⁊ eſt in eo intētio ſedatiua mordicationis:⁊ ꝓhibitiua curſus mēcrum. Cuius deſcriptio. ℞.vitellos ouoꝝ numero.iij. olei ro.omfancini.añ.℥.j.ß.amili.℥.j.croci.ʒ.ß.coriādri prepati:litargiri ſpumificati:ſe.acetoſ.granoꝝ mirti.ana.ʒ.j. terant oia ſil in mortario plūbeo cū ſuo piſtello:⁊ fiat linimētū ⁊ applicet ut dictū eſt.¶ 6ᵐ inſtrm̄ eſt ut vir iſte ſepe aſſueſcat pedes ⁊ manus ei⁹ añ cenā ablue cū aq̄ decoc.folioꝝ hedē camomille:ſaluie ⁊ ſiſiuʒ gr̄a diuerſionis mēcrū. ¶ 7ᵐ inſtrm̄ eſt decoctio iſta:cui⁹ aſſumptioni oportebit ipſuʒ eſſe ſollicituʒ ⁊ ſolertē euitare mūdificatiua per ſirigā iniiciēdū qd̄ qdē cōuenit ei:ut credo ꝓpter leſionē ↄſecutā ex itromiſſione ſiringe ex iprudētia medicoꝝ q ipſam applicare neſciuerunt.Si enim cōgrue applicaret ſiringa cuʒ medicinis oppoꝛtunis notabile ſemꝑ iuuamētuʒ efficeret. Eſt aūt ordo hu⁹ deſcriptionis talis. ℞.ſebeſtē numero.xv.violarum:ſeminis portu.gra.alke.foliorum cypreſſi.ana.ʒ.ij. gummi ara.ʒ.ß. granorum pinearum.℥.ß.liquiritie.ʒ.ij.ß. ſeminis acetoſe:endi.ſcariole.añ.ʒ.j.ſemis coluʒ frigidorum.ʒ.ij.fiat omnium decoctio lēto igne in lib.iij.aque uſqʒ ad cōſumptionē 3ᵉ ptio.Deinde colent cuʒ expreſſione leui.De ipſa igit accipiat ℥.v.in aurora:⁊ tardet cibū ad minus horis 4ᵒʳ. Et ſi uehemens ei iſtaret ſitis poſſet iterū de ea bibē frequēter cū eq̄li pte aque ordei.¶ Cū q̄ cōtinuauerit hāc decoctionē:tūc ſequēti die imediate accipiat doſim vnā eluarij ꝑ loco deſcripti:⁊ poſt ipſam trāſeat ad mundificātia ⁊ icarnātia alternatim aſſumpta. Itaqꝫ ex intētione digōnis ꝓcedat ad lenitiua:⁊ de lenitiuis pmutet ſe ad mundificatiua ⁊ abſterſiua ſupius tacta:⁊ a mūdificatiuis reuoluat ſe ad incarnātia ⁊ ↄſolidātia:⁊ ita fiat reuolutio circularis ab vno ad reliquū canonice ꝓcedēdo. Nece eniʒ erit alijs diligēter obſeruatis laudabilē effectū ſubſeq.¶ 8ᵐ inſtrm̄ eſt ut poſtꝙ per menſem to predictoꝝ inſtroꝝ reuolubileʒ ordinē cōſecut⁹ fuerit: tunc in aurora aſſumat.ʒ.ß.iſraſcripti pulueris:in quo eſt intētio frāgendi caliditatē auctā a motu mēcrū:⁊ ab applicatione mūdificātiuʒ ⁊ abſtergētiū ↄſecutā:⁊ ꝓpe cum cyatho.ß.aque decoc.g̃.pinearū. Cui⁹ deſcriptio. ℞.fo.cypſſi.ʒ.ij.fo.altee.ʒ.ij.ß.ſe. portulace.ʒ.ij.g̃. papaueris al.ʒ.iij.ſe.endiuie.ʒ.j.ß.ſe.lactuce.ʒ.vj.floꝝ nenufa.ʒ.v.fiat oīum per ſe puluis.deide cōmiſceant.¶ 9ᵐ inſtrm̄ eſt elecm.hoc. ℞.mucillagis mucbete.℥.iij.mucillagis ſe.lini:fenug.⁊ granoruʒ ſiſami.ana.℥.ij.penidiarū.ʒ.iiij.croci.℥.ß.corticū mādragore.ʒ.j.g̃noꝝ alke.numero.xv.floꝝ nenufa.ʒ.iij.fiat elec.ᵐ cū lib.ß.zuccari diſſolati ⁊ cocti cū aq̄ cētauree mioris.de q̄ ſequēti mane in aurora aſſumat.ʒ.v.cū.℥.ij.aque ſublimationis burſe paſtoris tepide:⁊ tardet cibū horis 4ᵒʳ. ¶ 10ᵐ ⁊ ultimū inſtrm̄ eſt.ut 3⁰ ſequēti die vir iſte accipiat.v.de iſraſcriptis pillis:quaruʒ deſcriptio. ℞.cētauree minoris.ʒ.ij.granoꝝ alke.numero.v.corticuʒ papa.albi:floriʒ nenufa.ana.ʒ.ij.ſe.plātagis:acacie:gūmi ara.dragagāti.ana.ʒ.ij.medulle g̃noruʒ ceraſorum:uel gūmi arboris ipſorū.ana.ʒ.iij.liquiritie:aniſi:g̃norū pini.añ.ʒ.ij.diſſoluant gūme cū ſucco violarum:⁊ bñ icorporent cū alijs ſpēb⁹:⁊ fiāt ex oī.ʒ.viij. Cuʒ q̄ ſumpſerit eas reuoluat ſe ad puluerē in 8⁰ inſtro ſcriptū ⁊ de pului ad eluariū:⁊ de eluario ad pillas ultio ſcriptas ⁊ ita circulariter ꝓcedat per ſpatiū duorū mēſiuʒ memorādo ſemꝑ de lenitione cum ꝑ inſtro fienda.qbus diligēter factis ſpo ↄualeſcētiā obtinebit:quā ↄcedat ille q ſolus ſanare ⁊ bñdicē pōt.qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorū . Amen.

Cōſiliuʒ.193.

De triplici mala diſpoſitione.videlicet.¶ De ardore urine.¶ De frequenti mictu.¶ De mictu ſanguinis.¶ Diuidit autē cōſilium in particulas tres:ut patet.

Ex his que mihi narrata ſunt ⁊ ſenſu viſus ⁊ tact⁹:⁊ ſignis cōprehendē potui appet ꝙ diſpoſitio huius viri nobilis vincentini reducit ad tria gña nocumenti in mēbris urine expītis.¶ Primū eſt ardor in emiſſione urine eueniens.¶ 2ᵐ eſt frequens mictus . ¶ 3ᵐ eſt ſanguinis cum urina emiſſio iterpolationē hris.¶ Quoꝝ oiuʒ nō ſolū rō formalis:imo cāe ⁊ eoꝝ ſigna pquiri debēt ſi diligēter ↄſil.o medicinali recto ſibi ſubueniri debet. Ideo vniuſcuiuſqʒ hoꝝ ſingulariter ⁊ cāe ⁊ ſigna ponēda ſunt:⁊ curationis modus.

Particula prima De ardore urine cōtinēs capitula quatuor.

¶ De causis ardoris urine. Cap.1.

Sit itaqʒ ardor in urina: dolor pūgitiuus uel acuitas in emissione urine pueniēs. ali qñ uo ipsam pcedēs. frequēter etiā ipsi⁹ emissio nē subsequēs: q̄rū triū uerificatio ex sequētibus apprebit. ¶ Fit aūt ardor talis qñqʒ a cōplonali cā. ¶ Qñ qʒ uo ab exiccātib⁹ causis ⁊ inflāmātib⁹. ¶ Qñqʒ uo ⁊ 3° ex ɔsumptione humiditatis que gr̄a finis ɔtinet in glandosis carnib⁹ ad irrorādū ⁊ humectādū mēbra: ut ad pulsionē superfluitatū dispositoria sint: eo q̄ humiditas reddit ea extensibilia ⁊ flexibilia magis. ¶ 4° uo cōtingit in urinādo ardor pp ulcera excoriationē uel scabiē in uesica ⁊ in mēbris urine exitiua. Et colligunt hec oīa 19° tertij. tractatu ⁊ cap secūdis.

¶ Ex qb⁹ clare dici pōt ista distictio. q̄ ois urine ardor puenit aut pp nocumētū essentiale uesice: aut per colligātiā ei⁹ ad mēbra urine: aut per colligātiā a toto cadētē. ¶ Exēplū p̄mi: sicut ois lapsus cōplonalis ipsi⁹ uesice. de q̄rū ni numero lapsus ad calidū ⁊ siccū frequētius ardoris in urina pūt esse cāe q̄ ad frigidū ⁊ humidū. ⁊ tu speculare. ¶ Itē ⁊ egritudines cōpōnales quedā ardoris in urinādo pūt. esse cāe: ut rugositas: aspitas supficiei ɔcaue colli uesice. ¶ Itē egritudines in unitate ɔtingētes hoc idē efficē pūt: ut excoriatio: ulcera ⁊ silia in toto corpore: ⁊ maxie in collo uesice cōtingētia. ¶ Exēplū scd̄i: sicut oēs gen⁹ egritudinū cōplonalium in mēbris urinalib⁹ mediatis ⁊ imediatis cueniēs: ut in poris urīdib⁹ in emulgētib⁹ renib⁹ ⁊ epate: ⁊ lapsus cōplonalis: ⁊ unitatis iā tacti pdictū ardorem efficē pūt. ⁊ tu discurre ex his que scribunt 18ª tertij. cap de apostematib⁹ de solone ɔtinuitatis ⁊ ulcerib⁹ renū ⁊ reliq̄rum uiaꝝ: ⁊ ex his que scribunt in 14ª tertij. in mā de fluxib⁹ epatis ⁊ almesire uel ulcerib⁹ eius. Iterū ardor in urina puenire pōt ad membra urine: ⁊ pp̄e ad uesicā. sic freqēter ɔtingit in trāsmutatione cretica mācrum que febres acutas efficiebāt: ⁊ sic in lepra: scabie: uariolis ⁊ morbillo: ⁊ silib⁹: q̄rum oīū mā: aut q̄ nimium exuberāt: aut q̄ ab incitata ūtute sint homatice ppellunt cōtingit fieri diuersionē de circunferētia ad cētrum. ⁊ tu ɔsidera hinc inde ab auctorib⁹ ⁊ facile uerificabit. ¶ Qualiter aūt salsedo ex p̄ma cā. s. lapsu cōplonali pueniēs uidē est facile. Cū sit enim urina: ⁊ lʒ acuta existat ⁊ salsa: a caliditate ni ⁊ siccitate uesis magis salsa ⁊ acutior efficit. q̄re ad collum uesice notabilis sensationis expis delata ardorē: pūctionē ⁊ mordicationem in ea effic̄. Et idē dici pōt de causis extitib⁹ positiue ⁊ puatiue tā ab ex̄ q̄ ab intra euenientib⁹: ⁊ tu discurre per eas. ¶ Pro 3ª uo cā dicendū q̄ si humiditas que in carnib⁹ glādosis in mesenterio posita: ⁊ aliqñ in collo uesice ɔsumant ut in fortib⁹ fluxib⁹ flobotomijs ⁊ sil' hus causis exiccātib⁹ sepe ɔtingit. urina tunc in sui acuitate non refrāgit: ⁊ corpus uesice siccum redditum ⁊ nō irroratuʒ ardorem ei⁹ nocumēta facile pcipiet. ¶ Et iste tres cāe uident palā in hoc uiro ardorē in urinādo fecisse. ¶ Est enim hō a gnātione caliditatem epatis ⁊ renum notabilē hūs fortibus etiā laborib⁹ suo tpe occupatus fuit. rebus etiā exitib⁹ ⁊ calefacientibus: ut cibis salsis ⁊ acutis usus est. Iterum ⁊ excellenter extenuat⁹ per uniuersum ambituʒ: ⁊ maxime in toto uētre ⁊ miracb sic uidi. Ex quo facile ɔcludit ɔsumptionis predicte humiditatis irrorare debētis cā. ¶ 4° uo cā in eo locum nō hēcū neqʒ excoriationē: neqʒ ulcera in urinali uia pcepi. Et ex sentētijs predictoꝝ apiri pōt cā q̄re qñqʒ dolor pungitiuus pcedit urine exitum: ut cum ulcera uel nocumēta existūt in collo uesice pcipit ardor pus tpe in extremitate ūge tanq̄ in mēbro excellentis sensationis colligato per suum pāniculū collo uesice. ¶ Comitat aūt qñqʒ dolor pungitiuus actualē exitum urine ppter acutā esse urinā: ⁊ ppter aspitatē ⁊ fortē conatum ūtutis ɔstrigētis uesice colli ad urinā emittenduʒ. Seqtur aūt dolor qñ urina facile exire pōt absqʒ multo conatu ūtutis ad illū ppter ipressionē ab urina imbibita in collo uesice uel eius excoriationē ⁊ scabiē hūte intrinsecus. ¶ Reliq̄ aūt 5ª cā ardoris in urinādo effectiua esse pt ulcera excoriatio uel ɔspitas ɔtinentia in cānali ūge ⁊ extremitate pudibūdi: sed nō sunt p̄tis ɔsiderationis. ⁊ tu lege de eis 20ª tertij. de ulceribus uirge.

¶ De signis ardoris urine. Cap.II.

Ut igit species ardoris urine cognoscant: uniuscuiusqʒ earū signa ponēda sunt. Signa itaqʒ ardoris urine pueniētis a cā cōplonali. ¶ Primū: ut cōplo fuerit a gnatione cholerica aut sāguinea: calidior ni q̄ humidior. ¶ 2ᵐ est ut ⁊ lʒ cōplo non fuerit talis ex regimine: tñ fuerit in humoribus adustio facta: ut ex forti exercitio: aut labore: aut ex usu ciborū: aut potuū acutoꝝ: ut allei cepe sinapis salsorū ⁊ siliuꝝ ⁊ potuū etiā acutoꝝ ut uini nāliter fumosi: aut hūis acuitatē accitalē: ut mixtionē ex aq̄ uino uel alioꝝ acutoꝝ: aut uinū qd collectum fuerit in locis harenosis calcis ⁊ silibus. ¶ 3ᵐ signū est ut sit cōplo que per adustionē factā acuitatē posuerit in humoribus: siue fuerit hec cōplo mala totius aut ptialis in epate ⁊ renibus: ⁊ alijs mēbris in urinalem aquositatem imprimentibus: ⁊ reliqua signa omnia cōplonem calidā ⁊ siccā arguētia huic loco adaptāda sunt.

Signa uo ardoris facti causis exiccātibus hūtur per inuestigationē cāꝝ corpus positiue exiccātiū ab ex̄ euenietiū uel ab intra. ⁊ iterū hoc idē efficiūt oēs cāe puatiue exiccātes: ut sunt euōnes oēs fortes ⁊ pseuerātes in sensibilr uel insensibilr corpus exiccātes. ¶ Signa uo ardoris pueniētis ex ɔsumptione humiditatis glādose cognoscunt per inuētionē cāꝝ exiccantiū totū corpus ⁊ maxime miracb intestina mesenterion ⁊ lūbares ptes que cōprehēdunt ex cōsumptione totius uētris uelut si miracb spōdilibus adherere uideat: ut in hoc uiro notabilr liquet. ¶ Signa uo ardoris pueniētis ab ulceribus ⁊ scabie in uijs urinalib⁹ exitib⁹. hic nō ponunt: cū in hoc uiro uestigiū eoꝝ nō appeat. etiā q̄ alr in tractatu de cura ulcerū uiarū urine diffuse satis hec sig a me pronunciata sunt: ⁊ tu lege illud exinde: huic tractatui ɔformiter adaptando hec de signis.

¶ De cura ardoris urine per regimen rez nō nālū. Cap.III.

Erit pro regimine hui⁹ dispōnis libādū est terū nō nālū ɔueniēs administratio. Eligatur itaqʒ aer in oi dispōne pdicta pueniēte a causis pdictis ad frigidū ⁊ humidū inclinat⁹: lʒ ampli⁹ debeat esse humidus q̄ calidus. sit etiā aer nō uētosus. nā flat⁹ uētoꝝ septētrionaliū hāc egritudinem auget. sit etiā aer nō caliginosus. ⁊ nō sit aer q̄ue mōtiū eleuatoꝝ hitātiū in turrib⁹ ⁊ locis nōbilr a terra eleuatis. ¶ Exercitiū aūt ⁊ motū fortem ⁊ laboriosuʒ oēm euitare debet pp cām notā: ⁊ maxie exercitiū equestre ul' multe ambulatiōis fortis ⁊ uelocis: eo q̄ nocet ardori: auget urine fluxū debilitando ɔtētiuā: et q̄ sāguinē fluē facit: de quo iferi⁹ dicet est: ⁊ in sūma ad qetē excedētē declinare ɔueniēs est ei. nequaq̄ uo ad exercitiū ul' motū: ⁊ maxie illū qui fit in coitu. ¶ Cūm aūt repletionē humoꝝ iā factā tollē oʒ. Silr ⁊ replonē ciborū ⁊ potuū sūme pe pcauē. caloꝝ uo ⁊ siccoꝝ: qm egritudinē augēt uigorādo cām ⁊ māʒ ei⁹: frigidoꝝ uo ⁊ humidoꝝ potuū ⁊ ciborū replonē effugiat: eo q̄ inati caloris suffocationē efficiūt: ⁊ mās ad putredinē disponūt. ¶ Cōformiter etiaʒ loquēdo pdict⁹ uigiliā imoderatā euitare oʒ: eo q̄ corp⁹ exiccet: ⁊ humorales mās acutas efficiat. Sōn⁹ aūt in hoc uigilijs est ɔtrari⁹: ⁊ etiā q̄ corpus humectat ⁊ digonē mācruʒ ɔueniētē efficit: q̄re plixe dormire ɔueniēs est ei. uigilare uo ɔtrariū. ¶ Euitet etiā oia accitia aie: que aiam tristē efficiūt ⁊ accubare faciūt calorē innatū ⁊ pmptiorē efficiūt ipm ad exiccandū ⁊ acuēdum mās humorales: ⁊ oia accitia aie que fortē ⁊ uelocem motum in spiritibus ⁊ humoribus efficiunt euitare debet ppter causas predictas. ¶ De cibis autem ⁊ potibus dicendum primo generāliter q̄ euitare debet omnia excelleter calida acuta ⁊ salsa: ut colligit 19° tertij

tractatu ꝛ cap̄ ſcōis. In diuiſiōib⁹ a Raſi cap̄ 57°. ꝛ pluries alibi. Igiť euitare debet panē coctione multa cōbuſtū ꝛ ſalſum notabiliť: ꝛ multo fermēto ꝯditū ſaltē antiquuꝫ. ¶ De olerib⁹ vō euitet oēs acutas plātas: ut hyſopū: roſmarinum: nenē: ſiſimbriū ꝛ ſilia. ¶ De granis vō effugiat: ſicut eſt ſinapis: naſturtium: ꝛ reliq̄ paria. ¶ De radicibus vō euitet alleum: cepe: bulbum: porrū: raphanū: ꝛ reliq̄ uehemētis ꝓuocationis: ut petroſelinū: daucū ſylueſtrē ꝛ domiſticū ꝛ reliq̄ hoꝝ. ¶ De folijs vō euitet rutā: erucā: naſturtium ꝛ reliq̄ ſilia. ¶ De ſaporib⁹ vō effugiat acetū acutū: lymones ꝛ oēs ſuccos miſte ꝓuocationis. vinū citonioꝝ ꝛ alia ſilia. ¶ Utatur aūt pane mediocris coctionis a furfurib⁹ bñ mūdo ꝛ de pura ſimula facto. ¶ De carnib⁹ vō utať carnib⁹ oīb⁹ iuuenib⁹ mollib⁹ mediocriter piguib⁹ facile digeſtibilib⁹: ut ſunt carnes hedoꝝ: gallinaruꝫ: caponum: pulloꝝ: vituli recentis caſtratine: leporine: porcine recentes ꝛ pıb⁹ eoꝝ: ut eius pinguedine ꝛ aſſungia nō ualde ſalitis. Et lacte qō oī mō ꝑparationis eſt ei ꝯueniēs: ꝛ maxīe lac ouinum cui in debilitate renuꝫ nihil eſt cōpar. 18° tertij. cap̄ de eo. ¶ De plantis vō utať boragine: lactuca: bleta: ſpinachia: ꝛ aliqñ rapis: lꝫ raro. Itē ſepe uti debet malua decoc. eius in cibis ꝛ eſt ſecretū mirabile. ¶ Iteꝫ de ḡnis utať ordeo alkiſt: uel ptiſana ei⁹: ꝛ aq̄ ipſi⁹: ꝛ oī ipſi⁹ preparatiōe. Cōueniūt etiā ei pānicuꝫ: riſum: pultes de ſpelta ꝛ ſiligie ꝛ ſilib⁹ granis. ¶ De fructib⁹ vō cōueniunt ei ceraſa que maxime in hoc cap̄ ab oīb⁹ auctorib⁹ laudata ſunt. Itē melones: citrulli: cucumeres: angurie: ꝛ ſimiles fruct⁹. ficus aūt ꝓpter ptē lacticinij eoꝝ nō ꝯueniūt: lꝫ Auic⁹ 19° tertij. finali cap̄ ꝯcedē videať eos cum oleo commixtos. ꝛ tu cōſidera. Uue vō nō placēt. nā oīs vua nocet renib⁹ ꝛ ueſice: ut habeť 2° can. ab Auic⁹ ꝓpo cap̄. ¶ Uinum aūt ſibi ꝯueniens eſſe debet oē a pōticitate ꝛ acredine denudatum. Nā ꝓpter ptes icīſiuas ꝛ acutas in tali vino exiſtēs augeť egritudo. Stipticū vō oē vinum euitari debet: eo qꝛ claudit urine vias: ꝛ ꝯſtrīgēdo dolorē exauget. Uinum vō albū ſubtile multū acutū ꝛ calidū etiā diſcōueniēs eſt ei: eo qꝛ nimiū calidū eſt apitiū: ꝛ maxīe nocet hñtib⁹ plenitudinē ueſice. ꝓuocātia eniꝫ ꝯferūt ueſice uācue: nocēt aūt ei plene. Raſis in diuiſionib⁹. cap̄ 72°. Igiť eligať vinum ſubſtātia nō ualde groſſum: imo mediocre: ſuaue odore: ꝛ ꝑdictis ꝯditionib⁹ limitatū. hec de regimine rerū nō nālium.

¶ De regimine ardoris urine per medicinalia. Cap̄. IIII.

Cura vō ardoris urine ꝓueniētis a iā dictis cauſis ꝑficiť. v. intentionib⁹. ¶ Prima eſt mārum euacuatio minoratiua. ¶ 2ª eſt ipſarum diuerſio. ¶ 3ª eſt ipſaꝝ digeſtio. ¶ 4ª eſt eradicatiua euacuatio. ¶ 5ª eſt accidentium correctio.

In prima igiť intētione ſi ardor ꝓueniat a cā cōplexionali nāli flobotomia fiat de uena baſilica ſub cubito poſita: aut de ſaluatella que eſt ram⁹ eius inter anularē ꝛ auricularē digitūꝫ poſita: ꝛ fiat in mane ꝛ extrahať ſanguis. ℥. iiij. aut. v. ſm̄ tenorē vtutis. ꝛ ſi flobotomia euitareť: aut nō ꝯuenire videreť ꝛ iterum dato ꝗ fiat ſequenti mane ſolueť ſibi uenter cum hoc minoratiuo. ℞. aque ſublimationis folioꝝ malue: uel violaꝝ: uel emulſiōis ſ̄noꝝ papa. ℥. iiij. māne uel caſſie locoei⁹. ℥. j. ſ. reubar. electi ʒ. ij. penidiarum. ℥. ſ. ſpice nardi. ℈. ſ. infundanť oīa ſimul per diē ꝛ noctē. deindē caleſiāt in aurora: ꝛ facta ꝯuenienti expreſſione bibať colatura calida. ꝛ tardeť cib⁹ horis. vj. ꝑ accipiēdo in 5ª hora cipbum vnuꝫ brodij pulli cū ꝣuccaro ablu to. ¶ Aut ſaltē grā mioratiōnis accipiat. ℥. iiij. mucillaginis ſebeſtē. aut. ℥. j. ſ. caſſie fiſt. ex ſua cāna lābēdo comeſte ¶ Aut deť ei dyaprunis ſimplicis. ʒ. xij. cū decoc. violarum hāc etiā intētionē euacuādi minoratiue cōplent oīa que diuerſionē faciunt nunc dicenda.

Diuertiť aūt mā ꝑdicte egritudis multiplr. ¶ Primo trahēdo mām ad iferi⁹: qꝛ vi fuiſſe icēſio hyp. affoꝝ 7ª. ibi. Diſſuriā flōmia ſoluit icīſa que eſt i talo uena. lꝫ cōmētator nō audeat ꝯſiteri vitatē afforiſmi. Ego vō in illo magnū iuuamētū in hoc cap̄ vidi. ꝛ tu conſidera. ¶ Diuertiť 2° mā fricādo extrema fricatiōib⁹ mediocritatē tñſcēdētib⁹: ut pedes cū uētoſatiōe ſpatularū natiū ꝛ coxarū. ¶ Itē cū itroitu in balneū aque dulcis. aſſiduatio eniꝫ itroitus aque calide cōfert in plurimis diſpoſitionib⁹ nocumētoꝝ urine in diuiſionib⁹. cap̄. 75°. ¶ Ad hāc etiā diuertēdi intētionē ꝯferūt cliſteris lenis ex ſucco uel decoctiōe violarū blitis: ſpinachie: floꝝ nenufaris ꝛ cucurbitaꝝ ꝛ ſiliuꝫ. ¶ Itē maxio iuuamēto ꝯfert huic egritudini diuertēdo uomitus fact⁹ a nā uel ab arte: ut 4° ꝑmi. cap̄ de iuuamētis que affert uomit⁹. ¶ Pro hac etiā itētiōe ſolēniter ꝯfert cēo per emorroidas facta ꝛ ſiles opatiōes per q̄s māe ad alias vias ſine notabili nocumēto, euacuari pñt. ꝛ tu amplia ultra hec.

Digerūt aūt mās oīa que de regimine rerū nō nālium dicta ſunt. ꝛ iterum hec medicinalia que nunc ſcribunť. ¶ Digeſtiuū bonum. ℞. emulſionis ſ̄noꝝ papaueris. ℥. iiij. uel. v. penidiaꝝ. ℥. j. miſce ꝛ deť calidū in aurora: ꝛ tardeť cib⁹. iij. aut. iiij. horis. ¶ Aliud bonum. ℞. ſy. violati. ℥. j. ſ. aque nenufa. ℥. iij. miſce. ¶ 3ᵐ bonuꝫ eſt ℞. ſy. de papau. ℥. j. ſ. aque floꝝ nenufaꝝ. ℥. iij. miſce. ¶ 4ᵐ bonum eſt. ℞. aque ordei. ℥. iiij. ſy. nenufa. ℥. j. ſ. miſce. ꝛ plures alij ſyrupi deſcribi pñt ſiles iſtis in vtute. ¶ Digerunt etiā mās ꝛ refrāgunt eas in acuitate trociſci Raſ. 9° Alm̄. cap̄ de ardore urine. in fine. ꝛ tu lege ibi eos. ¶ Digeſtiuuꝫ ſpāle bonum coicans iuuamentū ſuuꝫ mēbris oībus ꝑncipalibus: ꝛ maxime vijs urinalib⁹ eſt hoc. ℞. aque lupuloꝝ: aque altee. añ. ℥. j. ſ. ſyrupi iuiubini: ſyrupi de biſantijs. añ. ʒ. vj. miſce. ꝛ hec de digeſtiuis.

Materia aūt digeſta eradicari pōt cū medicis minoratiuis iā dictis ꝛ ꝓpe ſi doſis earum ampliet parūper. ¶ Amplı⁹ euātiuū preter illa eſſe pōt dare. ℥. ſ. elıſarij de pſilio. educit eni ſolēniter ꝛ ſuauiter mās ſpecie plures: imo ꝛ aduſtas ꝛ acutas oī acuitatis ſpecie: ꝛ deť cū aq̄ decoctionis medulle ceraſoꝝ uſqꝫ ad. ℥. iij. ¶ Aliud eradicatiuū ꝯueniens ei⁹ ad educēdum mās maioris acuitatis ꝛ aduſtionis eſt hoc. ℞. aque lupuloꝝ ꝛ cuſcute. añ. ℥. j. ſ. cōfectionis hamech. deſcriptione maiori. ʒ. v. mucillagis. ſ̄. pſilij. ℥. ſ. Qui aūt ex pſilio mucillaginē exhibit caueat ſibi ne lōgo tpe pſiliuꝫ aque calide nimium ifuſuꝫ pmittat: tunc eni contrahit po que calida eſt in 4° ꝛ excellenter acuta ardorē ꝛ pūctionē augeret: ꝗre diſcrete agať in hoc. ¶ Ultima medicina ſolutiua maioris ſecuritatis ꝛ maioris opationis eſt hec. ℞. aque violaꝝ: aque emulſionis papaueris al. añ. ℥. ij. agarici electi. ℈. ij. reub. electi. ʒ. j. ſ. pulpe ſebeſten: penidiarū añ. ℥. ſ. ſpice nardi. ġ. vj. ꝣꝣ. ġ. ij. infundanť oīa ſimul per dies duos: deinde bulliāt ſimul qbuſdā ꝛ leuib⁹ ebullitionib⁹. poſt hoc coleť ꝛ exp̄mať: ꝛ deť in potu hora ꝛ conditionib⁹ oībus in ipſo ꝛ reliqs euacuationib⁹ obſeruādis que legantur ſupra in cap̄ de euacuatione minoratiua. Hec aūt medicina inter reliq̄s ad hāc intentionem ſublimior per me inuenta eſt: ꝛ tu ꝓba ipſam rōnibus ꝛ auctoritate.

Pro cōplemēto aūt intentionis q̄nte ꝑmittendū ꝗ accītia ſua moleſtia curā ad ſe uertentia ſunt hec. ¶ Primū: grauitas in tota ſpina: ꝛ maxīe in alchatim. ¶ 2ᵐ: fortis ꝛ pſeuerās ingeſtudo ab ardore ꝛ frequenti mictu ꝓueniens. ¶ 3ᵐ: pūctio magna ꝛ q̄nqꝫ tenſiuus dolor in toto femore: ꝛ infra radicē teſticuloꝝ. ¶ 4ᵐ eſt acutiſſimus dolor in extremitate pudibundi per colligantiam ut ſupra. ¶ 5ᵐ eſt excoriatio cānalis virge. ¶ 6ᵐ eſt fortis uentris conſtipatio. ¶ De excoriatione vō corporis ueſice excuſatus ſuꝫ: eo qꝛ in viro iſto adhuc nō appuit etiā: qꝛ al's in tractatu de ulcerib⁹ viarū urine apte ſatis ſcripſi. Et tu tractatū illū ad cōplemētū doctrine huic apponere debes. ¶ Primū itaqꝫ accñs ꝯtingē pōt per colligātiā prīū dictarū ad ueſicā ꝛ urinales vias etiā propter fluxū mārū que augenť ꝓpter dolorē que māe in intermedijs vijs detinenť. adhuc etiā ꝓpter uehemētē laſſitudinē ꝑdictarū ptiū ꝓpter vigiliā ꝛ anguſtiā acq̄ſitā. Cui q̄deꝫ

accñti applicari pñt digerentia ⁊ euacuãtia iam premiſſa. Et iterum hec remedia. ¶ Quoꝝ pmũ eſt cliſtẽ iſtud ſublimis iuuamẽti pro dolore extenſiuo totius ſpine. ℞. brodij pinguis de carnib⁹ caſtratinis lib. j. olei de camo. ⁊ de aneto añ. ℥. j. olei vulpini. ℥. ij. croci. ʒ j. elec. ð pſilio: ⁊ de baccis lauri. añ. ʒ. ij ſalis gẽme. ℈. iiij. miſce. ¶ 2ᵐ eſt vnguentum hoc anodinũ ſatis ex quo qͥter in die nũ tota ſpina vngať. ℞. olei de cheiri citrina. ℥. iiij. olei de camo. ⁊ de aneto. añ. ℥. j. pingue. anatis ⁊ galline. añ. ʒ. vj. croci. ʒ. j. cere quãtum ſufficit: fiat vnguẽtum molle: ⁊ in fine cum tepefactum fuerit addantur vitelli oui. iij. ⁊ diligẽter incorporenť. ¶ Cõfert etiam huic accñti ſummo iuuamẽto emplaſtrũ de folijs paritarie: ⁊ eſt ut accipiať folioꝝ paritarie lib. j. ⁊ cõtundanť diligenter: deinde in frixorio coquanť cũ oleo nardino: ⁊ de camomilla: ⁊ ex eo calido totus locus dolẽs emplaſtreť. ⁊ eſt de remedijs Gilberti anglici. ¶ 2ᵐ aũt accñs remoueť cũ remedijs iã dictis. ⁊ maxime cũ ſupraſcripto cliſteri. ¶ Ampli⁹ cũ his que ſomnuz inducũt ſicut linimẽtũ hoc ex quo frons tẽpora ptes pulſuum uolemanuũ cauille ⁊ plãta pedũ inungi debẽt. ℞. olei violaꝝ olei de nenuf. ⁊ de ſemine lactuce. añ. ℥. j. emulſionis papa. ℥. ſ. ʒ. amili. ʒ. vj. croci. ℈. j. ſemis aneti. ℈. ʒ. cere al. quãtum ſuff. cit. fiat vnguẽtum molle: deinde bulliat in lib. ʒ. ſucci corticũ exterioꝝ cucur. recẽtis uſqʒ ad cõſumptionem ſucci. ¶ Aliud ſile. ℞. ſy. de papauẽ: ſy. nenufarini. añ. ʒ. vj. aque violaꝝ. ℥. iij. miſce. ¶ Ultimum ad hoc. ℞. Auarti dyapapaueris. ʒ. vj. aque ſublima. floꝝ croci ʒ. iij. miſce ⁊ deť in ſero per duas horas poſt cenã iuxta illud. dare aũt ea. ſ. ſomnifera in ſero: ⁊ apud ſomnũ eſt melioꝝ horaꝝ qm̃ inducũt ſomnũ. ⁊ ſciuiſti ꝙ ſomnus agitationes ſedat. Meſ. in cap̃ de hoc. ¶ 3ᵐ accñs qð eſt dolor in femore ⁊ radice teſticuloꝝ ꝓuenire põt ex uẽtoſitatib⁹ uel materieb⁹ illic ꝓpulſis qui remoueť cum iã predictis: ⁊ cũ iſtis iterũ. ¶ Quoꝝ pmum eſt frequẽs applicatio uẽtoſarũ ſiccarum ſup dictis locis. ¶ 2ᵐ eſt euaporatio ſupradictaꝝ ptium facta cũ furfurib⁹: aut pãnico ⁊ milio torrefactis. ¶ 3ᵐ eſt embrocatio uel fõmẽtatio applicata predictis locis cuʒ decoc. camomille: meliloti: camedreos: camepitheos: aſſari cẽtauree minoris ⁊ ſilium. ¶ 4ᵐ eſt cũ inunctione facta cũ vnguẽto de cheiri citrina deſcripto in cura predicti accñtis. Itẽ hoc accñs ſicut ⁊ ſilia predicta ⁊ dicẽda facile alleuiatur cũ diuertẽtib⁹ ſupraſcriptis in itẽtione de hoc. ¶ 4ᵐ vo accñs qð eſt dolor acutiſſimus in extremitate pudibundi: ⁊ etiã in collo ueſice canonice remoueri debet cum amotione cãe facientis illud: qð qdẽ cõpleť per euacuãtia diuertẽtia ⁊ reliq̃ iã tacta. ¶ Itẽ cõpleť per ſedãtia acuitatis materieruʒ qð ptim in regimine rerũ nõ nãliũ ⁊ digerentiũ tactum eſt. ¶ Itẽ ⁊ 3° cõpleť per ea que ptim anodina ſunt: ptim predictaꝝ ptiuʒ cõfortatiua: ptim materierũ repcuſſiua. aliquãdo vo cõplexionis mẽbroꝝ adeq̃tiua: que oĩa lʒ in predictis linimẽtis embrocationib⁹ ⁊ reliq̃s inſerta ſunt. ſpãliter tñ remoueri pñt cũ iniectionibus ⁊ inunctionibus appropatis. ¶ Quoꝝ pmũ eſſe põt iniectio lactis cuiuſcũqʒ per ſiringã in ueſicã. ¶ Itẽ iniectio emulſionis papaueris: uel ſeminũ lactuce: melonis: citrulli ⁊ ſilium. ¶ Itẽ iniectio olei nenufarini. ¶ Itẽ iniectio medulle cruriũ vituli diſſolute cum oleo amigdalaꝝ dulciũ taľr ut curſibiles fiãt. ¶ Item iniectio albuminis oui cũ oleo violaꝝ. ¶ Itẽ iniectio hec ultĩa in ſedãdo dolorẽ: ⁊ cõfortãdo. ℞. ſarcocolle octo dieb⁹ in lacte nutrite: qð tñ lac oĩ die innoueť. ℥. ſ. ceruſe: amili: plumbi uſti: tucie trigeſies prepate cũ aq̃ fontis. añ. ʒ. j. floꝝ nenufaris: violarũ: ſeminũ lactuce. añ. ℥. j. ſ. opij: tragaci albi. añ. ʒ. ſ. cro. ℈. j. fiãt ſief cũ emulſione papaueris: ⁊ cũ opus fuerit accipianť ex eis tria uel 4ᵒʳ ⁊ cfricenť cũ lacte aĩalis uel papaueris ſup cote leuiſſime: deinde cuʒ ſiringa iniciať tepidũ. Soleo etiã ex predicta deſcriptione recipe ptẽ vnã olei nenufarini. par. ij. cere ptẽ q̃rtã: ⁊ ex predictis facio vnguẽtũ molle ex quo linianť tẽte ſubtiles lõge ⁊ rotunde que imponunť cãnali vge: ⁊ ſedãt dolores: ⁊ punctionẽ eius: ⁊ conſolidãt excoriationes ⁊ ulcera in cõcauitate eius exĩtia: ⁊ tu facile ꝓbare potes huius cõpoſiti iuuamentũ ex ṽtutib⁹ primis ſecundis tertijs ⁊ quartis ſimplicium hoc cõpoſitũ ingredientium. ⁊ tu diſcurre modo tuo.

Particula 2ª De frequentia mictus continens capitula quatuor.

¶ De eſſentia ⁊ ſpeciebus ipſius egritudinis. Cap̃. j.

In hac 2ª pte tractatus huius vidẽdum eſt aliqd de frequẽtia mict⁹ huius viri quã phyſice cõtẽplãdo reduceť opʒ ad illa qð qͣtuor nocumẽtoꝝ in urina contingentium. ¶ Quoꝝ ⁊ nñ eſt ardor urine. de quo iã dictum eſt. ¶ 2ᵐ eſt retẽtio eius que nõ ptinet diſpõni huius viri. ¶ 3ᵐ eſt difficultas eius. ¶ 4ᵐ eſt ſumma urine. i. multitudo eius. Cuius ſpẽs ſunt dyabetes in qua ſumma. i. multitudo urine in quãtitate cõtinua emittiť. 2ª eſt diſtillatio cu⁹ in qua ſumma. i. multitudo urine emittiť: ſed in quantitate diſcreta. i. in plures mictus ptita. Et hec eſt diſpoſitio diſtillatio urine ab auctorib⁹ nuncupata. ⁊ colliguntur hec 19ª tertij. trac. 2°. cap̃ 2° ⁊ 4°. ¶ Eſt ergo urine diſtillatio frequẽs ipſius emiſſio que eſt diſpoſitio media inter retẽtionem. i. abſciſſionem urine que a modernis noiať ſuria. ⁊ emiſſionẽ. ſ. nãliter ⁊ uolũtarie abſqʒ impedimẽto factã: qð intellexit Auic⁹ allegato cap̃ dũ inqt. Diſtillatio eſt diſpõ iter retẽtionẽ ⁊ emiſſionem media. In oĩ enim diſtillatione emittiť urina. lʒ paulatim ⁊ ſepe. q̃re nõ retineť. ¶ Et qꝛ in diſtillatione ɔcurrit cã preternãliter ṽtutem ſtimulãs: ut multitudo aut acuitas urine uel diſpõ cõplexionalis: uel cõpõnalis: ut ſpaſmus ⁊ ſilia. Jõ ⁊ ſi emittať urina nõ ſine nocumento ⁊ conatu ṽtutis emittiť. neqʒ tñ ex ea totiẽs ⁊ q̃liter oporteret emittiť urina. imo minus ex ea mingiť ⁊ cũ labore ⁊ nocumento: ⁊ nõ ſepe tenens emitti ɔuenienter põt quotiens ad ipſam emittendã irritať ṽtus. ⁊ tu lege hec oĩa allegato loco. ⁊ interioꝝ 6° colligenda. ⁊ hec diſpõ eſt illa quã moderni diſſuriã uocãt. ¶ Et ſi diſpõ iſta taľr augeať ꝙ urine gutta tĩm ⁊ nõ continue emittanť cũ ſpẽs nocumẽti in urina cõtingens difficultas urine ab Auic⁹ dicta: ut ſupra allegatuʒ eſt. quã moderni ſtrãguriã uocãt. ⁊ tu cõtemplare in his: qꝛ difficiles ſunt ꝓpter appentes diſcordias in ſententijs auctorum repta: quoꝝ tñ ueritas in hac ſententia apperiať.

¶ De cauſis frequentie mictus. Cap̃. ij.

Cuius aũt diſpõnis cãe ⁊ ſi multe hincide a uarijs auctorib⁹ colliganť. reduxit tñ ꝑnceps allegato loco eas ad q̃tuor cauſaꝝ gña. ¶ Primũ genus cauſaꝝ eſt que ab urina ſumunť. ¶ 2ᵐ que ſumunť a ueſica. ¶ 3ᵐ eſt genus cauſaꝝ que ſumunť a mẽbris urine alijs a ueſica. ¶ 4ᵐ genus cauſaruʒ ſumiť a ꝑncipijs. ¶ Ab urina vo ɔtingit diſtillatio: aut qꝛ multa: aut qꝛ acuta uel ſalſa: ⁊ ſic de alijs. Multitudo enim urine fluiditate ſua labẽ faciens circũferentialiter corpus ueſice uerſus colliũ eſt cã ɔctionis colli in ſeipſuʒ ⁊ uerſus ſupra. q̃re negať urine exitus: ⁊ fieri nõ põt niſi magno conatu ṽtutis ɔcurrente ad illud. Et hoc intellexit ꝑnceps allegato loco dũ inqt. Multitudo. ſ. urine grauat ⁊ cõprimit lacertum ad aptionem pud: q̃uis uolũtas non nocet ad illud. i. aptionem. ¶ Qualr̃ vo urine acuitas pũgendo uel mordicãdo ſit cauſa frequẽtie mictus eſt facile vidẽ. ⁊ tu conſidera. ¶ Cãe vo diſtillationum urine efficientes ſumpte ab ipſa ueſica: ⁊ a mẽbris urine alijs ob ipſa ſimul aſſignari pñt: ut ſpẽs male cõplexionis oẽs predictis mẽbris euenientes. ¶ Calida qdẽ dilatãdo ⁊ apiendo uel laxando: reſolutione vo multa ṽtutẽ in expellendo ⁊ retinẽdo debilitãdo. ¶ Sicca vo acuẽdo ⁊ cõſtringẽdo: q̃re incitať ⁊ ſm ptem exitũ urine debitũ ꝓhibet. ¶ Multa vo cõplexio frigida ɔſtringendo ⁊ urinã detinẽdo eſt cã conatus ṽtutis ad expellendum. ¶ Humida vo mollificãdo ⁊ laxando eſt cã fluxibilitatis: ⁊ qꝛ ad ipſam ſequtur ṽtutis debilitas in expellẽdo: nõ facile ⁊ multum de urina ſemel expelliť: imo difficulter ⁊ ſepe.

¶ Spēs etiā egritudinū cōpōnalium: ut oppilationes atte
nuatorie uel coartatorie in vijs ɔtingētes paliſis ſpaſmus
⁊ egritudines in ſupficie oīum mēbroꝝ urine uenientes di
ſtillationem urine ſi bñ ɔſideras facile efficē pñt. ¶ Silr̄ ⁊
apoſtemata ⁊ egritudies in nā cōi euenientes: ut pꝫ in exco
riatione ⁊ ulcerib⁹ colli ueſice. Urina eniꝫ acuta nāliter exi
ſtēs cū effluit ad loca excoriata uel ſoluta mordicat ea. Jō in
citat ɣtutē expulſiuā ad fugā nocumēti: q̄re ilico mingitur ⁊
cū difficultate. Et eſt cā: q̄re in ulcerib⁹ colli ueſice accidit fre
quens mictus ⁊ cū dolore ſemp ut ſenſus oñdit. ¶ Ex qb⁹
oībus colligi pōt ꝙ aliq̄ eſt diſtillatio urine cū qua eſt diffi
cultas in expellendo: ut illa que ɔtingit ex ſpaſmo uel apo
ſtemate uel oppilatione coartatoria ul' carnoſa colli ueſice.
¶ Aliq̄ eſt diſtillatio urine cū qua nō eſt difficultas ad ex
pellēduꝫ ut illa que ɔtingit a paliſi uel lenitione multa colli
ueſice. ¶ Aliq̄ eſt urine diſtillatio difficilis cū qua eſt doloꝛ
ut illa que ꝓuenit ab ulcerib⁹ excoriatione urina acuta ⁊ ſilī
bus. ¶ Aliq̄ eſt cū cuius difficultate nō doloꝛ ut illa que ꝓ
uenit a paliſi mollificatione ⁊ multitudine urine abſq; for
ti acuitate. Et colligunt' hec oīa in fine q̄rti allegati capitu
li dū inq̄t. De diſtillatione urine eſt cum qua eſt difficultas
ſupple in emittēdo ⁊ detinēdo: ⁊ eſt ſupple ſpēs ſc̄da cū qua
nō eſt ipſa. ſ. difficultas dicta ⁊ difficultate. i. de diſtillatione
cū difficultate facta eſt ſupple 3° ſpēs cuꝫ qua eſt doloꝛ. ⁊ eſt
ſupple 4° ſpēs cū qua nō eſt illud. ſ. doloꝛ. ⁊ videt' ſupple iſte
ſ. ꝙ plurimū diſtillationis urine fit ꝑpter cās inuolūtarij exi
tus. 2° ꝑpter cās difficultatis. i. ipotētie uel grauitatis in ex
pellēdo. 3° ꝑpter cauſas ardoris. ⁊ tu lege ibi.

¶ De ſignis frequentie mictus. Cap. III.

Ex predictis uolo appere notitiā ſignoꝝ frequen
tie mictus que ex cognitione cauſaꝝ hēri pñt diſ
currendo per eas que etiā ſigna ex nocumento
euenientꝫ in ꝑncipalib⁹ mēbris: ut ɔtingit i freneſi
uel ſibre: in qb⁹ q̄nq; urina ſepe detinet' ⁊ aliq̄n
cū magna difficultate frequēter ⁊ paꝝ ex ea emitit'. ¶ Si
milr̄ hēri pñt ſigna ex nocumētis cordi ⁊ epati ɔtingētibus
q̄rū egritudines ⁊ accītia 11° ⁊ 14° tertij regrēda ſūt. ¶ Ad
huc etiā q: egritudo hec per ſe cognita eſt. cuilibet enim in
ueſtigāti ex queſitis ab ifirmo facile enūtiabit' frequētia mi
ctus.

¶ De cura frequentie mictus. Cap. IIII.

In cura aūt diſpōnis huius diligēter attēdenduꝫ
eſt. Nā ſi frequentia mictus ueniat uel diſtillatio
ab urina ⁊ ardore eius canon curationis coinci
dit cū cura ardoris in precedēti ꝑticula ꝑma hu
ius tractat⁹ diffuſe poſita. ¶ Si aūt ɔtigat a ſpaſ
mo de repletione colli ueſice curari debet cum his que ſpaſ
mū auferāt euacuādo minoratiue digerēdo ⁊ eradicando
mām cuꝫ his que iā dicta ſunt: qbus addat' agarici: turbit:
hermodacty'oꝝ: collo q̄ntide: ſticados: pulegij: calamēti: cen
tauree minoris: ⁊ ſiliū ɣtutes que mās flegmaticas dige
runt ⁊ euacuāt a qbus ut in pluribus hec egritudo ꝓuenit.
Et fuit intētio Auic' 19° tertij. trac. 2°. cap 6°. de cura diſtil
lationis duꝫ inq̄t. Hec egritudo plurimum fit cā frigoris ⁊
paliſis: ⁊ curatio eius plurimū eſt calefaciens ⁊ exiccās: ſicut
tyriaca: metridatum: iera Gal. anacardinū: trifera magna:
⁊ elec. de thure: que premiſſis euacuationib⁹ dari debent in
aurora cū aliq̄ ſublimatione uel decoctione hñte aſpectū ad
accīis ad qō magis itēdis. Si eni frequēs exiſtat mict⁹ ualde
debilitās dari debēt medicine predicte cū decoc. ſumach: coꝛ
ticum caſtanearuꝫ: glādiū: floꝝ granatoꝝ ⁊ ſibi ſiliuꝫ. ¶ Si
aūt nocumētū qō remouē intendis exiſtat fortis ɔctio colli
ueſice ſpaſmoſa: uel nō dari debēt oēs medicine cū his que
dilatāt apiunt ⁊ leniunt ſiue cuꝫ aq̄ ſublima. radicum altee:
uel floꝝ eius: aniſi feniculi capil. uene. ⁊ ſiliū. inter que tñ
quedā laudant' ſimplicia ut alliū qō urinā abſciſſam ꝓuo
cat: ⁊ reducit eā ad id qō neciūꝫ eſt. ⁊ enula cōpetēs eſt medi
cina: ⁊ ſemen urtice: ⁊ nigella: que oīa ab Auic' textualiter
colligunt' allegato cap. ¶ Si autem in hac diſpoſitione me
dic⁹ ſapiēs utriq; cord ſil' itēderit. remouēdo. ſ. nimiā fluxi
bilitatē ⁊ nimiā ɔſtrictionē: tūc cōmiſcēde ſunt ſil' medicine
iā dicte ſm modū aſſignatū. ꝑpter qō ut in plibus medici
nis ab auctoribus in hoc caplo deſcriptis. videbis cōpoſi
tas ex ꝓuocātib⁹: ⁊ maxime cōpoſituꝫ ab Auic°. qō ipſe exp
tū fuiſſe affirmat. ⁊ nō eſt mirabile: q: ſapiēter multū cōpo
ſitū eſt ⁊ lōga expiētia per me ɣificatū. ℞. mirabolanorū he
buloꝝ torrefactoꝝ. ʒ. iij. ben albi ⁊ rubei. añ. ʒ. j. ſ. calamēti:
mirti: myrre: olibani: macis: cipi: ſā. dra. añ. ʒ. j. enule ſicce. ʒ.
ij. garioſi. ʒ. j. ꝫ. almalep. ʒ. ij. ⁊ ſunt medulle ceraſoꝝ. formen
tur tro. cū ſucco enule: ⁊ det' ex eis vnus cum aq̄ ſublima
tionis ei⁹ oī mane per. xv. dies: ⁊ ſit totū tepidū ⁊ placebit ef
fectus. ¶ Si aūt queris cōpoſitū maioris cōſtrictionis ⁊
pauce aptionis nō eliges aliud q̄ illud qō ſcripſit Raſis in
diuiſionib⁹. cap 73°. cuius deſcriptio. ℞. coriādri prepati ⁊
iteꝝ aſſati. ʒ. j. mirabolanoꝝ emblicoꝝ: ſticados boli arme
ni: glādium: karabe: lentium excoꝛti. añ. ʒ. j. fiāt tro. ʒ. iij. ⁊ de
tur ex eis medius trociſcus in mane: ⁊ medius in ſero cum
aqua decoctionis ſumach: lꝫ doſis a Raſi poſita ſit. ʒ. iij. ſed
hec eſt domeſtica magis. ⁊ tu elige modo tuo.

Particula tertia De mictu ſanguinis conti nens capitula tria.

¶ De cauſis eius. Cap. I.

Nunc aūt pro 3° ꝑticula hui⁹ tractat⁹ ex
ponēda eſt mā mictus ſangui
nis: qui qdē aut ꝓuenire pōt a toto coꝛpore: aut
a mēbris ſupra ueſicā poſitis. aut ab ipſo coꝛpore
ueſice. ¶ Exēplū ꝑmi eſt. ut frequēter ɔtingit in
criſib⁹ egritudinū ſanguineaꝝ: aut q: aliq̄ ſolita fieri euo a to
to coꝛpore educēs retinet': ut in mēſtruis ſupfluе retētis eue
nit: aut in fluxu ſanguis uel emoꝛroidarū: aut nariū euenīē
te ab etate ul' cretice: aut q: fuit a coꝛpe abſciſſio aliq̄rū mē
broꝝ facta: ꝑpter quā mā ſolita nutrire mēbra illa detinet':
aut q: hoi ɔtigit ab alto cadē cōprimi: ɔtūdi: ɣberari ul' fla
gellari ſm totū coꝛpus que oīa ſanguinē mingi pñt facere:
⁊ erit per colligātiā a toto mict⁹ ſanguinis noiatus. ¶ Ite
rū q̄nq; ɔtingit mingi ſanguineꝫ cretice ad membra urine
trāſmutatū ut in apatib⁹ capitis lꝫ raro in apatib⁹ pectoris:
epatis: renū: uel aliaꝝ viarū urine: aut in apatib⁹ oppilonū
predictoꝝ mēbroꝝ. ⁊ hi oēs erunt mict⁹ ſanguinis ex ꝑnali
colligātia facti qui diuerſis modis denoīari debēt ſꝫ diuer
ſitatē mēbroꝝ a qb⁹ ɔtigūt. ¶ Alr̄ eſt mict⁹ ſanguinis per
eſſentiā a ueſica ꝓueniēs: ꝑpter debilitatē ɣtutis ei ſine trāſ
mutare debētis ſanguinē in ſui nutrimētū. aut ex debilita
te ɔtētiue ipſi⁹ ꝓueniēs uel foꝛtitudine expulſiue: aut ex ſub
tilitate ⁊ fluxibilitate ſanguinis: aut ab acuitate ei⁹: ⁊ viden
tur he ultime cāe in hoc viro mictū ſanguinis efficere. neq;
eni mingit ſanguinē: niſi dū nōbilr̄ exercitat' coꝛpus. ꝑpter
qō ſanguis fluxibilioꝛ fit: ⁊ dilatant' ɔcaua ⁊ orificia uena
rū: ⁊ ex ſanguinis fluctuatione tali debilitat' ɣt⁹ ɔtētiua coꝛ
poris ueſice: q̄re poſt exercitiū tale ſanguis mict⁹ in eo acci
dit: ⁊ nō alr̄. ¶ Qō ɣo ex aptione apatū in coꝛpe ueſice ue
niētiū ex vulnerib⁹ ⁊ ulcerib⁹ ⁊ alijs ſpēb⁹ ſolonis cōtinui
tatis in ea factis mingi poſſit ſanguis facile eſt vidē. ¶ Et
in ſūma oīs mict⁹ ſāguis: aut ex multitudie ſāguis qō nō re
pit' in viro iſto: ſed magis defect⁹ ei⁹ in eo. aut ex q̄litate ſan
guis: q: aq̄ſus: ſubtilis acutus. ⁊ iō fluxibilis eſt. aut q: poꝛi
uel orificia uenaꝝ rara effecta ſūt: ſic in ipſo tanq̄ i extenua
to cōtingē pōt. aut q: debilitata eſt cōtētiua uenarū: aut q:
foꝛtificata eſt expulſiua: qō raro cōtingit. hec de cāis eius.

¶ De ſignis mictus ſanguinis. Cap. II.

Signa aūt mict⁹ ſanguis attēdēda ſūt q: nō aliter
curari pōt. ¶ Si ergo eueniat mict⁹ talis cretice
cognoſcet' per egritudines ꝑcedētes: ⁊ per carū
reuolutionē creticā q̄draturis dieꝝ enumeratis:
ut 2° q̄rti affoꝛ ⁊ ꝓnoſticoꝝ ſcōis colligendum.
¶ Si aūt ɔtigat mict⁹ talis a retēta euone ſolita: aut muti
lato mēbro facile per inq̄ſitionē taliū cognoſcet'. ¶ Si ɣo

cõtigat ſanguinis mict⁹ per colligãtiã mẽbroꝝ capitis ⁊ pectoris egrotãtiũ cognoſcet per inuẽtionẽ egritudinũ in illis: ⁊ reuolutionẽ creticã ipſaꝝ. Nunq̃ enĩ niſi rariſſime ⁊ ſinthomatice multũ accidit mict⁹ ſanguis ab iſtis mẽbris: niſi in q̃draturis dieꝝ per q̃s criſes enumerant: ⁊ in ſtatib⁹ uel pn⁹ declinationis taliũ egritudinũ: q̄re cõputatio cretica: ⁊ cognitio tẽpoꝝ vniuſ'ĩuꝫ te peritum faciãt in hoc. ¶ Si aũt ꝯtingat mict⁹ ſanguis ab epate uel renib⁹ uel emulgentib⁹: hec qdẽ a ſapiẽtib⁹ diſtinguunt. aut enĩ mictus talis lotiuus uocat: ⁊ eſt exitus ſanguis cũ aquoſitate cõmixti ſimillimus ꝓme lotare carniũ noniter mortuaꝝ. Et hic quidẽ oĩno ꝓuenit a debilitate digeſtionis epatis: uenaꝝ: renũ: ⁊ emulgẽtium: in cuius qdẽ cognitionẽ uenies per lapſum ad frigiditatẽ debilitãtẽ: ut in plurib⁹ digeſtiuã dictoꝝ mẽbroꝝ. aut ꝓuenit talis mict⁹ a debilitate diſcretiue ṽtutis dictoꝝ mẽbroꝝ. qd plurimum ꝯtingit a lapſu ad frigidum ⁊ humidũ: in cuius cognitionẽ deuenieno per pulſum ꝑuuꝫ: tardũ: ⁊ rarũ: ⁊ urinã aquoſam: albã: ſubalbidã: ⁊ ſubcitrinã. per tactum mẽbroꝝ que frigida: aut remiſſius calida ꝑcipient per feces molles albas ul' ſubalbidas uel uaccinas. ¶ Prouenit etiã hic mict⁹ ſãguis q̃nq̃ a multitudine ſanguinis ꝓpulſi a uenis: cui⁹ ſigna ſunt: q: ſanguis emittitur ſincerus mũdus mult⁹ ⁊ ſine colore opacus cũ ſuperfluitatibus filoſis uel capillaribus colore rubeo cũ opacitate coloratus. ¶ Si ṽo ab arterijs eueniat ſanguis erit rubicũdus: calidus: notabil'r ſincerus ⁊ mũdus ab oĩ aquoſitate mundat⁹: ⁊ ſpumoſitati attinẽs aliquãte. ¶ Si ꝓueniat mictus ſanguis a uenis epatis abſq̃ ruptura: uel ab arterijs eius ſigna erũt eadem que predicta ſunt ⁊ ſil'r de emulgẽtibus dicẽda ſunt. ¶ Si ṽo ꝓueniat mictus ſanguis a renib⁹ ſine a ſolutiõe ꝯtinuitatis ſanguis erit minoris quãtitatis q̄ qui ꝓuenit a predictis mẽbris. ⁊ eſt ꝓpriũ inſepabile huic commiſceri humorib⁹ groſſis ⁊ diuerſis ⁊ capillarib⁹ filis rubicũditati parũper attinẽtibus. ¶ Si ṽo ꝓueniat a poris uritidib⁹ ſanguis erit ualde paucus: nõ cõtinue fluẽs capillaribus filis albis cõmixtus ſubtilibus ⁊ lõgis. ¶ Et in ſũma a q̄cunq̃ predictaꝝ ꝑtium ſanguis mingat erit cũ urinali aquoſitate forti cõmixtione cõmixtus: eo q: quãto longiori tẽpore ſanguis cũ aquoſitate per anguſtas uias effluit tãto fortiori cõmixtione utrũq̃ cõmiſcet alteri. lege hanc ſniam 19ᵉ tertij. finali cap̄. ¶ Si aũt ſanguis mict⁹ ꝓueniat a ueſica ſanguis erit modicus per cõparationẽ ad illum qui ꝓuenit a uenis epatis uel renib⁹. erit ṽo multus per cõparationẽ ad illum qui ꝓuenit ab uritidibus poris. Et in hoc tollit apparẽs ꝯdictio quorũdã auctoꝝ. ¶ Iterũ ſanguis a ueſica exiens nigredini attinet ꝓpter paucitatem innati caloris ueſice. eſt etiã coagulat⁹ in fruſtula emiſſus. ⁊ iteꝝ eſt cũ mingit ab urina ſequeſtrat⁹: ⁊ oĩno cũ tepeſcit urina ſequeſtrat ab ea ⁊ in fundo ſedet. ¶ De mictu ṽo ſanguis ꝓueniẽtis a ṽga ⁊ cãnali eius nõ eſt ꝑtis conſiderationis.

¶ De cura mictus ſanguinis. Cap̄. iii.

Pro cura ṽo mict⁹ ſanguis premittẽdũ q̄ ſi ꝓueniat mict⁹ ſanguis a cauſis ꝓmitiuis a caſu ꝑcuſſione ⁊ mutilato mẽbro. Itẽ ſi ꝓueniat a repletione totius uel ꝑtis coicant oẽs ſpẽs iſte in cura eadẽ: ut regat eger dieta tenui: ⁊ flobotomet eius baſilica: ⁊ uẽtoſet cũ ſcarificatione ſm doctrinã ſupius poſitã: ⁊ diuertat mã cũ his que in intẽtione diuerſionis poſita ſũt. ¶ Si aũt ꝓueniat mict⁹ ſanguis a debilitate diſcretiue uel digeſtiue predictoꝝ mẽbroꝝ regat dieta mediocriter calefaciente: ⁊ notabil'r exiccãte ſanguinẽ ingroſſante ⁊ diſponente ipſuꝫ ad ꝯtrãꝫ fluxibilitatis. q̄re dent ei cibaria oĩa ⁊ caro cocta cũ agreſta ⁊ ſilibus. 9ᵒ Almã. cap̄ de mictu ſanguis. ⁊ 19ᵉ tertij. finali cap̄ ut ſupra. ⁊ in ſumma in oĩ mictu ſanguinis cuius cã eſt calor uel caliditas det recẽter frigidus: ſicut in frigido calidus: ut in diuiſionib⁹ Almã. cap̄ 71ᵒ in pn⁹ colligẽdũ eſt. ¶ Sãguis ṽo mict⁹ qui ꝓuenit ab epate renib⁹ emulgẽtib⁹ ⁊ uritidib⁹ cura colligat. 14ᵉ 18ᵉ 19ᵉ tertij ſꝫ ptẽ.

Mictus ṽo ſanguis qui ꝓuenit a ueſica curat eiſdẽ modis. In cura ṽo ipſi⁹ q̄tuor ſpãliter ſunt laudata. ¶ Primũ eſt flobotomia baſilice iã ꝑacta. ¶ 2ᵐ eſt adminiſtratio trociſcoꝝ de carabe qui cũ iuuamento ſuo coitatẽ hñt ad oẽm mictũ ſanguis: ⁊ ꝓpe illi qui ſcribuntur 9ᵒ Almã. allegato cap̄. q̄rum deſcriptio hec eſt. ℞. carabe: gũmi arboris tremule: ⁊ eſt populus. añ. ʒ. v. balauſtiarum: hypoqſtidos. añ. ʒ. ij. ſ. olibani. ʒ. ij. ſe. opij: opij. añ. ʒ. j. ꝯficiantur cũ aq̃ decoc. ſũmach ⁊ excecent: ⁊ cũ nece fuerit det ex eis. ʒ. j. cum. ℥. ij. predicte decoctionis mane in aurora ⁊ ueſpe añ cenã. Et dedi etiã ex eis ſepe circa mediũ noctis. ¶ Et ꝯfert ad hãc intẽtionem etiã exhibitio trociſcoꝝ conſtrictiuoꝝ ſꝫ Raſim poſitoꝝ in fine precedẽtis capli. ¶ Pillule etiã de bdelio ſi det ex eis. ʒ. j. ſanguinẽ fluentẽ potenter ſtringũt. ¶ Et ſuccus burſe paſtoris ſi dent ex eo. ℥. iij. ſolẽniter hoc idem efficit. ¶ 3ᵐ ſingulare laudatũ in cura mictus ſanguis a ueſica eſt emplaſtrare pectẽ ⁊ alchatin cum emplaſtro facto ex ſtipticis ⁊ frigidis ad hoc laudatis. Deſcriptio bona ad illud. ℞. coriãdri ꝑpati. ℥. ij. ſoli. plãtag. granatoꝝ ⁊ roſaꝝ recẽtiũ. añ. ℥. j. mumie: maſti. boli armeni terre ſigillate: ſangui. draco. acatie: hypoqſtidos. añ. ʒ. ij. glutinis piſciũ. ℥. j. lap̄. ematitis. ℥. j. ſ. carabe. ℥. ſ. farine uolatilis molẽ. ℥. iiij. fiat emplaſtrũ cũ decoc. ꝑdictoꝝ folioꝝ: ⁊ apponat tepidũ ⁊ nõ calidum. qm̃ q̃nq̃ in frigidata calefacẽ opꝫ ꝑterq̄ vñ ſãguis manare futurus eſt aſſoꝝ. 5ᵒ. ¶ Ego ṽo ad ſtringẽdum talẽ fluxũ facile expedio me accipiendo 4ᵒʳ albumina ouoꝝ: gypſi pulueriçati. ℥. iij. ⁊ conquaſſatis oĩbus inuicẽ loco applicent ſtupe uel pãni aceto nigro infuſi: deinde in predicto emplaſtro inuoluti ⁊ bñ ligentur. ¶ Ultimũ ṽo laudatũ in hac diſpõne eſt iniectio. j. ʒ. trociſcoꝝ de carabe per ſiringã in ueſica facta cũ. ℥. ij. aque plantaginis. ¶ Fortius adiutorio ⁊ de expertis meis eſt hoc cõpoſitum. ℞. lap̄. ematitis ſup porfirico lapide fortiſſime emolliti cũ ſucco ṽge paſtoris. ℥. ij. aque emulſionis papaueris al. ℥. j. ſ. miſce ⁊ totũ tepidum per ſiringã iniciat quater in die. ¶ Ad hãc etiã intẽtionem ꝯfert iniectio lactis in quo ꝓus fruſtũ calibis a conſtrib⁹ vicibus extinctum fuerit. ¶ Itẽ iniectio ſucci plãtag. cum puluẽ ematitis. Ex reliq̄ meliora his que tu ab auctorib⁹ collige ſi potes. Hec ſunt que in cura harum trium diſpõnum mihi meliora viſa ſunt ad dei omnipotentis laudem ⁊ gloriam Amen.

Cõſiliũ. 194.

De diſſuria ⁊ ſtrãguria ab oĩ genere egritudinũ ꝓueniente. videlicet mala cõplexione: mala cõpoſitione: ſolutione ꝯtinui ⁊ egritudine in numero. ¶ Diuidit aũt ꝯſiliũ in capitula duo.

¶ De eſſentijs cauſis ⁊ ſignis egritudinũ dictaꝝ. Cap̄. i.

Neſcio an mea mens tãta integritate ꝯſiderationis uti poterit quãta neceſſarium eſt in diſpõne nũc declarãda ſublimiter ſpeculãdã. dolor enĩ mihi maximus caritate qua obligat⁹ ſum incũbit: ⁊ afflictiones ingẽtes mihi porrigit. Uideo enim alteꝝ mihi fratrẽ celeberrimũ doctorẽ in facultate mea quẽ ſummope preter oẽs hoĩes vitã degẽtes mihi uere itimũ ⁊ caritatiua dilectione ꝯiunctũ ſemp agnoui. grauiſſima q̄dam diſpõne ſeuiſſimis accñtib⁹ cõplicata: heu mihi ꝑmaxie affligi. ¶ Etenĩ diſpõ ſua duob⁹ accñtib⁹ corpus ei⁹ martyriçãtib⁹ ſeuiſſime cõplicata eſt diſſuria. ſ. ⁊ ſtrãguria: pp que duo puſillo ſe retpe euadẽ nõ põt ab urine emiſſione. que ⁊ nõ ſolum frequẽs eſt: ſed eidẽ ipotẽtia urinãdi moleſtiſſime aſſociat itãtũ q̄ a capite pudibũdi per totã iſeriorẽ ptem uſq̃ ad ſiteri acutiſſimo dolore moleſtat ſemp paꝝ añ in tpe mict⁹ ⁊ poſt illud. Et hec qdẽ diſpõ ſeuiſſima ad tãtũ augmẽtũ deducta eſt: q̄ ſiue iacẽs aut ſedẽs: ambulãs uel eqtãs fuerit ſemper hoc moleſtiſſimo dolore affligit itãtũ q̄ nulla corporis figuratio uel deuolutio ad aliquã ꝯtiam poſitionis getẽ aliquã ſibi porrigat. ¶ Propter qd nõ leuiter ꝯſiderãduꝫ eſt

ad quā pticularē egritudinē hec diſpō deduci debeat. Eſt enim ſtrāguria ⁊ diſſuria ⁊ dolor nō qdē egritudo ipſarum aliq̄ ſed uere accñs noianda. Et cū vnūqōq; accñs tale ſeq̄tur egritudinem uelut vmbra corpus: op; pmitus enūciare que ſit egritudo aut egritudines eis: ⁊ q̄liter hec accñtia ſint eis familiaria uel ſuccedētia. Igiť diſſurie cāe multiplices a ſapiētib⁹ hincide aſſignanť. Diſtillat enim ab hoīe urina frequenter aut ꝓpter ipotentiā ṽtutis retentiue colli ueſice: aut ꝓpter uehementiā expulſiue: aut ꝓpter vigoratā eſſe attractiuā membroꝝ urinalium. ¶ Uirtus aūt retētiua debiliťr a mala cōplexione frigida ⁊ humida aut humida tm̄. Et uľiter a cuiuſcūq; imoderato q̄litatis exceſſu. Oīs enim imoderata diſcraſia deijcit actum .i. opationem ꝓprie ṽtutis .ſ. colli ueſice. ¶ Ampli⁹ hec mala cōpľo frigida ⁊ humida nō ſolū lentendo ⁊ humectādo debilitat retentiuā per ſe ſed etiā per accñs: qm̄ mala cōpľo frigida ⁊ humida oppilādo vias trāſitus ſpūum aīalium qui neceſſarij ſunt ad retētionē colli ueſice eſt cā ut paliticeť ueſice collū: ad qd̄ ſeqtur urine diſtillatio ⁊ inuolūtarius mict⁹. ¶ Cōtingit etiā frequēter retentiuā colli ueſice debilitari: ꝓpter nimiā reſolutionē ſpūum ⁊ ſubſtātifici humidi ipſi⁹ ueſice in retinēdo urinā; ꝓpter frequētem uſum diureticoꝝ. Un̄ ⁊ ꝓpter frequētē urine emiſſionē debilitať retētiua ueſice eo mō q̄ oīu; mēbroꝝ aliorꝝ retētiua potētia debilitať ex euacuatione frequēti. he ſunt pñcipales cāe debilitatis retētiue. ¶ At ṽo iterū diſſuria ⁊ ſtrāguria nō raro ꝓueniūt pp fortitudinē expulſiue. frequēter eni vigorať expulſiua ueſice a mala cōpľone calida ⁊ ſicca ⁊ caľa humida. ⁊ ſic de alijs ſpēb⁹ male cōpľonis ſupinualeſcētib⁹. ¶ Per accñs aūt expulſiua ueſice multis ex cauſis debilitať. ¶ Prima eſt ꝓpter dolorē in collo ueſice incitātem expulſiuā eius ad fugā nocumēti. ¶ 2° ꝓpter ulcera in collo ueſice: uel excoriationes: aut prurit⁹: aut ſcabies. ¶ 3° cā eſt ex pte obiecti qd̄ eſt urina que acuitate ſua ṽtutē expulſiuā ad frequētē emiſſionē: ⁊ eo fortius qm̄ ipſa accidentaľr acutior eſt ſalſedini ſanici cōmixta: aut acuitate pticipās a cibis preaſſumptis: ut cepe alleū ſinapis ⁊ ſimilia. ¶ Etiā 4° multitudo aq̄ſitatis ab epate a renib⁹ ad ueſicā expulſa incitat expulſiuā ipſius. ¶ 5° iterū humores acuti ad ueſicā effuſi in uenarū cōcauitate ebullitionē aut aduſtionē ꝑpeſſi ſunt cā incitationis expulſiue. ¶ 6° cā eſt multitudo harenaꝝ ad ueſicā expulſaꝝ. ¶ 7° cā eſt inuētio lapilloꝝ in ueſica. Cū enim in collo ueſice ꝯgreganť harene uel lapilli pūctione abſterſione ⁊ exaſpatione quā faciūt incitāt ueſice collum ad expulſionē: ita ut in q̄libet fere inſtāti ad migēdū incitent. Et ſi ſemp expellanť erit formale diſſurie. Si ṽo mict⁹ nō niſi cū magna cōſtrictione ⁊ dolore expleri poſſit. patet ꝙ hoc erit formale ſtrāgurie. ¶ 8° cā eſt apoſtema externus in collo ueſice extis fine faciēdo dolorē cōpreſſiuū ſiue grauatiuum pūgitiuum pruritiuū aut mordicatiuum in collo ueſice. q̄tiens eni; frequēter potētia ſenſitiua triſtatur ab impreſſione obiecti: totiens potētia expulſiua moueť ad fugā illius. Un̄ neccē eſt diſſuriā ⁊ ſtrāguriā; ad talia apoſtemata ſequi. ¶ 9° ṽo cā incitationis expulſiue pōt eſſe nocumentū in collo ueſice per colligātiā aliūde ꝓcedens: ſicut apoſtema magnū in collo matricis in mulie ⁊ cōdilomata: uel magna apoſtemata in fine inteſtini recti: ⁊ in loco ſiteris exitus. Et ideo hec cā ſpāliter ꝯſiderāda eſt. ſcribiť eni ⁊ ſentiť durities notabilis ꝓpe anū: ⁊ in loco emorroidarū: que qdē durities ⁊ ſi nō ſit notabilis cā totalis accñtiu; predictorum. eſt tn̄ magna cā augmēti ipſoꝝ. Siľr iterū ⁊ contingit ſtrāguria ⁊ diſſuria: ꝓpter uehementem attractionē a ueſica ⁊ mēbris urinalib⁹ factā. Attrahit enim ueſica imoderate ꝓpter magnā diſtēperiem caliditatis in ea: ⁊ ꝓpter dolores ulcera ⁊ excoriationes uel ſcabieȝ in ipſa exiſtēs. Siľr etiā grauať a uehemēti attractione a renib⁹ facta ꝓpter imoderatā caliditatē ipſoꝝ: ut p; in dyabete. Cū eni; renes ſemp in ꝯtinua ⁊ forti attractione pſiſtāt ꝓpter inflāmationē eoꝝ: ſic ſemper attrahūt ſemp ad ueſicā effundūt. vn̄ ⁊ ſatis rōnale eſt lapſum calidū in ueſica egri ſaltē per colligātiā. ¶ Ex qb⁹ oībus ꝯſiderāti appet ꝙ nulla fere imaginari pōt aliq̄ cauſa diſſurie aut ſtrāgurie que nō ſit aliq̄ de predictis: aut ad eas reducibilis. ¶ Et ex eorum fundamento iterum conſiderāti appere pōt ſpālis notitia cauſarum ſtrāgurie.

Poſtquā aūt predictoꝝ mollificatiuoꝝ applicatio fuerit ꝯdecēter facta tūc trāſeundū eſt ad reſolutiua que cū hoc ſunt mollificatiua ſicut ⁊ p̄dicta mollificatiua nō euacuant̄ a reſolutione. ¶ De famoſis ḡ reſolutiuis auctēticis ⁊ exptis eſt ceroti dyapēte qđ lenit duritiē ⁊ nodoſitatē neruoꝝ ⁊ articuloꝝ. ¶ 2m reſolutiuū fortius predicto eſt ceroti alexādrinum deſcriptione 2°.que ambo leguntur a Meſue diſtictione penultima. ¶ 3m reſoluēs predictis fortius eſt emplm de mucillaginib⁹ dyaqlon noiatuꝫ deſcriptione minori ſua ut ſupra.⁊ ꝓprie cōfortatū cum ſubſcripta ꝓportione armoniaci molioris. ¶ 4m reſolutiuū ingenioſe inuētū eſt ſuffumigatio cū lapide marchaſite per hūc modum fiēda.accipiat̄ fruſtuꝫ magnū lapidis marchaſite ⁊ eſt lapis molaris rubeus cū quo ferramēta acuunt̄. calefiat ḡ uehemēter in igne ⁊ tūc mēbrū nudum ſup alio lapide ſituet̄ adeo diſtāter ꝙ nō ledant̄ ab igne. Accipiat̄ ergo vini albi uetuſtiſſimi lib.j.aceti acuti lib.ſ.⁊ lēta diſtillatiōe ⁊ paulatine ſup ignitū lapidē effundat̄:ita ut uapor inde eleuatus in manū recipiat̄ circūqꝫqꝫ inuolutā ⁊ coopertā pāno groſſo per pedalē mēſuram a manu diſtante. Si bñ ꝯſideras mirabile fuit hoc ingeniū ſapiētum.a tali eniꝫ caliditate ⁊ actuali ⁊ potētiali etiā acuti calidis ⁊ ptiū acutarū aceti uehemens fit impreſſio caliditatis in mēbrū induratū ⁊ acetū inter reliquos liquores ꝑter oppob.eſt ſubſtantie leutomeri.i.penetratiue magis.q̄re potēter agit in mēbrū rarefaciēdo ipm lenīēdo incidēdo ⁊ reſoluēdo.ad qđ excellēter adiuuat vigoratio caliditatis in uapore illo que fit ꝓpter reflexionē uaporis a panno ſuperueniētem. ¶ Et nota ꝙ hoc ingeniū in apoſtemate ſephiretico ⁊ nodoſitatibus iuncturarum ſolēniter me iuuit. ¶ 5m reſolutiuū ⁊ ꝓpe de ſimplicib⁹ ⁊ per me exptum eſt ut accipiat̄ ſaponitica maior uel ſaponaria dicta.⁊ eſt planta a terra eleuata per mēſuram fere brachij:cuius ſtipes nodoſus eſt ⁊ ecōtra:folia hns ſolida ⁊ denſa viridia ab albedine refracta ⁊ florē ꝓducit arcuatum in ſupiori parte colore rubeo claro ab albedine refracto:⁊ ſuauiter aromaticum. Cuius folia ſi ꝯfricent̄ pingui humiditate leniunt mēbra lenitione cōſimili ſaponi.⁊ ꝓpter hoc ſaponitica plāta dicta eſt ⁊ credidit famoſus pegrinoꝝ noium expoſitor medicinaliuꝫ Simon ianuēſis ipſam eſſe ſpēm arthanite.lꝫ ego inueniam diſcordiā inter ipſum ⁊ Dya. quē ſepe allegat. ⁊ tu lege ibidē.

qualitercūqꝫ ſigit̄ intelligas experientia lōga inotuit mihi ꝙ ſi cōterat̄ hec planta ⁊ exp̄mat̄ ſuccus in quē acetū calidum infundat̄ lana ⁊ applicet̄ mēbris induratis multum mirifice mollificādo aufert ⁊ reſoluēdo. ¶ 6m reſolutiuum ⁊ potēs eſt ſuccus marelle uel mēcarie maioris eodē modo applicatus:⁊ eſt plāta quā Auic.2° cañ.noiat ucuen. Hec mihi vidētur ſufficere ſatis pro cōplemēto intentionis p̄me.

Jam aūt opꝫ puenire ad intentionē ſcđaꝫ in qua ꝯſiſtit curatio hui⁹ diſpōnis ingēter.ſ.ad aptionē viaruꝫ per q̄s ſpūs motiuus cōuenienter penetrare poſſit ad membrū. ¶ Silr etiā ad aptionē poroꝝ neruoꝝ ⁊ mēbroꝝ mot⁹: necnō ⁊ ad aptionē viarū per q̄s nutrimētum penetrare poſſit ad mēbrum:q̄re opꝫ eligē inſtrā apitiua originis neruoꝝ ⁊ lacertoꝝ. ¶ Silr opꝫ apire arterias per q̄s vitalis ſpiritus cōuenienter mēbra calefactiuus penetrare poſſit:ſicut etiam opꝫ aptas efficere uenas:ita ut mā nutricationis in ꝯueniēti quātitate recipiat̄ in mēbro. ¶ De numero ergo coꝝ que apiunt oppilationes neruoꝝ de interius exhibitis ⁊ ſimplicibus p̄mū eſt ciclamen:⁊ eſt malum terre:ab ytalicis noiatus panis porcinus:cuius aq̄ ſublimationis oēs oppilationes tā arteriaꝝ q̄ꝫ uenarum ⁊ cerebri ⁊ colatorij eius ⁊ neruoruꝫ apit:⁊ fricatio cum pul.eius facta cū fece olei lilioꝝ alboruꝫ oēs nodoſitates ⁊ duritiēs a membris aufert. ¶ 2a medicina de exptis ad hāc intētionem eſt frequens reiterata inunctio mēbroꝝ cōpactoꝝ ⁊ oppilatoꝝ cuꝫ puluē piretri bullito cuꝫ oleo:de quo dixit Serapio in aggregatore cap̄ de machiteral.i.de piretro.cōfert amiſſioni ſenſus ⁊ motus.⁊ poſuit hoc uerbuꝫ auc.de ſimplici medicina. Dya. ůo 3° ſimpliciū de ipſo dixit.ꝙ iuuamētuꝫ eius in hoc eſt maximum:⁊ eſt planta ca.⁊ ſic.in 3°.lꝫ quidā audaces nō bñ intuētes crediderūt ipſam eſſe fri.⁊ accidit eis hic error: qm̄ ipſa eſt ſtupefactiua. vñ Auic.2° cañ.cap̄ 2°.de carton qđ eſt.decretū ꝙ eſt piretrū ⁊ ipm eſt ſtupefactiuum. Soleo aūt accipe olei oliuaruꝫ antiqui lib.ſ.pul.piretri.℥.j.terant̄ diu in mortario.deinde lēto igne bulliāt uſqꝫ ad cōſumptionē tertie ptis. ¶ 3m medicamen utiliſſimum ad leniēdum neruos induratos ⁊ apiendū eos eſt galbanū:qđ eſt gūmi cal.in 2° ⁊ exiccatiuum in tertio. Cuius vtus eſt lenitiua ⁊ reſolutiua carminatiua uētoſitatū: ut 2° cañ.in arcola opationū ⁊ ꝓprietatū:⁊ cōfert lattitudini ⁊ alcuſeſ:⁊ ſpaſmo lacertoꝝ. Diſſoluo autē ego.℥.ſ.galbani cum oleo antiquo iā dicto. Oleū eniꝫ antiquū eſt ita diſſolutiuus ſicut recens eſt doloꝝ mitigatiuum.9° de ingenio ſanitatis.cap̄ 3° ſm vnā cōputationem. ¶ 4a medicina ad hanc cōputationem eſt dibich glādiū:⁊ eſt viſcus quercinus quē ſm Auic.calidum eſt in fine tertij:⁊ ſiccum in p̄.lꝫ Serap̄.poſuerit ipm precise in 2°. Et dixit Auic.de eo ꝙ diſſoluat̄ cum eq̄li portione ſui reſine ⁊ cere.exēpli grā oium aā.℥.j.⁊ confricent̄ ex eo mēbra egrotatiua.reſoluit enim ⁊ lenit oēm duriciem in iuncturis:⁊ extrahit humiditates a ꝓfundo cum violētia:nō tm̄ groſſas ſed etiā ſubtiles. ¶ 5a medicina optime lenitionis ⁊ reſolutionis eſt bdelium:qđ eſt gūmi palmaruꝫ ſylueſtrium triplex inuētum ab auctoribus.ſ.mechinum iudaicum ⁊ ſiculum.mechinum ůo ponunt oēs fere frigide cōplexionis ⁊ ſicce:nō exp̄mentes tñ gradum.iudaicum ůo poſuit Auic.cap̄ in fine p̄mi.⁊ de gradu ſiccitatis ei⁹ tacuit. Siculum ůo bdelium poſuit ſiccius oib⁹ alijs. Serapio ůo audacter poſuit ipm cal.⁊ ſic.in ſcđo.qcqđ tñ ſit ipum confert ſpaſmo ⁊ duritiei neruoꝝ:⁊ ꝯgelationi:⁊ ꝓprie coctum cum oleo:ut ꝑus dictum eſt. Attēdat tñ opator ꝙ nō accipiat bdelium antiquum:qm̄ ipſum ꝑuatur lenitione. vnde ſcđo cañ. inqt Auic.qm̄ cum ipſum antiquat̄ egredit̄ de lenificatiōe ad exiccationem:quoniā tempus exiccat ipſum. ¶ Preter hec aūt ſimplicia medicamina tria cōpoſita magnifice utilitatis ad hāc intentionē ſubiungo.quoꝝ p̄mum eſt cōpoſitū Raſis.mea quotidiana experientia multotiens uerificatum poſitum ab eo in diuiſionib⁹.4.cap̄. ꝓpe finē. cuius deſcriptio p me rectificata eſt p hūc modū. ℞.fenug. amigdalarū ama.armoniaci bdelij olei lilioꝝ alb.lento igne bulliant oia

vſqʒ ad formã vnguẽti deducta. Intelligo aũt ego amigdalas amaras oleũ ipſarum: ⁊ aliqñ loco olei poſui gummi ipſarum. ¶ 2m cõpoſitum eodẽ loco acceptũ penultimo cap. ℞. cere citrine olei de lilio adipis anatis ⁊ gallie medulle cruris vacce. añ. ℥. j. mucillaginis ſe. lini. ℥. ij. lento igne coquant ⁊ diſſoluant ſimul ⁊ fiat vnguẽtũ. Et nota ꝙ poſui cerã citrinam: qm̃ ipſa eſt maioris lenitionis ⁊ reſolutionis ꝙ̃ cera alba que ꝓpolcos noiatur. ¶ Ultimũ cõpoſitum eſt de meis ⁊ meo iudicio ꝑdictis efficacius ⁊ eſt hoc. ℞. armoniaci galbani bdelij pinguioris. añ. ℥. j. oppoponacis. ℥. ſ. fecis olei irini fecis olei liliorum al. pinguedinis taſſi anatis medulle crurium boum. añ. ℥. ſ. reſine electe. ʒ. vj. croci. ʒ. j. cere citrine. ʒ. j. ſ. diſſoluantur gumme cum aceto forti: deinde coquant ſimul lẽto igne pteter crocũ qui poni debet in fine coctionis. Cũ ergo oia cocta fuerint lẽto igne bulliãt in lib. j. ſucci vel mucillaginis fenugreci. vel in lib. ſ. ſucci vel mucillaginis granorum ſiſami vſqʒ ad ↄſumptionem. excellenter enim leniendo reſoluit oẽm materiam cõpactam in iuncturis: ⁊ vbiqʒ corporis. Cum ergo hec fuerint ſcõa ſeptimana approximata ſup mẽbro: tunc fiat reuolutio de his reſoluentibus ad lenientia deſcripta ut iam dictum eſt.

At uero iterũ ſi volueris apire oppilationes arteriaꝝ ⁊ venarũ ut recipiat uberius in mẽbro ſpũs vitalis ⁊ ſanguis cõgruus pro nutritione mẽbri: tria ſunt ſolẽnia apientia. ¶ Quoꝝ pmũ eſt: ut accipiat notabilis quãtitas ſucci hypoſelini: ⁊ eſt apiũ ſylueſtre: lʒ eque bñ valeat ut apiũ domeſticũ. ¶ 2m per me exptum eſt frequẽs mediocris cũ inunctione olei nardini: cuius laudes ingentes quere ab auctoribus hic ꝓpter breuitatem non poſitas. ¶ 3m apiens ⁊ potẽter attrahẽs nutrimẽtum ad omne mẽbrum maraſmatum ⁊ cõſumptũ eſt emplaſtratio mẽbri cũ pice mediocriter bullita: cuius laudes a Gal. quere 9° de ſimplici medicina. cap de impinguãdis mẽbris cõſumptis ⁊ vniuẽr oẽs auctores in hoc ſunt ↄcordes. ¶ Ego aũt dulcius pcedẽs ſoleo frequẽter facẽ inungi mẽbrũ cũ oleo calido ſublimatiõis picis: ⁊ inueni in eo iuuamẽtum excellẽs: ut pauloante appuit in Coradino. cuius totũ crus a genu īferius vſqʒ ad plãtas pedis ↄſumptũ erat ⁊ induratũ: ⁊ fuit reductũ ad notabilẽ ↄualeſcentiã. Ita ꝙ fuit ⁊ eſt potẽs ad ꝑgreſſiuũ motũ: ut manifeſtũ eſt. ¶ Taceo hic fricationes pãnoꝝ calidoꝝ: applicatiões euaporationũ cum aq̃ calida mẽbris applicatarum: ventoſarum in fine ſcarificatione mediocriter attrahẽtium applicationem ⁊ alia his ſimilia que ſunt oibus nota.

¶ De regimine per ſex res non nãles. Cap. III.

SUpereſt aũt nũc trãſire ad regimen per res nõ nãles eligendũ. ¶ Itaqʒ mẽbrũ ſuũ cuſtodire debet ab aere frigido: ab oi humiditate aduẽtitia ⁊ ſupflua: ⁊ ab aque effuſione vel cõtactu: ⁊ ipm cirotecis bñ calefacientibus coopertum tenere. ¶ De ſcõa re nõ nãli caueat ciberia ⁊ potus oẽs neruis nociuos: de quoꝝ caueat comedẽ hercã que oino oi neruoſo mẽbro eſt nociua: ⁊ effugiat uſum azimi panis ⁊ valde cocti: ⁊ cibos oẽs paſtiles: ⁊ piſces viſcoſos: ⁊ ciberia oia vehemẽter exiccãtia ut ſalſa. vel cũ multis aromatib9 cõdita. Et ſpãliter dimittat oium leguminũ uſum. ¶ Et vinũ eius ſit album colore: ſubſtãtia ſubtile ⁊ bene clarificatum: potentia do minus ꝙ̃ mediocre: aut ſi fumoſum fuerit frangatur cum aqua precocta: ⁊ ꝓprie de ciſterna. ¶ Exercitiũ nõ eſt cõueniens ⁊ ꝓprie magnum ⁊ longum ne ponat mãs in motu fluxus ad mẽbrum. leuis tñ fricatio ab humero vſqʒ ad raſetã inferius trahẽdo ↄueniens eſt. Si do exercitiũ toti corpori adminiſtret nullũ eſt ei ↄuenientius ꝙ̃ motus progreſſiuus ſatis lẽte factus. ¶ Et de his que motui attinent caueat oẽm ſtricturã vel cõpreſſionẽ vel grauitatẽ ſup membro cadẽtẽ ut nõ fiat phibitio trãſit9 nutrimẽti ⁊ ſpũs ad mẽbrum. ¶ Siliẽr in mõ cibationis ſue caueat a repletione ciboꝝ magna ne calorẽ nãlem per modũ alicuius ſuffocationis debilitet: ſed ↄueniẽtius eſt ei ptius comedẽ ꝙ̃ appetit9 expetet.

¶ Pro accitibus do aie caueat oia que vehementi agitatione poſſunt facere fluxum humoꝝ ad membra. ¶ De ultima do re non nãli oino recedat a dormitione mediocri. ad augmẽtũ enim eius cõuenientius eſt ei ꝙ̃ in vigilijs augmẽtum efficẽ. qm̃ in ſomno melior fit digeſtio vniuẽſis ⁊ pticularis ⁊ nutrimẽtum amplioris quãtitatis ad mẽbra macreſcẽta effundi põt tpe dormitionis ꝙ̃ vigiliaꝝ. ſicut eni per ſomni applicationẽ fit inati caloris reciprocatio de exterius ad intra. Ita ecõtra fit coꝝ de intus ad extra per vigilias expanſio. Nõ ergo eque bene nutriret mẽbrum deficiente caloris nãlis ↄuenienti applicatione ad delegandũ: apponendũ: vniendum: ⁊ aſſimilandũ membrũ nutrimentum ⁊c̃.

Conſilium. 252.

De ſeptem malis diſpoſitionibus ab eadem tamẽ cauſa dependentibus. videlicet. ¶ De ſtupore in extremitatibus digitorum manus. ¶ De tremore illius manus ⁊ totius brachij. ¶ De motu ſpaſmoſo brachij ⁊ dextre partis capitis. ¶ De ablatione ſermonis remanente tamẽ voce. ¶ De ablatione operationum ſenſuum interiorum. ¶ De tuſſi moleſta cum multitudine ſputi groſſi. ¶ De dolore circa regionem vmbilici ſepe eueniente. ¶ Diuiditur autem conſilium in capitula tria.

¶ De cauſis dictarum diſpoſitionum. Cap. I.

DIſpoſitio huius nobilis mĩ de egritudinib9 ⁊ accitibus cõplicata eſt. quoꝝ quodlibet maxima cõſideratione indiget. ¶ Primũ eſt ſtupor in extremitatib9 digitoꝝ manus dextre. ¶ 2m eſt tremor illius ⁊ totius brachij vſqʒ ad caput. ¶ 3m eſt ſpaſmoſus motus totius brachij ⁊ dextre ptis capitis. ¶ 4m eſt ablatio ſermonis voce tamen adhuc remanente. ¶ 5m eſt ablatio opationum ſenſuum interioꝝ oium poſt illum motũ ſpaſmoſum. ¶ 6m eſt tuſſis moleſta cũ multitudine ſputi groſſi viſcoſi mali cũ labore expulſi. ¶ 7m eſt dolor circa regionem vmbilici ſepe eueniẽs vſqʒ ad inguina extenſus: ⁊ ſupioribus etiã partibus vſqʒ pectus colcatus. ¶ Alia do iterũ accitia quedã eueniunt: de quib9 non debet eſſe magna ſollicitudo. ¶ Et qr oia prefata accitia difficilia ſunt ⁊ ſuſpecta non eſt poſſibile bene ↄſulere niſi ipſoꝝ aliquod fundamẽtum theorice inueſtiget: ex quo modus curationis clarius elicief ⁊ ſalubrius.

Videt aũt ex narratis oium hoꝝ accitium cauſam pncipalẽ eſſe malã cõplexionẽ cerebri frigidã ⁊ humidã cũ mã flegmatica lubrica ſanie ⁊ aquoſa deſcẽdente a cerebro per nucham que oppilat vias noni paris neruoꝝ a nucha orientiũ per quos dat ſenſus manibus. vnde cũ oppilatione incõpleta vias illas claudat adhuc aliq̃ pars ſenſibiliũ ſpũum trãſit: q̃re ſaluat ſenſatio aliquantu. Si enĩ mã cõplete oppilaret a manibus ſenſatio totaliẽr auferretur. ¶ Adhuc etiã hec mã vias octaui paris neruoꝝ a nucha venientiũ ſemicõplete claudit. q̃re adhuc ſaluatur motus lʒ exiguus. per eos enim neruos motus manibus dat: ſicut per ꝑdictos ſenſus: ut pma pmi. doctrina pma. ſumma tertia. ⁊ pmo Almanſ. q̃rto cap colligendum. ¶ Hoc igit accñs non parum ſuſpectum eſt: qr cauſa eſt in cerebro qr ad ipm ſequitur tremor ⁊ ſpaſmus: q̃re neceſſitat epilepſiam aut apoplexiam: ut ſcõa tertij. cap 9° colligẽdum. ¶ Tremor aũt qui eſt 2m accñs accidit ꝓpter debilitatẽ dtutis ſuſtentatiue neruorum ⁊ multitudinẽ materierũ grauitãtium. vñ ptim vincit mã a mã. ptim aũt mã a dtute. vñ accidit pilitas quaſi pugne inter ſuſtentãtem nãm ⁊ grauitãtem mãm: lʒ in pugna finaliter vſqʒ nũc obtinuerit dtus ſm narrata. Nõ enim pſeuerauit tremor ximo alioꝝ accitium ſemp remotione euenuit. de ipſo tñ nõ leuiter dubitandũ eſt. Nam ſi fixus fieret ſignificaret magnã frigiditatẽ in neruis ⁊ ſpiritibus: ⁊ talis in ſenib9 medicamine nõ remouet. 1° tertij. 5° cap colligendũ. ¶ Ceterum huius viri calidũ ⁊ acutũ eſſe multis coibus facile ꝑſuaderi poſſet: ſed ipſe eger tactu manifeſte pcipit ſe ſe dignem

caliditatē: ⁊ mordicationē: ⁊ nocumentum etiā ex uſu calidorum. cuius quidem regimē minus difficile foret niſi tpis longitudo ⁊ mala diſpō cōplexionalis: imo ⁊ cōpoſitionalis pectoris que ex deſcēſu m̄ae ad ipſum acquiſita eſt obuiarent.
¶ M̄a ergo illa ſubtilis lubrificatiua que fluxit ad pect⁹. ibidem ſtrā mollificat pāniculos ⁊ ligamēta pectoris: ⁊ ſm multas ptes in uētoſitatē cōuerſa cauſa fuit arcuationis coſtarū ⁊ gibboſitatis earum. Ipſa etiam m̄a ibidē tpis diuturnitate ſpiſſior facta pulmoni oys fragmati immerſa nocumentū in anhelitu continuum ⁊ manifeſtum facit.

Ex qbus clare ſatis regimē huius nobilis eliči põt qđ duas pncipales intētiones includit.
¶ Prima qdē eſt m̄am a cerebro ꝯtinue fluētē abſcindere.
¶ 2ᵒ vō nocumēto anhelitus ⁊ pectori puidere. ¶ Et utraq3 qdē intētio duplici regimine cōpleri debet. ſ. nō nālium ⁊ medicinali. regimē aūt nō nāliū p rectificandum eſt.

¶ De cura per ſex res non nāles. Cap. iij

EUitet itaq3 ſtationē in aere frigido multū nebuloſo uētoſo ⁊ humido. Euitet ſtationes ⁊ cameras: locis humidis fontib⁹ ⁊ fluuijs ꝓximas. ſilr etiā ſeptētrioni ⁊ meridiei directas. Fugiat etiā aerē extenſiue cal. ⁊ ſic. Et in ſūma aer ⁊ domus tēperati q̄tū eſt poſſibile in q̄litatibus eligant. ſz enim rōnali iudicio ex canone curationis ei⁹ ⁊ ꝯſeruationis ad frigiditatē iclinat⁹ eligi deberet: attamē tñ debilitas cerebri ⁊ pectoris diſponit ad pati a cuiuſlibet q̄litatis exceſſu. Si tñ ad aliquā extremitatē iclinari opʒ ſecurius eſt ad cal. ⁊ ſic. aliquantū trāſire q̄ ad oppoſitas. ¶ De anni pis vō aeri caput ſuū mediocriter infulis ⁊ birretis in nocte cuſtodiat. pelles igitˀ de uario inter alias meliores erūt. birreta etiā leuis pāno ex grana tincto fieri debēt. ueſtes aūt oēs collū ⁊ pect⁹ ſtrigētes ne anhelitui noceāt etiā ſuo tpe frigore diligēter ⁊ humiditate teneant. ¶ In ſōno aūt nocturno tps notabile ponat. per hūc eniʒ digō in cerebro melior efficitˀ ⁊ humectatio aliquāta acqritˀ. Uigilie ſz exiccādo ꝯuenirēt: qr tñ debilitatē augent ſpūs ꝯſumūt ⁊ aiales v̄tutes extermināt nō ꝯueniūt. Sōnū aūt diurnū quantum eſt poſſibile euitare opʒ. qñq3 tñ ꝓpter vigilias nocturnas: ⁊ grā reſtaurandi v̄tutes cōcedi põt: ⁊ tūc ſit a prādio diſtāter p duas horas. ¶ Et dormiēs ſedeat ſup cathedra eleuato capite ⁊ nō flexo ſuper anteriori uel poſteriori pte: ſed ſup laterib⁹ ⁊ neq3 ſpatiuʒ hore medie vnius aliquo modo ptranſeat. ¶ Exercitiū autem ad materierū ꝯſumptionē in hoc caſu ꝯueniens eſſet: tñ propter v̄tutis debilitatē exercitia fortia euitāda ſunt. ⁊ tēperatum itaq3 fieri opʒ exercitiū. ipm enim calorē innatū excitat: v̄tutes roborat: ſupfluitates ad regiones ꝯuenientes ipellit: ⁊ ad ꝯſumptionē facit reſidui. taū igitˀ exercitetur leuiter ambulādo: ut eques uel pedeſter ne mēbra grauent. Ita ut q̄ſi ſudor ꝓuocet: deinde quieſcat. ¶ Hora exercitio cōueniētior eſt cū cibum a ſtomacho deſcēdiſſe cognouerit. reliquū aūt in quiete tps expēdat. ¶ Loco tamē exercitij dū fieri nō põt fricationes ualde ꝯueniunt ⁊ fiāt ante cibū per duas horas cū manib⁹ uel pānis calidis mediocriter fricādo ⁊ incipiendo a genu uſq3 ad cauillas pedū. Deinde a radice coxarum uſq3 ad genua. 3ᵒ a loco cinguli uſq3 ad nates. 4ᵒ ab humeris uſq3 ad caudā fricationibus menſura ſit uſq3 ad mēbrorum rubificationem manifeſtā. ¶ Inanitionē aūt ſtomachi multā ⁊ longam euitare opʒ ne epar ⁊ ſtomachus in flegmate neceſſitatē addāt in corde ⁊ anhelitus anguſtiam faciant: ⁊ caput nimiū euaporādo repleāt ⁊ inflāment. talis eniʒ abſtinētia in frigida cauſa cōueniret magis nō ꝓpter hoc tñ magnā reſolutionē ſtōchi ⁊ totius credat eſſe ꝓficuā. Comedat igitˀ q̄tū ſibi ſatiſfacē ad vitā ⁊ robur v̄tutis ꝑapit. Si tñ ad exceſſum inclinare debet minus malū eſſet modicum in cibis minorādo pcedē q̄ augē. ¶ Si tñ qñq3 ſtōci repletionē: ⁊ totius uētris ꝑciperet ad minus euacuationē ꝓuideat cū hoc cliſteri. ℞. folior̄ malue mercurialis ⁊ violarum. aā. M. j. fenug. ſe. ſiamitrao. altee. aā. M. ſ. oia coquant iuxta ꝯſuetudinē. ⁊ huius decoc. ℞. cyathos. iij. in eſtate olei vio. ℥ iij. ſuc. ro. ℥. ſ. caſſiefi. ℥. ſ. ſalis. ʒ. iij. vitellū vnuʒ oui: ⁊ fiat cliſtere. In hyeme vō. ℞. olei amigdalarū dul. ℥. iij. benedicte: lare. aā. ʒ. ij. caſſiefi. ℥. ſ. miſce. ¶ Ad mundificationem vō ſuperioris uētris ⁊ diuerſionē a capite in hyeme ꝯueniunt pillule de iera Gal. ſumēdo ex eis. ij. uel. iij. bis in ſeptimana uel ſemel. Uel accipiēdo pillarū iſtarum q̄rū magis placet vnaʒ per mediā horā añ cenā in ſeptimana bis. ℞. aloes ſuccotrini. ℥. j. īfundatˀ per dies octo in aq̄ violarū: deīde ſoli exiccetˀ: ⁊ addatˀ ſandalor̄ ro. ʒ. j. maſtices. ʒ. ſ. ⁊ fiāt pillule. vj. pro q̄libet. ʒ. ¶ De accidētibus aie cōtrādi ſunt exceſſus oēs. oē igitˀ qđ ſpūs mediocriter mouet ⁊ dilatat ⁊ accēdat ꝯueniens eſt que vō ſpūs ⁊ calorē repente mouent trahūt ⁊ ſepultos tenēt ei diſconuenidt. q̄re ſupflua letitia riſus: triſtitia: ſollicitudo: ⁊ ira: dolor ⁊ ſimilia fugiant. ¶ Coitus aūt uſus huic diſpoſitioni magnifice nocet. ꝯcedit ergo rariſſime ⁊ ad plus in ſeptimana ſemel: ⁊ maxime cū ſtomachus iam digeſſerit: ⁊ corpus poſt ſomnum robuſtum ſatis percipietˀ. hora tamē qua m̄a exuberanter fluit ⁊ aſmatis inſtantia uehemētiſſime moleſta oino a coitu deſiſtendum eſt.

In cibis aūt diligēter attēdē opʒ. que eniʒ forsan capiti ꝯferrent: pectori vō multū nociua forent: q̄re abſtineat ab oibus uētoſis ⁊ euaporabilib⁹: ⁊ maxime calidis ualde ⁊ frigidis: ut a melle: lacte: leguminib⁹ fructib⁹ corruptibilib⁹: ut ceraſis: auellanis: piris: nucib⁹: abſtineat etiā ab acutis: ut pipe: croco: çinçibē: aloe: cepe: porris: eruca: ſinapi: ⁊ ſil' bus. ¶ Abſtineat etiā a viſcoſis ⁊ paſtilib⁹ piſcib⁹: aialiū pedib⁹: uētrib⁹: ⁊ capitib⁹. Caueat etiā oino a ſale ⁊ a ſalſis cibis. Euitet etiā acris aceti ⁊ acetoſor̄ frequētē uſum. ¶ Comedat ḡ panē bñ fermētatū pluſq̄ cois fermētū recipiētem. Bracetellos aūt ⁊ laganas ⁊ placētas ⁊ ſilia dimittat. Et ſi aliqñ uteretˀ placētis cū penidiis preparatis ſumme cōferret. ¶ Carnib⁹ utatˀ pullinis: vitulinis: hedinis: caſtrati iuuenis ⁊ agni annualis: leporinis: capolinis: ⁊ auiū minutarum: faſiant: pdicis: anatinis vō utatˀ raro: ⁊ magis ꝯueniūt elixe q̄ aſſate: ſz qñq3 ſemielixe per aſſationē cōplete cocte ſine lardellis approbent. ¶ De herbis conueniūt blete: borago: bugloſ. magis ſpinacie: lactuce malue frequenter in cibo cocte: atriplices: ⁊ portulace cum bono brodio. cucur. bene ꝑparate. caulid vō brodiū cum bonis carnibus optimuʒ eſt. Cicerum ru. brodiū ſepe laudo: ⁊ granū qñq3 qr pulmonē confortat. Olera vō calida: ut ſaluia: roſmarinus: ſerpillum: mētha: petroſilinū: ruta: abrotanuʒ. ¶ De fructib⁹ vō euitētur nuces: caſtanee: pira: poma: ceraſa nō dura ⁊ pauca qñq3 donentˀ. ficus etiā recētes comedantˀ. Silr pepones dulces ⁊ angurie tēperato uſu. Amigdale etiam recētes ⁊ ſicce: ⁊ vue paſſe maiores ⁊ minores ꝑter cibibum. vue etiā recentes ⁊ dulces cōueniant ante cibum. Perſica vō accipiantˀ ⁊ ante cibū ſemp melius: ſz ſi qñq3 accipiantˀ poſt nō eſſet error magnus. Pruna etiā bene matura in mane per tres horas ante prādium ſumpta placēt. ſimiliter granata dul. laudantˀ: muſa nullo modo fugiantˀ. Dactyli vō: qr m̄am ingroſſant ⁊ pectori ꝯferunt ſunt laudati. ⁊ ſilr grana pauca cū aq̄ calida bñ cocta: piſtachie etiā bone ſunt. Et iuiube bñ mature ⁊ mora etiam. Citonia etiam poſt cibū cocta ſunt bona: cruda vō nullo modo. Sorbe vō ⁊ meſpile poſt cibum rōnali iudicio ꝯueniant capiti: ſed qr pectori nocent dimittantˀ. Citrum vō arācia ⁊ fructus: ⁊ olera oia acria fugiantˀ. raphanū fungos euitet. ¶ Sapores oēs agreſta ⁊ aceto cōditos in qbus dulcedo vicat interdū approbo. Cappares aūt ⁊ oliuas ⁊ reliq̄ ſalſa cōdita vitupo. Napos aūt ⁊ rapas laudo qñq3 in ferculis ⁊ in igne coctas ⁊ cōditas ſicut ꝑparari ſolēt. ¶ Oua aūt: qr pectori: tuſſi ⁊ raucedini nocēs: ⁊ caliditate cōuenientia ſūt maxime ſorbilia: ⁊ in aq̄ cum cortice cocta. cor̄ tamē uſus euitari debet qñ accipiuntˀ medicine calide: nec a ſtōcho fuerit depoſite. corrūpuntˀ enim de facili ab eis ⁊ euaporant capiti ¶ Lac vō qr ꝯfert tuſſi ⁊ extenuationi ꝓpe capud ⁊ aſinīnus vī ꝯueniēs: qr tñ uſr nocet hñtibus capita debilia ſm Auic.

ideo nõ fit ei uſus ⁊ maxie frequẽs.ↄfert aũt ſi accipiᷓ pectori magis ꝙ ſtõcbo ⁊ capiti.Caſeus aũt nõ ualde antiqu° frãgibilis nõ ſalſus poſt cibũ qñqʒ acceptus cõuenire videtur. ¶ Mel aũt ⁊ ſi medicina pectorals optis ponaᷓ eſſe: qꝛ tñ capiti nõ vĩeẽ ↄueniẽs dimittaᷓ.ipſi°eni comeſtio facit poſ. ſidẽ ablationẽ rõnis ſubito. ¶ Aq̃ vͦ mellis maxime in byeme bñ placet mibi:⁊ maxie ſi fieret ex decẽ ptib° aque: ⁊ vna mellis uſqʒ ad ↄſumptionẽ tertie ptis ⁊ loco vini. ¶ Zuccarũ aũt uſr ſibi ↄuenire põt:uerũm ſi aſſumiᷓ maxime ↄpite ſiti ⁊ cũ amaritudine oris nõ ↄfert:⁊ ꝓpe qñ ſtõcbus cbolᷓcus eſſet plenus.ipm eni ledit ꝓpterea qꝛ ad cbolerã cõuertiᷓ. 2° cañ. ¶ De cõfectionib° laudaᷓ ↄfectio de pineis: de fiſticis: de amigdalis penidiõ.marçapan ⁊ coriandrum preparatũ: pauco ꝫuc.cõfectum ⁊ ꝓpe poſt cibũ acceptum. ꝓbibet eniʒ uapores cbolericos ⁊ flegmaticos caput aſcẽdere.2° cañ.

De vino

De vino vͦ eligaᷓ vinũ albũ dulce aromaticũ ſubtile:mediocre in fortitudine:qđ cũ aq̃ cõtrariũ cõuenientius eſt.⁊ ſit aq̃ clara:ſubtilis:leuis:cruda:⁊ ſi non babeᷓ bona coquaᷓ ſimplr. Laudarẽ aũt maxime ut cũ granis maſticis coquereᷓ duobus aut tribus. ¶ Aqua vͦ ordei cũ ꝫuc.al.cõuenientioꝛ eſt potus ꝙ eſſe poſſit.ſilr ⁊ iuſcula ordeacea elegãtiora ſunt in boc caſu oĩb° alijs:⁊ ꝓpe cũ penidijs. ¶ Uinum etiã ꝑfatuʒ ſit rubeũ:ſubtile ⁊ nõ turbidum: ⁊ ſi dulce inueniretᷓ nõ minus albo cõueniens eſſet ſm rõnem. boc qdẽ regimẽ nõ nãlẽ:qꝛ mãei catarriꝫãti aduerſaᷓ:⁊ pectus reſpicit ⁊ ꝗuẽ duas ꝑmiſſas itẽtiones cõplet ſi diligenter ꝑſpicias. Cõplent ſilr itẽtiones illas regimina medicinalia multa ⁊ diuerſa:iter que ꝙtũ expedit ordo poneᷓ.

¶ De cura per medicinalia. Cap.II.

Primo qdẽ itẽdaᷓ diuerſioni mãeꝝ a capite ⁊ pectore cũ fricationib° ꝓcedẽti cap̃ poſitis. ¶ Itẽ cũ ligaturis ſepe factis in mane:⁊ añ cenã ſup cauillas pedũ ⁊ brachioꝝ:⁊ ſup genua ⁊ cubitos ꝑ duos digitos. ¶ Itẽ cũ appõne uẽtoſaꝝ ſiccarũ ſup pulpis tybiarũ iternis ⁊ ſup natib° ⁊ bora eadẽ. ¶ Itẽ ſepe ablũẽdo pedes ⁊ coxas cũ aq̃ decoctionis folioꝝ ſalicis: vitis ⁊ ſaluie:⁊ maiorane uel camom. ¶ Itẽ cũ cliſterib° ꝓcedenti cap̃ poſitis ter uel q̃ter in ſeptimana bora ſua ſumptis. ¶ 2° itẽdaᷓ euacuatiõi minoratiue accipiẽdo ſemel in ſeptimana ℈.ij.baꝝ pillaꝝ. ℞.pillaꝝ de iera ſimplici.de reubarbaro.añ ℈.j.pul.violarũ.g̃.viij.fiãt pille cũ ſyrupo violaꝝ. ¶ Itẽ.℞. mãnc.ʒ.j.caſſiefiſtule extre cũ aq̃ ordei.ʒ.j.ſumanᷓ in mane. ¶ Itẽ.℞.oxyapruinis.ʒ.j.mãne.ʒ.x.accipianᷓ cum aq̃ ordei. ¶ Itẽ.℞.penidiaꝝ violaꝝ.añ.ʒ.vj.reubarbari electi.ʒ.ſ.ſucci roſ.ʒ.ij.accipianᷓ in mane. ¶ Itẽ.℞.pil.aſſaieret.℈.ij.ſandaloꝝ ru.violaꝝ.añ.g̃.vj.⁊ accipianᷓ ut ſupra. ¶ 3° itẽdaᷓ digẽſti mãerũ:⁊ pro boc.℞.ſyr.violarũ.ʒ.j.ſyr.iuiubini.ʒ.ſ. aque ordei.ʒ.iij.miſce ⁊ accipianᷓ ſex dieb°. ¶ Ali°ſy.℞.ſy. nenufaris.ʒ.j.ſy.violaꝝ.ʒ.ſ.aque ordei.ʒ.iiij.miſce.⁊ iſte melioꝛ eſſet in magno calore ⁊ vigilijs. ¶ Alius ſy.⁊ melioꝛ ſtãte fluxu:℞.ſy.de papauẽ.ʒ.j.ſy.de prunis.ʒ.ſ. aque violarũ ʒ.iij.miſce. ¶ 4° ſyr.ubi magna itẽtio eſſet ad pect°: ℞.ſyr. de ligri.ʒ.j.ſy.de prunis.ʒ.ſ.aque vngule caballine ⁊ boraginis.añ.ʒ.i.ſ.miſce. ¶ 5° ſyr.aggregans itẽtionẽ ad utrãqʒ. ℞.ſy.violarũ:de papauẽ ⁊ liq̃ritie.añ.ʒ.ſ.aque altee: capilue.⁊ violarũ.añ.ʒ.i.ſ.miſce. ¶ 6° ſy.byemali tpe cõueniẽtioꝛ ℞.ſy.de praſſio:uel de byſopo.ʒ.j.ſyru.acetoſi ſimplicis.ʒ.ſ. aque bugloſ.altee ⁊ violarum.añ.ʒ.i.miſce. Quilibet boruʒ ſyrupoꝝ accipiaᷓ ſex uel ſeptẽ vicibus per noueʒ boras poſt cenã:⁊ differaᷓ prãdiũ boris q̃tuoꝛ. ¶ Aſſumptis ſy.purgeᷓ cũ ſequẽtibus.℞.pillarũ de reubarbaro maioꝝ.ʒ.ſ.pillarũ de agarico.℈.j.pillarũ cocbiaꝝ.℈.i.tertiã ptem.fiãt ſex:⁊ accipianᷓ bora ꝑſcripta abſtinẽdo a cibo ſʒ ↄſuetudinẽ. ¶ Alie pille.℞.pillarũ aurearum.ʒ.ſ.pillarũ de agarico.℈.i. miſce. ¶ Alie pille.℞.pillarũ de iera.ʒ.ſ.pillarũ de ſarcocolla.℈.i. fiãt qnque cũ ſyrupo violaꝝ. ¶ Alia medicina.℞.aque violarũ.ʒ.i.aque betonice.ʒ.i.agarici.℈.i. reubarbari electi.ʒ.i. ſpice ꝫinꝫiberis.añ.g̃.iiij.mãnc.ʒ.i.ifundanᷓ oĩa ſimul ⁊ colenᷓ in mane:⁊ exꝓmanᷓ:⁊ colatura calᷓs bibaᷓ. ¶ Alia medicina leuioꝛ.℞.mãne.ʒ.i.ſ.ſucci ro.ʒ.ij.ſucci granatoꝝ.ʒ.ſ. aque ordei.ʒ.ij.fiat infuſio:⁊ poſt coleᷓ ⁊ accipiaᷓ. ¶ Alia medicina.℞.eluerij ſucci.ʒ.i.ſ.caſſieſi.nouiter extre cum aq̃ violarum.ʒ.j.agarici.℈.ſ.ꝫinꝫiberᷓ.ſandaloꝝ ru.añ.g̃.iij.miſce ⁊ ſumanᷓ cũ aque ordei.poſt oẽs iſtas medicinas differatur prãdium per ſex boras:⁊ qnta bora accipiat lauatiuum ſm cõſuetudinem. ¶ Rõnali cõſideratione gargariſmata in quantũ mãe in cerebro cõtentas educunt non videreᷓ bic opportuna.ſatis enim per ſe mã per palatũ deſinit:ſed inꝙtum mãs ultimate ſiccãt cõpetere poſſunt. ¶ Poſt igiᷓ purgationes gargariſma boc cbolᷓe ⁊ flegmatis a capite attractiuum bonũ eſt.℞.aque ordei bñ ꝫuccarate.ʒ.ij. ſucci ro.ʒ.j. pul.dyagridij.g̃.iij.⁊ ex eo calido facto ſtõcbo ieiuno in mane poſt aliqđ exercitiũ impleaᷓ os ⁊ gargariꝫãdo quãtũ teneri põt cũ eo opus fiat. ¶ Si vͦ fluxus multũ ifeſtaret cerebri debilitate potius ꝙ plenitudine fiat boc gargariſma.℞.macis.ʒ.ij.ro.ʒ.j.maſticis:tburis.añ.℈.ij.coquanᷓ in lib.j.aque uſqʒ ad ↄſumptionẽ medietatis:⁊ facta exꝓſſione fiat de boc cũ ꝫuccaro cãdi.gargariſma:⁊ ualet ⁊ cõfert. ¶ Caputpurgia ſoluerũt adminiſtrare ſapientes ꝓpter ultimatã ⁊ ꝓpter appropatã mãerũ a cerebro attractionẽ:⁊ cõferũt ꝓpter bec: ⁊ qꝛ mãm a medio uẽtriculo ad anterio rẽ diuertunt:⁊ a loco fluxui ↄſueto diſtrabũt.bis aũt caputpurgijs acutã mãʒ ꝓſpicientib° raro modernoꝝ medicos uti aliquos vidi. ¶ Ego tñ poſt multa tria mibi expta cõſcribã. ¶ Primũ eſt boc.℞. aque ordei.ʒ.ij.ſucci roſ.ʒ.j.attrabaᷓ ut infra. ¶ 2^m eſt boc. ℞.reubarbari electi.ʒ.ſ.dyagridij.℈.ſ.bulliãt in lib.ſ.aque violarũ uſqʒ ad cõſumptionẽ medietatis:⁊ coleᷓ per pannũ ſpiſſum ⁊ fiat. ¶ 3^m eſt ut ex ſucco fumiterre idẽ fiat. ¶ Adminiſtratio aũt eoꝝ talis eſt.bora qua ſtõcbus eſt uacuus impleaᷓ os aq̃.deinde aliqđ boꝝ in manu calidũ per nares attrabaᷓ leui ⁊ paulatino tractu:⁊ fiat q̃ter uel qnqes in mane uel ſero:poſtea diligẽter demucatio ſine violẽta attractione fiat. ¶ Collutiones adminiſtrãt pbyſici qñqʒ ad attrabẽdũ a capite mãs. ¶ Bona igiᷓ collutio flegmatis ſalſi a capite attractiua eſt bec.℞.aque ordei.ʒ.iiij.piperis al.ꝫinꝫi.aga. añ.g̃.vj.reubarbari.ʒ.ſ.ſucci roſ.ʒ.ſ.ꝫuc.ʒ.j.totuʒ ſimul miſceaᷓ ⁊ calidum in ore totũ binc inde uolua ᷓ.deinde emittatur. ¶ Collutio ↄfortatiua ⁊ reumatis ꝓbibitiua poſt gñalia cõpetens eſt bec.℞.roſaꝝ gra.myrti:ſumacb:acatie.añ.ʒ.j.ſ.terreſigillate.ſpodii.ana.ʒ.j.maſticis.ʒ.ij.coquanᷓ in lib. iiij.aque uſqʒ ad ↄſumptionẽ duaꝝ ptiũ:⁊ cũ ꝫuc.cãdi.dulcoretur ⁊ fiat collutio ut ſupra. ¶ Maſticatoria cõia ſunt maſtix:tbus:⁊ ireos.piretrũ aũt bic mibi nõ placeᷓ. ¶ Ego vͦ ſepe ad attrabẽduʒ flegma ſalſum ⁊ acutũ inueni boc ultimũ ℞.ireos.ʒ.ſ.reubarbari electi.ʒ.j.dyagridij.℈.ſ. maſticis.ʒ.j. amili.ʒ.ſ.roſarum:violarum.añ.ʒ.j.mucillaginis dragagãti ʒ.j.fiãt pille:de qbus vna groſſa maſticeᷓ in mane. ¶ Maſticatio vͦ cõfortatiua ⁊ ſtiptica eſt ex tbure facta:⁊ delectabilioꝛ eſt que fit ex acatia:uel maſticãdo gallam quercinam. ¶ Puluere ſup ꝯra capitis adminiſtrant ſapiẽtes ad ↄfortationẽ cerebri ⁊ cõſumptionẽ materierũ:⁊ ꝓbibitionem fluxus earum. ¶ Optimus igiᷓ eſt iſte puluis aggregãs oẽs intẽtiones ꝑdictas.℞.roſ.floꝝ ſalicis:mirtilloꝝ añ.ʒ.j.tburis: maſticis:laudani:ſandarace.añ.℈.j.gallie muſ.℈.ſ.macis.ʒ.j fiat puluis:ex quo ſup ꝯra capitis oĩ ſero ponaᷓ cũ uadit dormitũ:⁊ in mane cũ pectine abſtergaᷓ. ¶ Tpe vͦ immoderati fluxus puluis iſte ponaᷓ ad exiccãdum ⁊ cõſtringẽdũ.℞. ſandarace.ʒ.j.laudani.ʒ.j.macis.ʒ.j.ſ.fiat puluis ⁊ apponatur ut alius. ¶ Cõfortãt cerebrũ odores nõ parũ.in boc caſu fit iſtud.℞.tamariſci.ʒ.j.roſ.ſiccarum.ʒ.ij.cãpbore.g̃.vj. ſandarace.ʒ.j.ſ.macis.℈.j.fiat puluis:⁊ ligetur in ſyndone:⁊ porteᷓ in manu ſepe odorãdo:ſeu olfaciẽdo.eiũtunᷓ medici ad intercipiendum fluxum ⁊ cõfortãdum cerebruʒ. ¶ De ſuffumigationib° vͦ ſiccis melioꝛ eſt facta ex ſandaraca primis appoſita:ſup cuius vapore caput inclineᷓ. Et notãꝙ ualet ad calidũ ⁊ frigidum fluxũ ſimul. ¶ De ſuffumigationib°

vo humidis lenior eſt hec. ℞.ordei.M.i.folioꝝ ſalicis:tema riſci:lãbruſce.añ.M.i.ſ.camphore.ʒ.ſ.macis.ʒ.ſ.camomil. M.i.coquant in aq̃:ſuper cuius uapore caput ⁊ facies incli netur. ¶ Hic cõſiderare diligẽter opꝫ.in hac enim diſpoſitio ne ablutio capitis eſſe debet ex actu calidis,potentia vo frigi dis:que tñ ꝓpter cerebri debilitatẽ debẽt eſſe remiſſa frigida potẽtia uel tẽperiei vicina. Et hoc intelligit qñ per ablutionẽ querimus alterationẽ equationẽ materiei in caliditate:⁊ tũc poterit eſſe ablutio talis. ℞.vio.ſe.papaueris albi:floꝝ nenu fa.ſe.altee:flo.ſalicis.añ.M.i.coquat in aq̃:⁊ addito cinere fiat lixiuium. ¶ Ubi vo per ablutionẽ querimus materieꝝ ad cutẽ diuerſionẽ ⁊ cõſumptionẽ ꝑdicte decoctioni addant ſaluie maioris.añ.M.ſ.ſquille.ʒ.i.⁊ fiat lixiuium ut ſupra. ex quo caput abluat cũ ſapone:⁊ ſemp exiccet cum pãnis le uiter calidis. ¶ Sulfurea uel aluminoſa aut nitroſa balnea nõ cõueniunt niſi in mã ⁊ cauſis frigidis ꝓpter cauſas no- tas.ubi tñ vtus eſſet fortis ⁊ ſi in caſu mã illa ſit acuta: qꝛ ta- men eſt multo flegmati mixta ad cõſumptionẽ ſalſe ⁊ acute nõ eſſet incõueniens adminiſtrare ſulfuream aut ſalſum. Ego etiã expientia certa ſcio ꝙ balneũ petrioli magnifice iu uit plures in ſimili diſpõne. Tps aũt accipiendi illud balneũ eſt in mẽſe ſeptẽbris poſt purgationes. ¶ De balneis aũt al- teratiuis ⁊ diuerſiuis optimũ eſt omni mane igredi bal. aque dulcis mediocriter calide:⁊ mirabile eſt ꝙ Auic.cũ alijs ↄce- dit adminiſtrationem fortiter infrigidãtium actu ſup caput qḋ tamen moderni facere abhorrent niſi in maxima flãma ⁊ forti virtute ⁊ etate cõſentientibus ad hec.

Circa pectus duplr ꝓuidẽdũ. Primo qdem ut mã effuſa ⁊ ſtãs expuat. 2° ut an- helitui ſubueniat:lꝫ mã ſcda dependeat a cura pmi. ¶ Ad faci litãdum igit ſputũ optimus eſt ſyr.de ligri.⁊ violaꝝ.calidio res vo ⁊ fortiores ſunt ſy.de hyſopo:de praſſio,mã multũ exĩ te viſcoſa ꝑdictis addant.ʒ.iiij.uel.vj.oximellis ſimplicis: ⁊ oẽs iſti accipiant cũ aqua ordei calida. ¶ Singulare ⁊ bo- nũ ſputũ ꝓuocans eſt aq̃ vngule caballine. Item aqua muſe. Itẽ mãna in ore retẽta. Itẽ penidĩ. ¶ Cõfectio bona. ℞.ami- li.ʒ.i.ſe.citrulli melonis cucur.⁊ angurie.añ.ʒ.iiij. dragagãti gũmi arabici.añ.ʒ.vj.ligri.ʒ.ij.penidiarum.ʒ.ij.croci.g.iiij. ꝣuc.cãdi.ʒ.ij.violarum.ʒ.ij.granorum ſiſami.ʒ.ſ.fiat confe ctio in rotulis cũ ſy.violarum:⁊ de hac ſepe teneat in ore ⁊ lambendo deſcendat. ¶ Unguentum bonũ pectori. ℞.pin guedinis anatis.ʒ.j.butyri.ʒ.ſ.olei de ſiſamo:olei violarum añ.ʒ.i.ſ.croci.ʒ.i.pin.taſſi.ʒ.vj.cere al.ʒ.vj.fiat vnguentum molle:⁊ lauet his cum aq̃ ordei in qua coquat modicũ cro ci. Crocus enim eſt de ſumma medicinarũ cõferentium ma litie anhelitus ⁊ difficultati eius.ↄfortat enim inſtr̃a ⁊ facilẽ efficit anhelitum.10° tertij.ꝗre utat eo in cibis mediocriter. Si aũt hoc vnguentũ magis mollificatiuũ facere vis adde mucillaginis.ſe.ſiſami ⁊ fenugreci.añ.ʒ.i.⁊ adde in cera. Nõ parum iuunctio ſuminis ani teſticuloꝝ ⁊ ptium eis adiacen tiũ confert mirabilr etiã catarro acuto. Et ſimile huius po- nit 8° tertij.de cura ſciſſure labioꝝ.⁊ tu ſolue ꝓblema. ¶ ℞ pil.de iera ſimplici.ʒ.ſ.pillularum de ſarcocolle.ʒ.i.fiãt pil- lule.v.cũ ſy.violarum.⁊ accipiant die lune ſequenti ad com- plẽdum purgationẽ quã incepiſtis. Hec ſunt mihi utiliora in caſu uro viſa. Ad laudẽ dei oipotentis. Amen.

Conſilium.253. De impotentia ad motum pro greſſiuum que remãſit poſt do- lores podagricos.

POſt dolores iũcturarum ⁊ ma xime inferioꝝ qui coiter podagrici noiantur:hoibus remanere ſolet impotẽtia ad motũ ꝓgreſſiuũ in quo dũ ambulare intẽdunt:lꝫ non magnifice doleãt: tñ nõ eſt in iũcturis inferiorib⁹ potẽtia ſuſten tãdi molẽ totius corporis:qꝛ debiliter ⁊ non niſi cũ magna fatigatione ambulare poſſunt. ¶ Cũ igit vir iſte iã diu egrotauerit dolore podagrico non eſt mirabile ſi ipſe incidit debilitatem in motu progreſſiuo: quoniam eſt vir complexione flegmaticus ⁊ habitudine ſan guineus groſſus ⁊ notabiliter repletus.

Eapropter in ſubueniẽdo ei qnque mihi occur runt inſtr̃a medicinalia de meliorib⁹ ⁊ ſecurioribus ⁊ ſine magno faſtidio applicabilia que ſunt ſequẽtia. ¶ Primũ itaqꝫ ipſoꝝ eſt hoc. ℞.aloes ꝑparati.ʒ. ſ.pulpe collogntide.ʒ.i.dyagridij.ʒ.ſ.puluerꝭ hermodacty- loꝝ.ʒ.iiij.puluerizent oia ⁊ cũ ꝣuccaro roſarum forment pil lule pro oi.ʒ.vij.de qbus vir accipiat oi ſine.xv.dierum.vj.⁊ poſt eaꝝ aſſumptionẽ tardet comedẽ per.vj.horas. diebus aũt inter medijs de eis accipiat oi 5ᵃ die vnã paucũ ante ce- nã. ¶ 2ᵐ vo remediũ eſt hoc. ℞.ſpẽrum eluarij de ligno alo es:ſpẽrum dyatriõpipeon.añ.ʒ.i.ſandaloꝝ alboꝝ violarum ſeminis acetoſe.añ.ʒ.ſ.ꝣucca.al.lib.ſ.coquat ꝣuccarũ cũ aq̃ aſſari uel petroſilini:⁊ fiat cõfectio in rotulis.iij.ʒ.de q̃ oi die parũ ante cenã ⁊ prãdiũ accipiat rotulaꝫ.j.aut ſaltẽ ſemel in die cõtinuãdo ipſam per totũ mẽſem ianuarij futuri. ¶ 3ᵐ vo ſpãle remediũ eſt hoc. ℞.aque in qua fabri extinguũt fer ramẽta ſua ſiculas.iij. gallarũ cupſſi numero.xv.gallarum quercus numero.xl.hermodactyloꝝ:peonie.añ.ʒ.i.oia bul liãt in aq̃ ꝑdicta uſqꝫ ad cõſumptionẽ tertie ptis:⁊ cũ tali aq̃ calida patiẽs lauet mẽbra ſua a genu uſqꝫ ad plãtas pedum oi ſero ⁊ oi mane ante cenã ⁊ añ prãdiuꝫ. ¶ 4ᵐ remediũ eſt hoc. ℞.olei onfancini.ʒ.ij.maſticis:ſandarace:ſpodij.añ.ʒ.ſ ↄquaſſent ſimul in mortario uehemẽter:⁊ cũ illo linimento actu calido poſt ablutionẽ ſupraſcriptã inungant oẽs iũctu re debiles in vtute motiua tãdiu quãdiu fit ꝑdicta ablutio. ¶ Ultimũ vo ſpãle eſt hoc. ℞.ſanguis draconis:boli arme- ni:ſandarace:acatie:maſticis:thuris:myrre.añ.ʒ.ij.terre ſigil late:amili.añ.ʒ.i.ſucci plãtagis ⁊ roſ.añ.ʒ.i.ſ. cõquaſſent in mortario lõgo tpe ⁊ fiat linimẽtũ. Cũ g̃ hic vir ↄtinuauerit li nimẽtũ ſupraſcriptũ poſt ablutionẽ ꝑdictã:tũc oi mane ⁊ ſero per horã añ cenã ⁊ prãdiũ inungat ſibi oẽs iũcturas leſas cõ tinuãdo vnctionẽ ꝑdictam uſqꝫ ad mẽſem ianuarij futuri.⁊ hoc regimine ſperat ipſuꝫ bene remanere diſpoſitum.

Cõſilium.254. De ſciatica.

PRo illa dña que patit ſciaticã:oc currũt mihi iſta. ¶ Pri- mũ eſt potꝰ iſte quẽ oi mane calidum acci piat. ℞.aque ſublimationis radicũ peo- nie:radicũ hermodactyloꝝ.añ.ʒ.ij.⁊ det calida in aurora. ¶ 2ᵐ eſt ꝙ hec mulier oi die poſt ꝑdictũ potũ per tres horas ac- cipiat vnã de iſtis pillis. ℞.pilloꝝ fenda ruꝫ:pillarũ de ſarcocolla.añ.ʒ.ſ.pulueris arthanite.ʒ.i.cũ ſuc co apij:fiãt pille ex oi.ʒ.vj. ¶ 3ᵐ vo eſt linimẽtũ hoc: de quo oẽs ptes ancharũ ⁊ tota ſcia ⁊ loca ad que extẽdit dolor om ni die ter diligẽter inũgat. ℞.olei onfancini:⁊ loco eius olei roſ.ʒ.iiij.olei de coſto:olei de mãdragora.añ.ʒ.i.ſ.ſandarace ʒ.ij.thuris:hypoquiſtidos:acatie:gallarũ cupſſi:maſticis.añ.ʒ. j.ſ.pulueris peonie ⁊ hermodactyloꝝ.añ.ʒ.ij.ſalis nitri:cro ci.añ.ʒ.i.pulueris ſerapini:oppoponacis reſine.añ.ʒ.i.ſ.cere rubee quãtum ſufficit:fiat vnguẽtum molle:⁊ non ſolet me fallere. ¶ 4ᵐ inſtr̃m eſt ut ſi facta eſt flobotomia ſciatice hñ eſt ſinautẽ ꝙ ipſa fiat. Et iterũ apparẽte declinatione egritu- dinis qḋ videbit ex remiſſione doloris ⁊ acciñtiũ alioruꝫ fiat iterum flobotomia de ſciatica aduerſe ptis. Hec enim pfecte eradicat mãs diuertẽdo:⁊ ꝑſeruat a recidiuatione ipſi⁹ cuen tus. ¶ 5ᵐ inſtr̃m eſt:ut ſi in declinatione morbi videbitur re manere laſſitudinẽ ⁊ debilitatẽ in motu ꝓgreſſiuo in anchis ⁊ in coxis:tũc applicet ei hoc cerotũ qḋ amplectatur ptes ſpine inferiores:⁊ locũ uertebri ⁊ fixũ pmaneat ſuper parte.⁊ ſi locum excoriaret aut pruritum magnũ efficeret remoueri põt:⁊ locus ſcalpellãdo:uel cum panno aſpo fricando bene agitet: deinde iterũ cerotum ut ꝑus ſupponat:⁊ cũ diu por- tet uſquequo iũcture fuerint ad ſanitatẽ reſtitute. Culus de

ſcripcio. ℞.picis naualis bene cocte ꝛ inſpiſſate lib.ſ.ſapo
nis nigri.℥.i.ſ.hermodactyloꝝ peonie.añ.℥.i.reſine electe.℥.
j.roſ.maſticis:acacie.añ.ʒ.iiij.euforbij.ʒ.i. atramenti cōbu-
ſti.℥.i.cere quantum ſufficit fiant cerota magne viſcoſitatis ꝛ
applicentur:ut dictum eſt. Hec enim qnque inſtrumēta gen
tem plurimam ſanauerunt a ſciatica etiam moleſtiſſima per
fecte. Ad laudem dei. Amen;

Conſilium.255. De dolore ancharum: ꝛ ſciati-co inuicem cōmixtis ꝛc.

Hec dña egrotat dolore ancharū ꝛ ſcia
tico inuicē cōmixtis qḋ appa
ret:qꝛ dolor ſixus ſtat in pte ꝯiunctionis oſſiū
nati cum ſpōdilibus:que ꝓprie ꝯiunctio an
che noīatur. Siſr etiā dolorē hēt in loco ꝯiun
ctōis uertebri cū pixide oſſis anche:que ſchia
le apud grecos uel ſcia noīatur apud latinos. ¶ Et eſt hec
diſpō pendēs a mā ſanguinea ꝛ flegmatica inuicem mixtis.
Mulier enim hec a gnatione fuit ꝛ adhuc ſanguinea eſt.qḋ
appet ex ſtatura magna eius. ¶ 2° ex groſſitudine mēbroꝝ
qui mediocritatē trāſcunt. ¶ 3° ex pinguedine ipſoꝝ. ¶ 4°
ex viuido colore rubeo totius corporis. Et hoc ex groſſitu-
dine ꝛ plenitudine uenarum totius. ¶ Eſt autē in ea gnata
mā flegmatica ꝛ cōgregata in ptibus inferiorib⁹ uelut calidi
tate paupiorib⁹.ꝛ effuſa eſt hec mā in nuchā ꝛ in neruos ra-
mificatos a ſpōdilib⁹ renum ꝛ caude. ¶ Mā igit̃ talis mix
ta facit dolores extēſiuos grauatiuos ꝛ cōpreſſiuos in pdi
ctis locis.ſ.ancha:ꝛ in ſcia multū eam moleſtantes. ¶ Et ex
hoc appet ꝙ eſſentia egritudinis eſt triplex.ſ.mala cōplexio
ex ſanguine ꝛ flegmate poſita in pdictis partib⁹:ꝛ dolor an-
chalis.ꝛ tertio eſt dolor ſciaticus uſqꝫ ad genu ꝛ medium
crus per coxam extenſus;

Cuius cura fieri debet ſm hūc modū.

Pris ma-
ne vno euacuet̃ cū hac medicina aſ-
ſumpta in aurora:poſt quā parū dormiat.ꝛ in quinta hora
poſt aſſumptionē eius accipiat plenū cyathū aque ordei cali
de:ꝛ vna hora poſt ipſam prandeat.cuius deſcriptio eſt. ℞.
eluarij indi.℥.iij.ſ.boni pōderis eluarij roſ.℥.i.ſ.miſce cum
℥.iij.aque decoctionis çinçiberis. ¶ Poſt aſſumptionē pre
dicte medicine ſequēti die circa horā vigeſimāpmā fiat ſi-
bi flobotomia de uena ſciatica dextri pedis:que repit̃ in ſyl
ueſtri pte eius inter calcaneū ꝛ cauillā:ꝛ educant̃ ſanguinis
℥.v.uel.vi. ¶ Facta vo flobotomia pdicta ſequēti die accipi
at hoc digeſtiuū:qḋ ꝯtinuare debet dieb⁹ in aurora ſumptū
ꝛ calefactū.cuius deſcriptio. ℞.ſy.cōpoſiti acetoſi:ſyr.de eu-
patorio ꝛ mellis roſ.añ.℥.ſ.aque hypiconis.℥.ij.aque aceto
ſe.℥.i.ſ.miſce. ¶ Tpe quo accipit hoc digeſtiuū ſi uenter eſt
ſtipticus diſero parū añ cenā accipiat vnā de iſtis pillis:aut
ſaltē oī 3° ſero. ℞.aloes abluti.℥.ſ.pillªrū de ſarcocolla:pillu
larum de ſerapino.añ.ʒ.i.dyagridij.g̃.i.miſce ꝛ incorporent̃
cū ſucco roſ. ¶ Siſr tpe quo accipit digeſtiuū ſuprāſcriptū
oī die bis ut mane ꝛ ſero uīgat totā regionē ancharū ꝛ to-
tum ſpatiū qḋ amplectit̃ dolor cū hac onctione. Cuius intē
tio eſt pmo refrenare curſum materierū ad locū.pmo vo ſe-
dare dolorē.pmo ꝯſumē ptē materiei iā cōgregate. Cui⁹ de-
ſcriptio. ℞.olei onfancini:olei roſ.añ.℥.i.olei de aneto. olei
vulpini.añ.℥.vi.croci.g̃.vi.ſandarace: thuris roſ.maſticis.
añ.℥.ſ.terant̃ ſimul ſpēs bñ puluerizate lōgo tpe cum oleis
in mortario ꝛ fiat inūctio:ut dictū eſt.cum eo calido locū cir
cūligando cū faſcia mediocris adheſionis. ¶ Accepto vo di
geſtiuo pdicto poſt ipm die immediate ſequēti purget̃ cum
iſtis pillis:quaꝝ deſcriptio. ℞.pillarum de ſerapino:pillaruꝫ
au rearū ꝛ ſarcocolla.añ.ʒ.i.b.p.reformēt̃ pille.vii.uel.viii.
cū eluario ſucci roſ.ꝛ vno grano dyagridij.ꝛ in earū aſſum-
ptione ꝛ opatione obſeruent̃ regule ꝛ cōditiones de prima
euacuatione poſite. ¶ Poſtq̃ vo fuerit hec dña purgata ſi
dolor videt̃ tēdere ad declinationem manifeſte:tūc non de-
bet aliud innouare niſi ꝙ utat̃ inūctione ſuprāſcripta ꝛ aſſū
ptione pillularuꝫ quas accipiebat tpe digeſtiui oī die uel tertia
die uel q̄rta ſm maiorem uel minorē uētris fluxibilitatem.
¶ Si aūt ꝯtingeret ꝙ poſt pdictas euacuationes ꝛ remedia
alia dolor nō eſſet manifeſte alleuiat⁹:tūc ſup ancha ꝛ ſup lo-
co uertebri apponat̃ cerotū vnū ꝛ oīa illa ſpatia diligēter am
plectens. Cuius intētio eſt ueſicādo ꝛ cutē abrūpēdo mām
attrahē a pfundo mēbroꝝ ꝛ cōſumere ipſam ꝛ fortificare iū
cturas. Cuius deſcriptio. ℞.reſine electe armoniaci.añ.℥.i.
calcāti cōbuſti.℥.ij.auripigmēti.℥.ii.antimonij.℥.j.ſ. pulueris
artetice peonie.ana.℥.ſ.piretri.℥.j.ſ.olei de euforbio.℥.j.cere
quātum ſufficit:fiat cerotum magne viſcoſitatis:qḋ poſt bul
liat in.℥.iiij.ſucci pedis coruini uſqꝫ ad ꝯſumptionē ipſius.
portet ergo hoc cerotū ſup locis illis tpe tāto quo pcipiat ma
nifeſtā ſanationē uel cōualeſcētiam. Deinde locū illū cōſoli-
det cū inunctione facta cū oleo roſ.iſpiſſato cū puluē galla
cupiſſi ex hiis leuiter ꝯfricādo locū actu tepidis. Et ſi per hūc
modū ut ſpero ſanabit̃ hēbit intentū. Sin autē ſcribat̃ mihi
ꝛ pūidebo ſibi de remedijs leuioribus meliorib⁹. Ad laudeꝫ
dei. Amē. ¶ Abſtineat a multo uſu aceti ꝛ leguminū:a cibis
paſtilib⁹:a lacte:a multitudine piſciuꝫ:ꝛ ab uſu vini albi uel
de potētie:ꝛ a multitudine uel frequētia coitus:ꝛ a uehemē
ti frigore aeris:ꝛ ab humiditate eius:ꝛ a fortibus exercitijs
ambulandi:ꝛ mōtes aſcendendi:maxime in tēpore quo ſol
licita eſt remedijs ſuprāſcriptis. Amen.

Conſilium.256. De ſciatica.

Viro eximie laudis egregio
doctori magro
Bartholomeo mino nepoti ſuo dilecto
Bartholomeus de mōtagnana exiguus
phyſicus ſalutē dicit. Nō eſt mihi extrane
um neqꝫ ſtupēdū ſi te aduocauerit:ꝛ in ſu
um gubernatorē elegerit egregia illa col-
tas Leniaci. virtutes enīꝫ hoīum hoīes eli-
ciunt ad honores ꝛ utilitates extollēdas. q̄re age feliciter ut
melius continue te ſublimes vigili ſtudio in cognoſcendo di
ſtincte egritudines ꝛ ſollicite te pbendo egris. ſic enīꝫ itur ad
aſtra. ¶ Qḋ vo demum ſcribis de commendatiſſimo viro
illo qui ſciaticam patit̃:ꝛ quod a te circa ipſum actuꝫ fuerit
optimum fuit totum ꝛ laudabile;

At qd deinceps in eius diſpōne agēduꝫ ſit ſex mihi vi-
ſum eſt pcedere remedijs. ¶ Primū qdem eſt:
ut eligas mane horā electā ꝛ facias ipm flobotomari de ſcia
tica uena ꝯrijpedis educēdo ſanguinis quantitatē.v.℥.aut
ſaltē q̄tuor ꝛ nō minus. Deinde ab oī motu pgreſſiuo inxta
poſſibile eligēdū q̄eſcat dieb⁹ ad minus octo. Et vinū ſit ſub-
rubeū:clarū:aromaticū:pōticū:qḋ lymphet̃ cū altera medie
tate hydromellis. ¶ 2ᵐ vo pncipale iſtrm eſt:ut oī mane nō
multū diſtāte ab ortu ſolis ꝛ oī ſero hora.xxii⁰ cum magnis
ſpōgiis nouiſſimis fomētet̃ ancha cū maiori pte natis ꝛ ma
gna pte coxe patientis.ſpōgijs inq̄ infuſis in decoctionē iſtā
ꝛ bñ expreſſis. ℞.granoꝝ peonie ꝯtritoꝝ ꝛ radicis ei⁹ hermo
dactyloꝝ.añ.℥.j.ſ.hypiconis andachoche ſticados folij aco-
ri.añ.℥.iiij.corticū papaueris albi numero octo. coquantur
oīa in octo ſitulis aque ateſis uſqꝫ ad ꝯſumptionē medieta-
tis in cuius decoctionis fine ponat̃.℥.i.ſ.croci itegri. fiat au
tē pdictarum ſpōgiaꝝ applicatio q̄tuor vicib⁹ in mane ꝛ q̄tu
or in ſero. ¶ 3ᵐ ſpāle remediū eſt:ut poſt pdictā fomentatio
nē in nocte vngant̃ pdicta loca ꝛ crus uſqꝫ ad clauiculā cū
hoc vnguēto mediocriter calido. ℞.olei vulpini.℥.iij.de pi-
retro ꝛ de caſtoreo.añ.℥.ſ.piguedinis taxi.℥.ſ.andachoche:
agarici:ſticados.ana.℥.j.ſeminū lactuce portulace:ſcariole:ꝛ
florum nenufaris.añ.℥.ij.croci.ʒ.j.cere albe quantum ſuffi-
cit:fiat vnguētum molle:qḋ poſtea bulliat in.℥.iiij.ſucci ſem
peruiue uſqꝫ ad ipſius cōſumptionem ſucci. ¶ 4ᵐ vo ſpāle
remediū eſt:ut idē patiēs poſtq̄ mane fomentatus fuerit ut
ſupra ponat hoc cerotum ſup pte anche qḋ ibi ꝯtinue appli
catum remaneat uſqꝫ ad tpe fomētationis nocturne. cuius
deſcriptio. ℞.empli apliconis.℥.j.ſ.de mucillaginibus.℥.ſ.

oppoponacis armoniaci pinguiorum: galbani. añ.ʒ.ij.radi
cum peonie hermodactylorum acori ſeminis iuſquiami al
bi.añ.ʒ.ij.croci.ʒ.ſ.cum ſufficienti quantitate cere fiant ce-
rota ſperica latitudinis vnius ſpãſe ſuper panno de grana
inuoluta: quo℞ alterum permutatim apponaſ membro ut
iam p̃dictum eſt. In hac enim cõpoſitione ſpero ꝙ ſuſtentaſ
potẽtia integre ſanitatis huius viri: qȯ cerotum dum conſi-
ciatur ſuper aſpgaſ acetum. ipm eniꝫ poniſ in curis egritudi
nũ etiam frigidarũ ut penetrare faciat. 4° p̃mi. cap̃ p̃ in fine.
¶ 5m ſpãle remedium eſt hoc. ℞. aloes abluti.ʒ.iiij.agarici
electi.ʒ.j.formenſ pille de omni.ʒ.vij.cum ſyrupo compoſito
acetoſo: de qbus omni tertio aut quarto ſero accipiat vnaꝫ
immediate ante cenam ſm tuam diſcretionem. ¶ Ultimũ
ṽo remedium eſt hoc. ℞. ſpẽrum electuarij de acoro.ʒ.j.hy-
periconis ⁊ andachoche radicuꝫ peonie.añ.ʒ.j.ſticados.ſſ.
añ.ʒ.ij.oximellis compoſiti lib.ſ.ſuc.albi.ʒ.ij.fiat electuariũ
de quo iſte vir in mane in aurora degluciat quantitateꝫ.iij.
ʒ.bibendo poſt ipſum.ʒ.j.aque ſublimationis andachoche
tepide ⁊ ſubduplum huius electuarij cum ſubdupla portio-
ne aque per horam ante cenam: ⁊ per duas horas poſt cenã
accipiat. Quid de hypericone ſcribaſ ſcȯo canon. ꝓprio cap̃
lege. Laudes ṽo andachoche collige ſcȯa tertij. p̃mo capitu-
lo. ⁊ hac in ſen etiam videbis quid de cõditis: de acoro ſcri-
batur. uale ⁊ me diligis: magis tamen teipſum ſtude ⁊ ite-
rum ſtude: perlege: ⁊ ita felicitabuntur opera tua. quod ſum
ma omnipotentis miſericordia concedat. Ad laudes eius
immortales. Amen.

Conſilium.257. De dolore anchali ⁊ ſciatico ⁊ alchatin. ¶ Diuiditur autẽ conſilium in capitula tria.

¶ De cauſis ⁊ ſignis dolorum ipſorum. Cap̃.I.

Dolores huius nobilis viri an
chales noian-
di itelligẽdo per iſta mẽbra loca ɔiunctionis
oſſiũ netium inſimul cũ ſpondilibus inferio
ribus alchatin ⁊ caude: ⁊ qr oſſa iſta in lateri
bus pubus exteriorib' cõcauata ſunt in quo
rum cõcauitate ſolidaſ ſupior ps focilis coxe mediante liga
mento groſſo ⁊ breui has ptes ɔcatenãtes inſimul. ⁊ nominatur
locus ille ſcia. ideo ꝓpter loci ꝓpinquitatem ad mãm morbi ne
ceſſe eſt illius materiei ptem deriuaſſe ad ſciã. vñ facta eſt cõ
poſitio dolo℞ diuerſo℞.ſ. anchalis ⁊ ſciatici. ¶ Prouenit aũt
hic dolor a mala cõplexione frigida ⁊ humida: ⁊ multa mã
flegmatica ⁊ mucillaginoſa ingroſſata ibidẽ per diuturnita-
tẽ tpis: partiꝫ ꝓpter reſolutionẽ partium aquearũ ⁊ aerearũ
factã a mã cholerica que p̃dicte materiei flegmatice cõmixta
eſt: debet denoiari flegma cholericũ.i. cui cholera notabiliter
eſt cõmixta. ¶ Et ſicut ex ſignis dignoſci põt mã cholerica
p̃dicta nõ eſt pura cholera ru. ſed eſt cholera vitellina com-
mixtione eius ⁊ groſſi flegmatis facta. ¶ Uñ ex p̃dictis itel
ligi põt ꝙ dolor iſte eſt acutus qñqꝫ ſm ꝙ magis miſceſ de
cholerica mã illi flegmati. ſemꝑ tamẽ dominante flegmate.
vnde hic dolor qñqꝫ percipiſ cũ ueſtigijs caliditatis ⁊ aliqñ
rubedine loci. Aliqñ tamen dolor iſte remiſſior eſt ⁊ cũ ſignis
frigiditatis inuentus: ⁊ ꝓprie quando flegma notabiliter ſu
perexcedit materiam cholericam. ¶ Unde ex p̃dictis iteruꝫ
deduci põt ꝙ longior ⁊ fortior eſt hec egritudo ꝓpter maio-
rem ꝓfundationem ⁊ penetrationem illius flegmatis acci-
dentaliter in eo acquiſitaꝫ a cholera ſibi commixta. ¶ Sũt
aũt he materie immerſe vilis neruo℞ orientiuꝫ a neruis ſpõ
dilium alchatin ⁊ caude: ⁊ materie etiam iſte in extremitati-
bus chordarum ⁊ muſculo℞ lãbalium interio℞ ⁊ exteriorũ
immerſe ſunt: ⁊ in pubus ligamẽtalibus que ibidẽ inueniũ
tur cõcatenare iũcturas p̃dictas: que tñ ligamentales partes
nõ ſunt uera ligamẽta: ſed reſultantia ex ligamentalibus pti
bus orientibus ab oſſibus p̃dictis ⁊ vilis neruo℞ ſenſitiuo-
rum ſibi cõmixtis: ꝓpter qȯ talia ligamẽta ſunt mẽbra ſenſi
bilia. Alia ṽo ligamenta uere dicta talia: ⁊ ꝓpticula que oriũ
tur ab oſſibus nullo modo ſentiunt. Ligamentorum eñi nul
lum habet ſenſum. p̃ma p̃mi. capitulo de membris. ¶ Ex
hoc ergo fundamento ſolui poteſt queſtio de acutiſſimo do
lore in ligamento uertebri eueniente. illud enim non eſt ueꝝ
ligamẽtum. ¶ Ex qbus oĩbus inuicem collectis ultimate
apparet que ſit egritudo: quoniam eſt mala cõplexio frigida
⁊ humida predictarum partium. ¶ Apparet ulterius que
ſint ille partes. apparet iterum que ſit mãlis cauſa egritudi-
nis. Et quarto colligitur ex iſtis que ⁊ qualia ſint accidẽtia.
Eſt enim dolor quandoqꝫ extenſiuus: quandoqꝫ intẽſiuus
pũctioni cõmixtus: quandoqꝫ caliditati aliquando frigiditati
ei aſſociatus ſicut ſupra viſum eſt. vnde ad eius curationeꝫ in-
grediendum eſt ſm ꝙ in ſequentibus apparet.

¶ De cura per ſex res non naturales. Cap̃.II.

Irrigitur itaqꝫ regimen huius vi-
ri per ſex res nõ na
turales ut ipſe fugiat habitationes in aere frigi
do humido uẽtoſo ⁊ locus habitationis eius re-
motus ſit a terra: ⁊ a decurſibus aquarũ ⁊ uallis
⁊ palud-ruꝫ. Et ſit aſpectus eius orientalis ⁊ meridionalis.
aut calefiat locus eius accidẽtaliter cum frequenti ⁊ multo
igne ⁊ parietibus bene munitis. Ita ut murorum antiquo℞
edificia euitentur: ⁊ loca predicta patiẽtis bene calida ɔſerueñ
tur: ⁊ caput etiam: ne ex eius frigiditate augmenteſ in eo ma
teria frigida apta deſcẽdere ad patiẽtis loca. ¶ Exercitium
euitari debet: ⁊ proprie inſtantibus doloribus quieſcere de
bet quouſqꝫ mẽbra a doloribus purgata fuerint ⁊ bene fortifi-
cata. ¶ De modo ṽo cibationis aduertat ꝙ ſit in comeden-
do parcus: ⁊ ſilr in potu: immo eius regimen incliñeſ ad ina-
nitionẽ aliquãtam: ⁊ nõ accipiat cibũ aliquem uel potũ niſi
neceſſitate famis: aut potius urgeatur: ꝓpter quod cum nau-
ſea ⁊ faſtidium ſtomachi ſimul inci ſen per a cibo fugiat: ⁊ in
cibatione ſua plurima maſticatione utatur. Fercula diuerſa
⁊ numero plura dimittat. ⁊ ita de potu dicendum. ¶ De mo
do ṽo dormiendi caueat ſubito poſt cibationem dormire ⁊
omnem etiam lõgam dormitionem effugiat. ſomnus enim
longus generat reumatiſmos laſſitudinem flegmatis augu-
mentum efficit. Dormiat igitur hora cum din idis dormiat: ⁊
p̃mo ſuper dextro. deinde ſuper ſiniſtro decũbendo. reſupi-
nationem autem in dormitione effugiat. ipſa eniꝫ materias
deſcendere facit ad poſteriora. Reliquo autem tẽpore to-
to vigilandum eſt ultra ſpatium horarum. vij. uel. viij. qbus
conceditur ſomnus. ¶ De paſſionibus anime ſi non dubi-
taretur inflammatio ⁊ diſſolutio materieiuꝫ circa p̃ncipalia
membra cõueniret ei leuis iracũdia: ⁊ accidẽs anime quod-
libet ex quo caliditas augmentareſ in corpore: que eſſet cau
ſa digeſtionis ⁊ reſolutionis materierum predictarum: que
tamen hic non niſi cum difficultate applicari poſſunt. acci-
dentia anime ipſa dimittantur: ⁊ iſiſtat bone ſpei curationis
ſue: ⁊ ſit letus ⁊ a triſtitia elongatus. ¶ Pro ultima ṽo re nõ
naturali.ſ. cibo ⁊ potu utatur cibarijs omnibus mediocri-
ter calidis ⁊ parumper ſiccioribus naturaliter ⁊ accidentali
ter. Et ſi occurrunt cibaria taliter modificata miſceanſ ſem-
per cum his que eorum caliditatem ⁊ ſiccitatem augent: ut
ſal: piper: cinamomum: nux muſ. feniculum: petroſilinuꝫ: ani
ſum: daucus: hyſopus: mentha: ſaturegia: ⁊ his ſimilia.
¶ Panis eius ſit communi pane parum plus fermenti ha-
bens ⁊ ſalis. ¶ Caueat a piſcibus ⁊ farinaceis cibis. ¶ Car
nes eius ſint uolat pulli: columbi proprie: ⁊ aues omnes ſylu
eſtres ſint ei communiter uſitati preterq̃ degentes in aq̃s:
⁊ utatur carne vituli: capreti: caſtrati: ⁊ gazelle proprie. ¶ De
plantis autem conueniunt ei caules: feniculi: petroſilini: pa
ſtinachis ſuo tẽpore. Cucurbita ṽo ⁊ ſpinachia: bleta: endi
uia: lactuca: portulaca omnia dimittantur niſi raro ualde: ⁊
in quantitate pauca accipiantur: ⁊ proprie confracta cum
plantis ⁊ rebus calidis ſupra tactis. ¶ De leguminibus ṽo
concedi poſſunt cicera rubea: riſum: ⁊ lentes proprie cocte
cum brodio pingui ⁊ ſar. ¶ De fructibus ṽo concedi poſ-

ſunt aliquando melones bñ dulces ⁊ nõ in multa q̃titate.
Et ficus recẽtes optime ſunt ei ⁊ auellane ⁊ amigdale ⁊ nu-
ces. Poma võ ⁊ pira ⁊ pſica ⁊ ſilã a raro ⁊ in pauca q̃titate ac
cipiant. Uue võ bñ mature ⁊ dulces ſibi concedunt. ¶ Lac
aũt ⁊ lacticinia cibaria oĩa dimittant. Caſeus võ ⁊ ꝓpe ad
ſalſedinem notabilr inclinatus concedi debet. ¶ Oleum võ
oliuaꝝ ⁊ nucũ ⁊ amigdalaꝝ dulciũ ſibi conuenit. Butyrũ aũt
⁊ pp humectationẽ multã eius: ⁊ latitudinem quã efficit in
neruis non placet mihi. ¶ Aceto iterum paꝝ ⁊ raro in cibis
utat nisi cõmixto cũ ſale: pipe: cinamomo ⁊ ſilibus. Agreſta
⁊ ꝓpie ſalita conueniens eſt ei. uſus lymonum ⁊ arancioꝝ
aliqñ placet. De vino granatorum non curet. ¶ Potus võ
eſſet aliquanto tpe aqua mellis facta ex quindecim partibus
aque ⁊ vna mellis: que coquant ad conſumptionem tertie p
tis. Uinuz võ rõnaliter ſibi conueniens debet eſſe ſubrubeũ
bñ clarũ: nõ ualde fumoſum ad ſaporem ponticũ uel bruſcũ
parum declinans. aut ſaltem leui dulcedine participans cuz
claritate ſubſtantie ſui ⁊ debilitate eius.

¶ De cura per medicinalia. Cap. iii.

DE medicinalib9 võ occurrũt mihi duo principalia.
¶ Primum eſt regimen obſeruãdũ a pñti tpe: qz
a fine menſis iulij uſqz ad finẽ menſis ſeptẽbris
¶ 2ᵐ võ eẽt regimẽ a pᵒ octobris p oẽ tps obſer
uãdũ. ſed de hoc regimine ſcdo ꝑtermittenduz eſt nũc. fortaſ
ſis enim ita cõuenienter curat⁹ ⁊ alleuiat⁹ erit: q̃ regimen ſatis
leue ei adminiſtrandũ eẽt: aut fortius ſm q̃ diſpõ ad melius
apparebit permutata. Habita igitur iſto tempore notitia rei
illud regimen ſm exigentiam expedietur.

Primum aũt ꝑncipale regimẽ qd eſt nũc obſeruã-
dũ octo cõpletur ꝯ remedijs ordinate: ut
nũc ſequit. ¶ Hoꝝ itaqz inſtrõꝝ pᵐ eſt ut cũ quietus erit ab ex
ercitio fiat ei flõmia de ſciatice pedis aduerſo loco doloris
mane hora electa. Lũ uacuo exñte uentre a cibis ⁊ a ſuperflui-
tatib⁹ p quã educant ſanguis. ℥. iiij. ⁊ nõ plures: qm flõmia
uenaꝝ inferioꝝ magis debilitat q̃ ſuperioꝝ. 4ᵒ pmi. cap 20ᵒ
Et cõuenit ei elegãter hec flõmia pp mixtionem mãei calide
cũ frida grã diſtinctionis ⁊ partialis eradicatiõis mãeꝝ que
poſt alias euõnes remanſerunt: imo hec flõmia iterum con-
ueniret ei in fine menſis ſeptẽbris gratia preſeruandi ⁊ alle-
uiandi dolores in futura hyeme.

Secundum ꝑncipale inſtrm̃ eſt. ut poſtq̃ fuerit
flõmia ꝯuenienter euãt⁹ ꝯſideret al-
leuiatio que ſucceſſit. Et ſi qdẽ manifeſte alleuiat⁹ ⁊ ſedat⁹ ẽt
fuerit dolor: tũc ꝑtrãſeat cũ bonitate regiminis ſibi aſſignati ⁊
uſu medicinaꝝ ad uentrẽ lapſum efficientium que ſtatim ſcri
bent in hoc cap huius tertie ꝑticule. Si aũt dolor remãſerit
notabilr intenſus in ancha ⁊ ꝓhibẽs motũ ꝓgreſſiuũ: tũc trã
ſeat ad regimen maioris efficacie: ut nunc ſcribetur.

Tertium ꝑncipale inſtrm̃ eſt ut ſi dolores remanẽãt
⁊ maxime cũ ſignis inuẽtionis nauſee eru
ctuationis: aut reumatizatiõis mãeꝝ a capite: uel ab alio ſu
perioꝝ mẽbroꝝ: tũc ꝓuocet uomit⁹ ſm hũc modũ. ¶ Libet eni
ꝓpe meridiẽ cũ cibis ſpẽ võ diuerſis groſſ cũ ſubtilib⁹: grani
bus cũ leuib⁹: dulcib⁹ cũ amaris: acetoſis cũ inſipidis: fridis
cũ calis: ſtipticis cũ lenitiuis: mollificatiuis. Exẽplũ ꝑmorũ
eſt. ut dare vitellos ouoꝝ cũ pane azimo aut nõ bñ cocto. 2ᵐ
eſt dare cibos paſtiles cũ ptiſana ordeacea. Exẽplũ tertij. ut
dare mellita ⁊ zuccarata cibaria cũ hyſopo: ſaluia: ⁊ abſin-
thio. Exẽplũ quarti. ut dare acetũ cũ raphano ⁊ ſilib⁹. Exem
plũ qnti. ut dare crocũ ⁊ vinũ cuz agreſta portulaca ⁊ endi-
uia. Exẽplum ſexti. ut dare granata acria citonia ⁊ adberuli
meſpilis ſeu adzerul cũ prunis ficub⁹ recẽtib⁹ ⁊ uuis recenti
bus. Neceſſe eſt eni ⁊ rõnale ꝓuocari uomitũ p iſtoꝝ applica
tionẽ. ſtõch⁹ eni ex applicatiõe reꝝ tãte diuerſitatis in q̃litati-
b⁹ ꝑmis ⁊ ſcdis in laborib⁹ ⁊ in alijs que ꝯſequunt ex illis. fa
ſtidiũ ⁊ abominationẽ incurrit qb⁹ cũ ꝑſeuerat nece ſubſequit nau
ſea ⁊ ultiate uomit⁹. Sẽt eni qnqz mot⁹ ꝑter nãz ſtõcho ſuꝑue
nientes uelut accñtia ſibi ꝓpa: ut legit 13ᵒ tertij. trac. 5ᵒ in ꝑn-
ci⁹. Cũ ergo ꝓuocat⁹ fuerit uomit⁹ quieſcat eger. ⁊ cibet cibis
facilis digeſtionis in quãto ⁊ in q̃li. deinde iteꝝ 3ᵒ ſequẽti die ꝓ-
uocet uomit⁹. ⁊ iteꝝ 5ᵒ die ⁊ octauo uſquequo uomitor per
ceperit notabilem alleuiatioñem ſtõchi ⁊ totius corporis.
¶ De modis võ ⁊ inſtrĩs efficiẽdi uomitũ ſic ꝓcedat. cũ enim
fuerit cibis tãte diuerſitatis cibat⁹ p vnã horã uel duas poſt
illud. ꝓ ponat digitoꝝ indicem uel medium in principio gut
turis ibidẽ cõmotionẽ efficiendo: aut ſaltem deglutiat fruſtũ
carte uel corrigie. Aut tertio imponat gutturi pẽnam ibidem
titillãdo: aut pẽnã illã iungat in oleo ſimpliciter aut parũ ſalito.
Hi enim ſunt meliores ⁊ ſecuriores modi uomẽdi. ¶ Si
aũt per hec non euomuerit tunc in potu det ei cyathus vn⁹
aque cum q̃rta pte aceti ⁊ modico zuccari uel mellis tepefa-
cti inſimul. Et ſi non euomuerit per hoc tũc detur ſy. acetoſ.
℥. i. ß. cum dupla pte aque tepefacte. Aut tertio dẽtur decoc.
radicis raphani tepefacte. ℥. iij. cum modico aceti. Aut detur
raphanus cum ṽtute ellebori al. ſigillata in ipſum p planta
tionem modicum in ſubſtantia ſua qui raphanus per. viij.
dies fuerit in terra ſepultus. comeſtio enim illius accelerat
uomitũ. ⁊ eſt de potentibus nõ multum tñ in uſu eſt haben-
dus pp nocumenta ellebori apti facere ſpaſmũ. ut legit qn
ta afforiſmoꝝ. in exordio ab hippo. ⁊ cõmentatore ibidem.
Elleborus ẽt piculoſus eſt in corporibus ſanis qz ſpaſmum
facit. Et ego non dubito q̃ magis ꝑiculoſus eſt corporib⁹
infirmis in qbus eſt minor reſiſtẽtia ex pte ṽtutis q̃ in ſanis
tamen eſſent apponende conditiones conſeruande in hõie
ꝑparando ad uomitum: ut qz. ſ. pile de coto ſuper oculis eius
ligarent: ⁊ leui motu moueretur corpus totum: ⁊ leuis agita
tio ſuper ſtõcho applicaret: ac uaria figurarum corporis ſi-
tuatio ad diuerſas diſtes põnis: ⁊ reliqua ſilia que pulchra
legenda ſunt. quarta pmi. de preparando ad uomitum.
¶ Et ſi uelis ample ⁊ ſolatioſe in vnum colligere lege ꝯſiliuz
pro dño Petro Donato epõ paduano ꝯſcriptum: ⁊ ibi vide-
bis iuuamenta que uomitus affert in doloribus iuncturaꝝ
⁊ lege quarta pmi. ⁊ cap de iuuamentis que affert uomitus.
⁊ 22ᵒ tertij. cap de curationibus do. crun. iuncturaruz ⁊ ſcia
tice. quare hermodactylus eſt medicina ſecurior. ut colligit
22ᵒ tertij. capitulo preallegato.

Cum aũt uerũ in anchis uel ſcia: nõ eiuſdẽ dolor ge-
uerit iã oportet applicare q̃rtũ inſtrm̃ qd
dño oĩum ſapiẽtum cõcordia laudatiſſimum eſt. ſ. cliſtẽ acu
tum quo nõ ſolũz alleuiant ⁊ curant dolores ſciatici nouelli
ueruz ẽt cronici ⁊ fixi ex adminiſtratiõe taliuz eradicant cõ
plete. ¶ Admirãdũ m autẽ eſt q̃ illuſtres dñe tãto iuuamẽto ap
probẽt acutoruz cliſteriorum adminiſtrationẽ in cura anchaꝝ
⁊ ſciatice. In dolorib⁹ autẽ aliarum iuncturaꝝ nõ adeo ſunt
ſolliciti: ut de dolorib⁹ pedum: dorſi: ſpatularum: ⁊ manuuz.
Poteſt autem hoc contingere multis ex cãſis. ¶ Prima:
qz talia cliſteria ꝓpinquius ueniunt ad patientes ꝑticulas. ſ.
anchã ⁊ ſciã. inteſtinum enim rectum ⁊ colon in quib⁹ duob⁹
magis recipit ⁊ diutius retinet: appodiat ſup anchã ⁊ reuol
uit colon circa pticullas. Cum ergo actio ꝯuenientior fiat p
cõtactum ſeqt ⁊c. ¶ Itẽ cliſteria talis ꝯuenientius attrahẽt
a ꝓpinqua pte q̃ a diſtãti: ſed cliſteria in ꝓdictis inteſti-
nis recepta conuenientius ⁊ facilius attrahunt ab anchis ⁊
ſcia q̃ a pedibus genibus ⁊ alijs ⁊c. ¶ Item ⁊ tertio: qz ex-
coriatio que ab acuto cliſteri producitur in inteſtinis predi-
ctis eſt cauſa ut aperiantur uene predictis inteſtinis im̃iſe ⁊
arterije. ⁊ cum tales uene hẽant ꝯtinuitatem cum uenis me
ſenterij. ⁊ iſte habent continuitatem cum uenis ancharum
⁊ ſciatum propinquitate magna ipſaruz adinuicẽ: quã ꝓpin
quitatẽ nõ hñt cuz uenis aliaruz iuncturaruz: ſequit q̃ vna
⁊ eadẽ medicina in eq̃li tpe ꝯueniẽti⁹ ⁊ fortius attrahet ab an
cha ⁊ ſcia: q̃ attrahet a iuncturis alijs: ⁊ plures alias ratio
nes huic propoſito adducere potuiſſem quas omitto. ¶ Cõ
tra: quia medicinis ſolutiuis ineſt potentia electiue attrahen
di materiam a diſtantibus partibus: uñ quãqz a pollabus

pedű.ut clarādiſ in ſnia Hali.cōmentatoris tertij teg. cōmen
to illius text°. Antipaſcos ꝛc.igiſ talis medicia eque bñ edu
cere poterit a remotis ꝛ a ꝓpinqs. ¶ Negāda eſt illa ꝯña:
lʒ eni forma medicie electionē hēat ad determinatā mām: tñ
facilius educet ꝛ citius: cū fuerit poſita in ꝓpinquis q̃ in re
motis ptibus. ¶ De numero itaqʒ horum cliſteriorum tria
hic deſcribam que mihi elegantiora videnſ. ¶ Et p̄m eſt cli
ſtere factū ex decoc. hermoda. qd ita denomino ego: in quo
eſt intentio attrahendi mās fridas ab anchis: ꝛ iuuat ad di
gōnē reſidui mātē: ꝛ ad ſedādū dolores ꝛ ꝯſumēdū uentoſita
tes que non raro ſunt cāe doloꝝ in predictis ptib°. Cuius de
ſcriptio. ℞. radic. hermoda. nō pfora. ℥. j. radicū pedis colū
ni. ℥. ſ. herbe artetice que ſula noiaſ a Raſi 9° Almā. ſticados
hypiconis: cimini: ſe. rutbe. añ. M. j. ſ. camomil. melli. ſe. ane
ti. añ. M. j. croci nō ꝯtriti. ʒ. j. coquanſ oia ſilʼ in lib. v. aque uſ
qʒ ad ꝯſumptionē medietatis deide exprimanſ: ꝛ huius co
lature accipiat. ℥. xij. olei de caſtoreo. ℥. iij. ſal indi. ʒ. ij. terre col
loqntide. ʒ. ſ. miſceaſ totū ꝛ mediocriter calīm iponaſ. ¶ In
eſt enim in hoc cōpoſito diſtens ꝟtus ab hermodactylo ſigillata
que pducit tria iuuamēta in euādando mās a iūcturis. ¶ Pri
mū eſt: qꝛ ſtati euāt hu. fri. a iuncturis. ¶ 2m eſt: qꝛ poſt eoruʒ
euōnē ſigillat ſtipticitatē in iūcturis: pp quā redduntſ inepte
ad recipiendū mās que tpe agitationis a medicina ſolutiua
facte diſſolute ꝛ colliquate fuerunt a motu uel calitate medi
cine. tales enim medicine ualde facile pſepe recipiunſ in iun
cturas poſt ſolōnē factā ab aliis ſine ſtipticitate ꝯfortātibus
pp qd ſequiſ ꝙ ꝙ in oi medicina cōpoſita ſolutiua a iunctu
ris attractiua ſigillari dʒ ſtipticitas artificialis ſi in medicina
non fuerit ſtipticitas naturalis. Sequitur ſecundo: ꝙ fre
quens uſus ſolutiuoꝝ adminiſtrat°: nō ſm hūc modū dolorem
in iūcturis magis augmētat q̃ alleuiet. ¶ 3m iuuamētū qd in
hermodactylo eſt cū pp calitatē ſuā ſtatice mās que in iūctu
ris inueniunſ: ꝛ ptib° ꝓpinqs ad eas ſubtilienſ mās que ſub
tilitate penetrabiliores reddanſ: tunc eēnt apte celeri° magis
penetrare ꝛ pſūdare in iūcturis. hoc aūt totū ꝓhibeſ p ꝟtutē
hermodactyloꝝ ſtipticitatē in eis efficientiū. ꝗre hermodacty
lus eſt oium medicinaꝝ ſolutiuaꝝ a iūcturis elegantior me
dicina ꝛ ſecurior: pp qd illuſtres viri in ſciētia bñ exerciti pluri
mum in medicinis ſolutiuis a iuncturis imiſcuerunt hermo
dactylum: ut ab vniuerſa eoruʒ ſchola legi poteſt. ¶ 2° deſcri
ptio cliſteris eſt noiata de colloquintida que fit ſm hunc mo
dū. ℞. pulpe collogntide. ʒ. ſ. turbit: carthami: polipodij. añ.
ʒ. ij. aſſari: artetice: ſticados: peonie: piperis al. ſe. rutbe. añ. ʒ. i. ſ
coquanſ oia in lib. v. aque uſqʒ ad cōſumptionem medieta
tis ꝛ colature eius cum expreſſione conuenienti accipiat. ℥.
xij. olei de coſto ꝛ de caſtoreo. añ. ℥. i. ſ. ſalis nitri. ʒ. iij. miſce
ꝛ mediocriter calīm imponaſ. Et ſi vis ipm efficere magis p
priuʒ ad curā iſtā ex ſtate cū chola tunc decoctioni ſupradi
cte adde trociſcū vnū de ſcamonea nō cocta: ꝛ erit efficacius
¶ 3m vo cliſtere cuius memoria a ſapiētibus ſepiſſime hētur
eſt factū ex al nuri. ꝛ lʒ p iſtū terminū imponeſ ſalſamentum
omne. In hoc tñ ꝓpoſito a ſapientib° eligiſ aqua ſalſamēti pi
ſciculoꝝ marinoꝝ: aut oliuaꝝ ꝯditarū: de quorū altera ac
cipiaſ lib. j. olei de caſtoreo. ℥. iij miſce ꝛ totū calīm mediocri
ter iponaſ. Cum hoc eni cliſteri q̃ plurimos patientes ſpa
tio decē annoꝝ ꝓhibitos a motu ꝓgreſſiuo ſepe ſanaui. Et
eſt euidēs in hoc ſignum. Cū eni ex uſu iſtorū cliſterioꝝ pue
niūt patiētes ad alchucati: tūc in paucis dieb° ſananſ. Eſt āt
alchucat ſuperficialis inteſtinoꝝ excoriatio: ut 19° tertij. caꝑ
de ſolutione uētris omnium modorum.

Quintū ꝓncipale inſtrm poſt applicationē illorum
gnaliū: aut aliquorū: ꝛ ꝓpie qñ eger pp laſci
uiam euitat ſōmias ꝛ uomitus: ut eſt plurimū modernoruʒ
uſus. aut effugit applicationē cliſterioꝝ: ut eſt mos alema
norum optet ut mēbra aggrediamur eū localib°. ¶ Et ſi q
dem egritudo recidiuā hūerit ſm ꝙ accide ſolet in dolorib°
iuncturarū: qui prodicere uolunt de hyeme ad uer: ꝛ de ue
re ad autūnū: ut experientia notatur: tūc premiſſa euōnibus

uſibus ſm poſſe mā exite diſtenter frida ut plurimū ꝯuenit
ut applicemus mēbris medicinam leuis calitatis ꝛ ſiccitatis
cū ſtipticitate forti. tali eni pcurari dʒ fluxus māeꝝ fridarum
ad mēbra. ¶ Et in hūc modū regi debēt aſſata frida in p̄n°
ut applicemus eis p̄dicta ſgnātum ꝛ blacte biſantie 4° p̄mi
caꝑ 25°. ꝛ 22° tertij. ut ſupra allegatum eſt. ¶ Ego aūt in hoc
tpe. ſ. in p̄n° alterū duorū ſoleo applicare. quorū p̄muʒ eſt hoc
℞. gallarū cupiſſi. ʒ. iij. farine ordei. ʒ. i. ſ. roſ. ʒ. i. maſticis: gra
noꝝ myrti: ſarcocolle. añ. ʒ. ij. ſ. bulliant in vino albo ſtiptico
nō ualde fumoſo uſqʒ ad glutinoſitatē ꝯuenientem: ꝛ de hoc
mediocriter calo empleſ mēbrum. ¶ 2m ꝛ efficacius eſt hoc
℞. ſandarace. ʒ. ij. camomil. melli. ſe. aneti. añ. ʒ. ſ. farine uo
latilis molēdini. ʒ. iij. roſ. ʒ. i. bulliant oia in vino modo p̄di
cto ꝛ in fine apponanſ tres vitelli ouoꝝ ꝛ applieſ mēbro: ut
p̄dictum eſt. ¶ In augmēto vo rei p̄dictis aut altero ipſoruʒ
adiunganſ hyſopi hūide: ʒ. i. ſ. hoc enim tpe mollificatiua p
miſcēda ſūt repercuſſiuis. ¶ In ſtatu aūt ꝯueniēt ſedātia dol.
potētiſſime ꝛ ꝟtutē adiuuātia ad reſolōnē ꝛ euaporationem
māeꝝ: q̃le eſt hoc. ℞. olei roſ. de camo. añ. ʒ. iij. vitellos ouoꝝ
nūero. vi. coqnſ ſilēto igne in ſartagine diligēter incorporā
do: ꝛ in fine apponanſ croci. ʒ. i. ſ. ꝛ apponanſ mēbro. ¶ Ali
ud in hoc tpe ꝯueniēs: ꝛ ꝓpe cū ſignis calis q̃le eſt hoc. ℞. la
ctis uaccini lib. i. farine ordei. ʒ. iii. maſticis. ʒ. ii. croci. ʒ. i. bul
liāt ſilʼ farina ꝛ lac uſqʒ ad glutinoſitatē: ꝛ in fine apponantur
alia. ¶ In declinatiōe vo rei hec duo remedia cōuenientia
ſunt que ſanāt in fine ſi adiūganſ eis ea que mās cōplete cō
ſumere pñt. ¶ Exiccātia ſūt que ſanāt in fine in locis aliarū
ꝛ iā p̄dictis addē ſoleo ḡnoꝝ myrti: maſticis: ſarcocolle: thu
ris: peonie: hermodactylorū: artetice. añ. ʒ. ij. ꝛ feliciteſ opō.
¶ Nō raro vo a ſapiētib° inueniunſ modi ꝛ inſtrā applican
di linimēta: fomētationes: ꝛ en. hrocatiōes: balnea: ꝛ infuſiōes
in quorū oium applicatiōe ſemp obſeruari debēt caū. eligen
di uarietates medicinarum in qualitatibus ſuis ſm uarieta
tem temporum egritudinis: ut iam dictum eſt.

Sextū vo ꝓncipale ingenium curationis eſt ut mēbra
mādātia regant ſemp regimine ꝓhibitionis ꝛ
augmenti māeꝝ in eis: ꝛ effuſiones earū ad membra patien
tia. ¶ Et qꝛ qdē cōfortaſ ſtōchus cū mace gario. mētha ma
ſtice: ſpica: lignāto: cipo: ꝛ ligno aloes utendo eis in cibis: ꝛ de
cōpoſitis cū aromatico roſ. dyamace. dyacalamēto. cluario
de thure ꝛ ſilib°: dādo ex eis. ʒ. i. ſ. in aurora cū aq̄ peonie uel
calamenti. ¶ Cerebrū confortari pōt cum aſſaro: galāga: ſti
cados: hyſopo: betonica: melliſſa: ꝛ ſilibus in cibo acceptis.
De compoſitis vo cum dyambra: dyamuſco dulci: electuario
de ligno aloes: ſotyra magna ꝛ cōſil hus accepta in ſero. ʒ. i.
eorum cum modico aque lambruſce: aceti ꝛ ſimilium p duas
horas poſt cenam aſſumptorum. ¶ Renes eius confortari
pñt. ꝑ abſtinendo a longo decubitu ſup eis: ꝛ a frequētia coi
tus: ꝛ ꝓpie ſup cibo. Et iterum tertio cutrando frequentias
diureticorum: ut feni. petroſi. aniſi apij ꝛ ſilium. Et accipiat
frequenter amigdalas ꝛ auellanas ꝛ pineos in cibis ſuis cuʒ
bonitate ſtōchi: ꝛ caſei mediocriter ſicci ꝛ ſalui uſus confert: ꝛ
frequentare cibaria cocta ꝛ ꝑparata cum lacte ouino. Lactē
enim ouino nulla medicina cōpar eſt in cōfortādo renes. 18°
tertij. caꝑ de cura debilitatis eoruʒ. ¶ Poſui aūt moduʒ hic
rectificandi mēbra iſta: qm̄ hec tria coicant in dādo mās an
chis ꝛ iuncturis huius patientis: ut facile deduci pōt p ap
propriata ſigna ſi non timerē longitudinem. De rectificatiōe
aliorum mēbrorum non curo: qꝛ non eſt opus.

Septimū ꝓncipale inſtrm eſt ultimata māerum p
ticularium conſumptio qꝛ remanſerunt
in membris infuſe aliquę mās: quarum pfectam cōſumptio
nem facere non pñt membra pp eorum debilitatem fixam.
¶ Tunc itaqʒ ſm illuſtrium viroꝝ cōcordiā cōueniunt bal
nea de quoꝝ nūero meliora ſunt ſulfurea ꝛ aneriſia ꝛ calcea
ꝛ attramētina ꝛ alpalatina. talia eni uelocitate ſue penetratio
nis: ꝛ potentia ſue exiccationis reducunt ad ꝯueniētē diſpō
nem conſumpta materia que in eis laſſitudinem efficiebat.

¶ Et in hoc põt apparere cã quare multi ex balneoꝝ applicatiõe magis nocent̃ q̃ iuuent̃. eſto eni q ab applicatione balneoꝝ totalr̃ ɔſumant̃ a mẽbris. Cõtingit tñ iterũ mẽbra recidiuare ⁊ ledi magis q̃ prius. Et cã horũ eſt: qꝛ membra ab applicatione balnei reddita fuerũt rara ⁊ vie apte effundere mãm magis q̃ prius: ⁊ mẽbra mãdãtia non fuerũt ſufficienter clara: quare fluẽte noua mã iterum recidiuant iuncture aut alia mẽbra. Modus ãt recipiendi balnea huic viro dat⁹ fuit in. 25. ɔclõnib⁹ obſeruãdis in eis que legi põt in ſingulari tractatulo de balneis euganeis nup cõpilato in anno dñi. 1439. in menſe madij. ¶ De his ẽt que ultimate mãs cõſumẽ põt abſq; balneo. tria ſũt mihi utiliora inuẽta. ¶ Primũ horũ eſt. ℞. ſandarace: hypogſtidos: thuris: acatie. añ. ℥. ij. aque cineris. q. ſ. diſſoluant̃ in mortario ⁊ fiat linimẽtum ex quo iuncture oẽs liniant̃ bis in die. ¶ 2ᵐ ⁊ leui⁹ eſt hoc. ℞. pul. gal. cypſſi lib. ſ. farine uolatil̃ molẽdini. ℥. ij. terant̃ cum ſucco extremitatum lauri ⁊ eſt nobile medicamẽ. ¶ 3ᵐ võ eſt hoc. ℞. aque extinctionis calibis lib. ſ. pul. rob. ℥. ij. maſticis ſcorie ferri pparate. añ. ℥. j. ſal̃ torrefacti. ʒ. iij. incorporent̃ ſil̃ in mortario cum ſucco ẽge paſto. uel aqua ſublimationis ul̃ decoc. radic. ⁊ eſt expertum.

Octauum võ pncipale ingeniũ ⁊ ultimum eſt mẽbrorũ patientũ ɔfortatio. Hec aũt fieri põt altero duoꝝ modorũ uel utriſq;. ¶ Et pm⁹ eſt ut inat⁹ calor mẽbrorũ cõſeruet̃ in eis. Ita ut a forti caliditate nõ reſoluatur: ⁊ a friditate nõ cõgelet̃ calor innatũ qõ eſt ſpũs aut ſãguis arterialis uel uenalis. Fit ãt hoc p applicationẽ nutrimẽtoꝝ ɔuenientes q̃titatis ⁊ q̃litatis p regimẽ ɔueniẽs ex pte rerum nõ nãliũ: qõ ſupra dictũ eſt. ¶ Solet ãt inueniri ab auctorib⁹ aucticeũ q ueſtire mẽbra ⁊ tegẽ pelle vulpina aut duplicatis calciamẽtis ex pãno tincto in chelmeo: ⁊ ſũt q̃na odorifera tingẽtis pãnos cũ aromaticitate. ¶ Etiã mẽbra ɔfortata reddũtur a ſapiẽtib⁹ p applicationẽ repcutientiũ fridorũ in lapſu ⁊ mã calis: ⁊ calorũ in lapſu ⁊ mã fridis. talr̃ eni vigorant̃ mẽbra: qm̃ repellũt a ſe ſtipticis ɔfortata farmacijs. tertio tegni. ¶ Etſ; hec mẽbroꝝ ɔfortatio inexa fuerit in 6° ⁊ 7° cap̃ pcedẽtib⁹. duo tñ hic ſingularia ponã grã cõplemẽti opis. qrũ pᵐ in lapſu calo eſt hoc. ℞. olei onfancini. ℥. ij. ſalis bñ torrefacti. ʒ. j. ſ. macis: croci. añ. ℈. v. terant̃ ſil̃ in mortario ultima trituratione: ⁊ liniant̃ ex eo mẽbra actu frido. ¶ Oleũ aũt de ben ⁊ de cinamomo ſũt duo ſingularia in lapſu frido cum ex eis actu calis iungant̃ mẽbra frequẽter: ⁊ cooptant̃ reb⁹ ſupraſcriptis. ſic enim felicitabitur cura huius viri.

Conſilium. 258.

De tumore pedum interdum ulceroſo interdum non ulceroſo p colligãtiã epatis ac ſplenis a quibus mãe melice ⁊ interdum aduſte ad pedes delegantur. ¶ Diuiditur autem conſilium in capitula tria.

¶ De cauſis dictarum diſpoſitionum. Cap̃. i.

Euerẽdiſſimus in chr̃o pater dñs protonotarius de monte: Archiepũs ⁊ utriuſq; legis doctor indiget duplici regimĩe p recuperãda cõfirmãda ⁊ cõſeruãda ſanitate ei⁹. ¶ Et pᵐ qdẽ regimẽ eſt per res nõ nãles eligẽdum qõ ɔforme erit utriq; diſpõni qb⁹ aliqñ moleſtat̃. ¶ 2ᵐ võ regimẽ p medicialia erit rectificatiuum priũ epis ⁊ ſplenis. In qb⁹ acute ⁊ aduſte ⁊ melice mãe gñant̃. que p totum corp⁹ effuſe qñq; ſcabies ⁊ cutaneas corrupciões [illegible] pducũt. Et aliqn magna ps harũ mãerũ deſcendit p utrũq; ramũ inferioris chilis tendentẽ ad coxas. Et ſi qdẽ cõtigat has mãs melicas eẽ fecales. nulla aũt leuiſſima aduſtione pticipãtes: tunc mãe tales uenas maiorũ pedũ ⁊ ulr̃ totã eorũ ſubſtãtiã replẽdo tumorẽ ⁊ extenſionẽ gñant in eis: qui tumor ſi longo tpe in utriſq; pedib⁹ magis pſeuerarec: difficile: imo forsitan elefantiã impoſſibilis curationis portenderet. Eſt aũt in theoria medicine magnus pes totũ qõ ab ancha incluſiue uſq; ad plantam pedis cõcernit. At võ ſi mãs pdictas cõtingit eẽ acutas ⁊ aduſtas tñc qñ deſcẽdũt ad tybias corrũpẽdo carnoſitates earũ pariunt ulcera: que p diuerſas mẽbrorũ ptes hinc inde ſerpẽdo ulcerãt.

Unde ex hoc fundamẽto ɔcludit̃ p difficultas curationis horũ ulcerũ que puenit ex duob⁹. pᵐ pp acuitatẽ mãerũ pdictarũ. 2° qꝛ tales mãe ſunt melice: ergo effectiue cãe cronica ꝑgritudinũ. ¶ Sequit̃ 2° ex hoc fundamẽto q in uanũ laborãt curãtes cũ ſol̃ localib⁹ ſup ulceroſis ptib⁹ applicatis abſq; rectificatiõe epatis ⁊ ſplenis mãdãtiũ pdictas mãs. ¶ Seqtur 3° ſolo pbleumatis q̃re eſt q pedes hui⁹ reuerẽdiſſimi pris qñq; tumeſcunt abſq; ulceroſa corruptione qñq; võ cũ ea. Cã eni pmi effect⁹ eſt multitudo mãeruʒ groſſaꝝ abſq; aduſtione ⁊ corruptione earuʒ. Secũdi võ accñtis cã eſt mãerũ multarũ fluxus cũ aduſtione ⁊ acuitate earum. ¶ Et ſic appet q caplm iſtud apit fundamẽtũ diſpõnũ: qb⁹ aliqñ affligit̃ reuerendiſſimus pr̃ ⁊ doctor. ⁊ elicitur ex eo modus regiminis eius conuenienter: ut nunc ſequitur ⁊c̃.

¶ De cura per res nonnaturales. Cap̃. ii.

Taq; iã manifeſtũ eſt: q regimẽ ex pte ciborũ ⁊ potuũ ⁊ aliorũ iclinari debet ad mediocriter calefacientia ⁊ parũ exiccãtia: pp qõ in cibariis ei⁹ euitari debẽt oia multũ ſalſa: multũ acuta: uehemẽter calia. talia eni augerẽt caliditatẽ ⁊ acuitatẽ in laudabili ſanguine: ⁊ ɔuerterẽt ipm in meliciũ. Exẽplum horũ eſt uſus aromatũ ⁊ acceptio ciboꝝ: ⁊ ſũt ſinapis: raphanus: cepe: alleũ: brodia pinguia ualde: ptes animalium pingues multum: ut pectora ubera ⁊ ſimilia. ¶ 2° euitare debet ea que ſunt ſanguinis inflatiua ⁊ uentoſitatiua: ut ſunt legumina omnia ⁊ fructuum multitudo: ⁊ proprie crudorũ ⁊ lactis crudi frequens uſus. ¶ 3° euitare debet ea que ſanguinem adurunt ⁊ acuũt: ut ſunt ſalſa cibaria oia ⁊ proprie carnes ſalite ⁊ antique: ⁊ caſeus ſalitus ⁊ oua piſcium ſalita mollia uel dura: que ueneti botargas appellãt. ¶ 4° euitet comeſtionẽ rerum viſcoſitate ⁊ groſſitudine ſua efficientiũ oppilationes: ut ſũt paſtiles cibi oẽs: lagana: criſpelle ⁊ ueſtes uellorũ. ¶ 5° euitet potũ vini groſſi ⁊ conturbati ⁊ pontici uel bruſci. vnde eligat vinum colore roſeũ gaurum noiatum: ſubſtãtia tenue ⁊ dyaphanũ ſapore ad dulcedinẽ inclinatũ: odore ſuaue: ⁊ potẽtia mediocre: qõ tñ refrangẽ debet cuʒ aq̃ ciſterne ſimplici: ⁊ cruda in eſtate ɔueniẽs eſt In hyeme võ meli⁹ eſt pdictã aquã coquẽ ⁊ ſimplicẽ cũ vino miſcẽ. cui⁹ q̃titas ſit ſubtripla reſpectu vini: aut maioris mẽſure uel minoris varianda ſm prudentiam accipientis ⁊ ſumoſitate vini aſſumendi. prudentia enim menſurat humanos act⁹ ppterea qꝛ ipſa eſt recta rõ agibiliũ. ethicorum 9°. ¶ De q̃titate võ diſcreta ⁊ continua cibationis. dicenduʒ p q tenore vĩtutis apparente robuſto melius eſt ipm comedere ſemel in die: ita q poſt prãdiũ eius per octo hõs põt facẽ colationẽ ex aliq̃ ɔfectiõe uel fruſto panis. ſumptione tñ q̃titatis nõ trãſcẽdẽtis octauã ptẽ ei⁹: qõ de cibo in prandio ſumptũ fuerit. ¶ De q̃titate võ continua canõ obſeruari debet talis q accipiatur cib⁹ ⁊ pot⁹ in tanta q̃titate ne ſtõchus grauetur ex eis. Deterior eni cibationũ eſt que in ſtõcho grauitatem efficit ⁊ tenſionẽ ⁊ grauitatẽ anhelit⁹ ſicut deterior pot⁹ eſt q in ſtõcho iundat ⁊ fluctuat: ut colligendũ eſt 3° pmi cap̃ de regimĩe p cibũ. Hec in ſumma euitari debẽt ⁊ pp ea que in hoc cap̃ cõtinent̃: oib⁹ cibis ⁊ potib⁹ uti põt pter q̃ pticipãtibus qñq; exceſſibus iam particulariter declaratis.

¶ De cura per medicinalia. Cap̃. iii.

Ro expediendo võ regimĩe hui⁹ reuerẽdiſſimi ⁊ celeberrimi pris p medicinalia pmittẽdum p q ſecuriſſimuʒ eſt q ipſe uſq; ad tres uel q̃tuor annos bis in anno purget̃ ſm moduʒ infraſcriptũ.

¶ Primo q a medietate februarij uſq; ad medietatẽ martij vno mane in aurora accipiat has pillas. ℞. pillarũ indaruʒ ʒ. ſ. pillarũ cochiaruʒ ⁊ de fumoterre. añ. ℈. j. forment̃ pillule vij. uel. viij. cũ ſucco rob. ⁊ dormiat poſt eas p hõʒ. j. ⁊ tardet

ciburn horis quinqꝫ.⁊ tunc accipiat cyathũ vnũ aque ordei calefacte.⁊ poſt ipſaꝫ ꝑ horã vnã accipiat prãdiũ ſuũ. ¶ Aſſumpto hoc minoratiuo die imediate ſequenti accipiat in aurora digeſtiuũ hoc calefactũ: qḋ ↄtinuet per octo dies. ℞. ſy. de epithimo: ſyr. compoſiti acetoſi ⁊ mellis roſ. añ. ʒ.ſ. aque lupulorũ: fumiterre ⁊ meliſſe. añ. ʒ.i. miſce. Et accipiat ipm tot diebus ꝙ in uris appeat hypoſtaſis alba vnita dyaphana equalis in partibus in ꝓfundo ſedens. ¶ Appente autẽ hac hypoſtaſi die imediate ſequenti purget̃ cũ iſtis pillis. ℞. pillarũ indarum. ʒ.i. auari ponderis: lap̃. laçuli ⁊ armeni preparatorum. añ. ℈. vj. cum ſucco roſ. forment̃ pille. vij. uel. viij ⁊ accipiant̃ obſeruando poſt eas regulas que in ſupraſcripto minoratiuo deſcripte ſunt. ¶ Pro ſecũda vò anni purgatione a medietate menſis ſeptẽbris uſqꝫ ad medietatẽ mẽſis octobris vno mane hora ſupraſcripta accipiat hoc minoratiuũ. ℞. pillarum indarũ: pillarũ de lapide laçuli ambarũ deſcrip. Meſ. in antidotario. añ. ℈.j. pillularũ cochiarum deſcrip. Raſ. 9° Almãſ. ꝓ caꝑ. ʒ.ſ. forment̃ pille octo cũ ſuc. roſ. ⁊ accipiantur oẽs hora ⁊ canonib⁹ obſeruatis qui de alijs ſupraſcripti ſunt. ¶ Mane vò imediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuũ. ℞. ſer. viol. ſyr. ſimplicis acetoſi. añ. ʒ. vj. aque cico. lupul. ⁊ fumiter. añ. ʒ.j. miſce: ⁊ totũ accipiat̃ calĩn obſeruãdo qḋ dictũ eſt in alio ſyr. uſqꝫ ad apparitionem hypoſtaſis: de qua iam dictũ eſt. ¶ Die vò imediate ſequẽti purget̃ ꝑ iſtuꝫ modũ. ℞. pil. aurearũ. pil. de iera compoſita. pil. de fumoterre. añ. ℈.j. boni ponderis. lapidis laçuli. ℈. iij. formentur pillule. vij. cuꝫ ſucco roſ. ⁊ accipiatur ut predictum eſt de alijs. ¶ Poſt hec aũt attẽdẽ debet: ꝙ ſi uẽter eius nõ eẽt ↄueniẽter lubricus hora qua aſſumit ſyrupos predictos. neceſſariũ eſt ei ꝙ oĩ die aut ſaltẽ oĩ alterna die paru añ ꝓndiuꝫ uel añ collationẽ nocturnã accipiat vnã de infraſcriptis pillulis. quarum ẽt uſum cõmẽdo ei forte ꝑ totũ tp̃s vite ſue accipiendo ex eis vnã uel duas parũ añ prãdiũ. quarũ deſcriptio eſt hec ℞. aloes epatici electi. ʒ. iiij. agarici. ʒ.ſ. turbit. ʒ.ij. lap̃. laçu. ⁊ armeni ꝑparatorum. añ. ʒ.ij.ſ. dyagridij. ʒ.j. maſticis croci: macis cinamomi: roſ. viol. añ. ℈.ſ. ſal' indi. ʒ.ſ. puluericent̃ omnia per ſe: ⁊ infundant̃ in. ʒ. iiij. ſucci endiuie. ⁊. ʒ. ij. ſucci fumiterre: ⁊ exponant̃ ſoli ſepe cum cocleari cõmiſcẽdo uſqꝫ quo ſuccus conſumat̃. tunc ergo renouetur ſuccus: ⁊ ita fiat tribus vicibus: ⁊ reſeruetur mã iſta in pixide lignea cerata: de qua fiant pille de oĩ. ʒ. vj. ⁊ ſit earum uſus ut dictum eſt. ¶ Amplius ꝑ ↄuenienti conſeruatiõe ſanitatis ei⁹ utat̃ hac ↄfectiõe. ℞. gnoꝝ fiſticorũ. ʒ. iij. granorũ pincarũ. ʒ. ij. ↄtundant̃ ⁊ ifundant̃ in aq̃ cuſcute ⁊ fumiterre. añ. ʒ. iij. ⁊ ibi remaneãt ꝑ triduũ. poſt hoc aũt accipiat̃ çuccari albiſſimi. lib.j.ſ. ⁊ coquat̃ cum lib.ſ. aque violarũ uſqꝫ ad aque ↄſumptionẽ tunc ergo ſuperaddant̃ çuccaro pulueris amili. ʒ. iij. ⁊ coq̃ntur ſil' cũ medullis tã cõtuſis: ⁊ fiat confectio in fruſtulis longis: ⁊ ſit eius uſus añ cibũ ⁊ poſt cibũ: ⁊ in hora collationis. aperit enim hec confectio oppilões epatis ⁊ ſplenis: ⁊ aduerſatur generationi melle ⁊ matericrum aliarum acutarũ: ¶ Amplius ꝑ ꝓſeruatione a fluxu mãerũ ad tybias ⁊ coxas bonum eſt ꝙ utat̃ vnguento. qḋ applicabit circulo fiteri. cuius deſcriptio eſt hec. ℞. olei de criſomillis. ʒ.i.ſ. olei nardini ʒ.ſ. radicum filipendule. ʒ.j. ſal' gẽme. ℈. uj. ellebori albi arthanite ⁊ euforbij. añ. ℈.j. cere. q.s. fiat vnguentum molle ⁊ applicetur. ¶ Adhuc iterũ ꝑ ꝑtiali ꝓſeruatione a fluxu mãerũ ad tybias ⁊ coxas bonum eſt ut utat̃ hac decoctione. ℞. gallarum cypreſſi numero. xx. gallaꝝ quercus: ⁊ ꝑprie ꝑforatarũ numero. xxv. ſumach: ſemis plantaginis. añ. M.j. granoruꝫ myrti. M. iij. coquant̃ oĩa in ſitulis duabus aque uſqꝫ ad conſumptionem medietatis. Et de hac aqua abluant̃ coxe bis uel ter in ſeptimana ante collatiõem nocturnam. ¶ Ad hanc etiã intentionem memorandum eſt ꝙ bonũ eſt ei portare caligulam factã de corio pellis canine: ſaltẽ ſuꝑ tybia ſiniſtra: ⁊ ꝑpꝫ ꝙ ei neceſſarium eſt ei erectum ſtare: ut contingit apud magnos viros: ⁊ reuerẽtia ſui necitãte ad hoc. aut aſſiſtẽ diu cultui diuio: ⁊ ſic de alijs. aut ſaltẽ tybie deſcripte faciat ligaturã cũ inſtita conuenienter applicata ſicut notũ eſt. ¶ Preter hec aũt ſi ↄtingeret mãe ad crura deſcẽdẽ ꝓuideat̃ ei cum hoc defenſiuo. ℞. amili: boli ar. añ. lib.ſ. ſe. plantaginis: acatie: hypoquiſtidos: roſ. ſandarace: ſumach. ana. ʒ.ſ. dragaganti: gũmi arabi. añ. ʒ.j.ſ. ſucci extremitatuꝫ rubi. lib. rubi. j. farine uolatilis molẽdini. ʒ. ij. cõquaſſent̃ oĩa in mortario cum piſtello ſuo uſqꝫ ad glutinoſitatem bonam: ⁊ de hac mã emplaſtrent̃ tybie a genu uſqꝫ ad pedes ligando eas cuꝫ applicatione conuenienti.

Si aũt ↄtingeret: ꝙ in aliq̃ tybiaꝝ pte ruptura accideret. ꝓuideat̃ ei quadruplici remedio. ¶ Primo applicando vnguentum iſtud. ℞. olei de maſtice ⁊ de myrto. añ. ʒ.j. olei onfancini. ʒ. ij. tutie ꝑparate cũ aqua ro. terre ſigillate. ana. ʒ.j. hypoquiſtidos: ſandarace: ſarcocolle lote. añ. ʒ.j. cere al. ʒ. vj. fiat vnguentum molle ⁊ applicet̃ ut cõſueuit. ¶ Itẽ ſuꝑ ulcerib⁹ apponat̃ hic puluis. ℞. pul. hypoquiſtidos. ſe. plantagis: granoꝝ myrti. añ. ℈.j. ſan. dra. boli ar. añ. ℈.j. pulueris oſſiu cruriũ boũ cõbuſtoꝝ. ʒ.ſ. ſpodij. ʒ.j.ſ. puluerizent̃ oĩa per ſe ⁊ diligenter cõmiſce. ¶ 3ᵐ eſt cerotum hoc ℞. ceroti rubei de mucillaginibus lib.ſ. tutie ꝑparate. ʒ.ſ. litargiri. ʒ.j. ſan. dra. boli ar. añ. ʒ.ij.ſ. fiat cerotum cum ſufficiẽti q̃titate cere. ¶ Ultimũ ⁊ ꝑpꝫ ſigillatiuũ uel ↄſolidatiuuꝫ eſt hoc. ℞. olei de maſtice. ʒ. iij. dragagãti: gũmi arabici diſſolutoꝝ cuꝫ aceto acuto. añ. ʒ.j. maſticis: thuris: ſandarace: hypoquiſtidos. añ. ʒ.j. tutie ꝑpate. ʒ.j.ſ. cere. q.ſ. fiat vnguẽtũ ſufficiẽter viſcoſuꝫ ⁊ mediceñt ea ulcera qñ ſtabit necitas ↄſolidãdi ea: ⁊ eſt qñ appebũt ↄcauitates ulcerũ eẽ q̃ſi carne repletas. ¶ Ulterius vò pulueres iſti. ℞. plumbi combuſti. ʒ.j. tutie preparate cum aqua roſ. ʒ.ij. puluerizentur per ſe ⁊ ſimul commiſceantur ⁊c̃. Ad laudem eius dei. Amen.

Conſilium.259. De ſtupore in maiori parte pedis magni. ¶ Diuidit̃ autem conſilium in capitula tria.

¶ De cauſis ⁊ ſignis diſpoſitionis. Caꝑ.1.

INſignis ⁊ celeberrime fame doctor utriuſqꝫ iuris dñs Gregorius de ſpineto conqueſtus eſt de ſtupore qui apparuit in maiori pte pedis magni. ſ. a genibus uſqꝫ ad plantam pedis. ¶ Cui⁹ qdẽ ſtuporis lꝫ ꝙ plurime ab auctorib⁹ aſſignate ſint cãe: vident̃ tñ in ipſas reducendas eẽ cãe ꝑ multitudinẽ mãeꝝ flaticarũ que dñant̃ in ꝑtibus renũ eius: ⁊ ulr in oĩbus venis ramificatis a vena chili deſcẽdẽte que deſcẽdũt ꝑ domeſticas ptes coxarũ que etiã mãe multiplicate iplent neruos deſcendentes ad inferiores ptes ⁊ ꝑpꝫ oẽs qui oriunt̃ a 19° ⁊ 20° ſpondilibus uſqꝫ ad finẽ caude: per quos qdẽ neruos ſm magnã ptẽ coꝝ defert̃ ſpũs ſenſibilis ⁊ motiu⁹ ad oĩa mẽbra ſenſus ⁊ mot⁹: qb⁹ mouent̃ ⁊ ſentiunt ptes oẽs inferiores: ut anche ⁊ totus pes magnus: ⁊ oẽs partes femoris ſuminis que tam interius q̃ exterius ſenſui ⁊ motui deputata ſunt. ¶ Si itaqꝫ contingat mãs ꝑdictas ſua multitudie ⁊ viſcoſitate: aut utriuſqꝫ ſimul oppilare vias neruoꝝ ſenſus. diminuet̃ ſenſatio in ꝑdictis partibus. ⁊ ſi oppilent̃ nerui motiui ledet̃ motus ꝑdictoruꝫ membrorũ. ⁊ ſi in utriſqꝫ ſimul contingat fieri oppilationem mẽbra ꝑdicta in ſenſatione ſua ⁊ motione ſimul ledent̃. quare facile ex ꝑdictis videri põt ſtuporẽ iſtũ qui eſt nocumẽtũ diminutionis in ſenſu tact⁹ accidẽ ꝑꝑ oppilationem in ꝑdictis mẽbris: ſeu neruis euenietẽ. Neqꝫ ſtupor iſte in viro iſto ꝓuenire põt ab oppilatione attenuatoria. nõ eni in eo ꝓceſſerunt egritudines uel accĩtia conſumptiua humiditatis ſubſtantifice: que ſunt oppilationis attenuatorie cã. Neqꝫ ẽt in eo vĩ eẽ aꝑa aliqḋ magnũ uel durum qḋ fecerit oppilationes coartatorias in eo. Sunt ergo oppilationes ꝑdicte ꝓuenientes a mã flegmatica multa uel viſcoſa ꝓhibentes tranſitum ſpirituum animalium: ut predictum eſt.

Et ex fundamento predicto maxime ſolui poteſt queſtio hec.

quare eſt ꝙ aliqñ nocumētū apparet in eo magis in ſenſu ꝙ̄ in motu: aut econtra: ⁊ aliqñ in ſenſatione ⁊ motione ſimul ¶ Et iterū ex ṕdicto fundamento appet ſolo ad ꝓblema aliud: ꝓp qd eſt ꝙ aliqñ apparēt hec nocumenta: ⁊ qñqʒ nō. Nā ſm acceſſum mãeꝝ oppilãtiū ſequunť nocumenta predicta. ſm vo reſolutionē aut tranſmutationem aut ſm ſenſibilem euacuationem earum remouentur accidentia predicta. ¶ Et ex iſtis concludi pōt tertio. quare qñqʒ mēbra iferiora predicta mollia ⁊ laſſa ꝑcipiunť. qñ eni nō tranſit debita q̄titas ſpirituū nō caleſfiūt mēbra illa ↄuenienter q̄re mãe in eis abūdãtes nō ſufficiēter digerunť neqʒ reſoluunť. vñ ipſa mollificata ſunt cauſa laſſitudinis ⁊ mollitiei modo dicto. ¶ 4° ex predictis concludi pōt quare membra illa ſtupida a ſenſu tactus ꝑcipiunť grauia ⁊ ponderoſa. ſi eni mēbra leuificanť ꝑ ſenſus ſpirituū. ergo eorum abſentia ſequitur oppoſitum. ¶ 5° ex ṕdictis concludi pōt cauſa quare viro iſto hora coitus accidit virgā eius que ṕus bene erat erecta ab erectione deficere: ⁊ actū venereū explere non poſſe conuenienter. ¶ 6° ex predictis concludi poteſt quare ſeminalis materia eius fluida mucillaginoſa aut aquoſa reperitur. ¶ 7° concludi poteſt ꝙ vir iſte rationabiliter non debet eſſe fecundus: eo qꝛ ſemen eius indigeſtum eſt: ⁊ in qualitatibus primis ⁊ ſecundis diſtemperatum ⁊ debita quantitate ſpirituum carens. ¶ 8° iterum ex eodem fundamento deducitur ꝙ vir iſte non debet eſſe multi appetitus coitus: eo qꝛ a ſpermate videtur deficere cauſa prurituus que multum veneris incitatiua eſt. ¶ 9° ⁊ vltimo ex predictoꝝ fundamento concludiť ꝙ diſpō iſta in hoc viro multum verenda eſt. ſtupor eni nūciat paraliſim. tertia primi. de his que ꝓnoſticant egritudines. ⁊ ſcḋa tertij capitulo ṕ. ⁊ nono Almanſoris. cap̄ octauo. ⁊ pluries alibi. quare ex hoc vltimo in ſumma concludiť. ꝙ res iſta non leuis ſed multū ſuſpecta eē debet: ⁊ incitare dn̄m illum ad exquiſitam curationē ei°. Cura eni eius non eſt differenda. qñ eni ꝓlōgatur huius egritudinis tempus perducit ad paraliſim. 9° Almā. cap̄ 8°. ⁊ ṕ ↄtinēus. cap̄ 4°. ⁊ 2° tertij. alio loco colligēdū ¶ Itaqʒ pro huius diſpōnis curatione lʒ accurate multum procedendum eſſet ordinando regimen ex parte olum ſex rerum non nãlium ſubtiliter menſuratarū: ſolū tamen hic ſummarie diſcurrendo ꝓcedam. Neqʒ enim mihi tempus accōmodum eſt quantum hec diſpoſitio exigeret.

¶ De cura per dietam. Cap̄. II.

REgimē ergo ex pte olum ſex rerū nō nãliū inclineť ad calefaciendum ⁊ exiccandū ʒ mediocriter: lʒ eni diſpō in ſe ↄſiderata: ut oppilō eſt ⁊ etiā ei° que frida multa ⁊ viſcoſa eſt expetēt regimē ſatis calefactiuū ⁊ exiccatiuū: qꝛ tñ epar ei° nobilr calm eſt: ⁊ etas ēt que ↄſiſtētia eſt: ⁊ nãlis eius complō: quã credo eē ſanguineã: diſtrahūt medici actū ab applicatiōe excellenter calidoꝝ. q̄re cū moderatis calidis ꝓcedere ſecurius eſt: qꝛ remiſſa cal'a longo uſu ꝓducēt ꝑit effectū non minus bonū ꝙ̄ multum calida breuī uſa. ¶ Adhuc ēt ↄſiderandum ꝙ cibaria eius declinent ab ordi bo medicinali uel medicina cibali mãeꝝ fridarū augmentatiuis ingroſſatiuis ⁊ oppilōnū effectiuis. ⁊ iō bonū eſt ꝙ in cibis eius ſemꝑ aliqō apiciuum imiſceať: ut radix uel folia petroſillini: ⁊ feniculi: ⁊ ſimilium apiciuoꝝ in dieb° fridis. In diebus vo calidis radix uel folia endiuie cicoree. De partib° aialium vitenť carnes neruoſe: ligamentales: cutes: ⁊ viſcoſe ꝑtes omnes: ⁊ uētres ⁊ ſilia. Item caſeus multum mollis ⁊ viſcoſus: lacticinia: paſtilia: cibaria cruda: oia frigida: ſtiptica ut granata: citonia: caſtanee ⁊ ſimiles euitentur. ¶ Item euitet ſtōchi replōnem a cibis ne ſequatur ex illo caloris innati diminutio ⁊ augmentatio mãeꝝ flaticaꝝ per viam indigōnis. Et oino conſulo eidem ut ſi qñqʒ replōnem incurreret ex multitudine ciboꝝ ⁊ potus ad ipſam euandam per uomitum illico feſtinet. Accipiat itaqʒ de ſyrupo acetoſo ſimplici ℥.ij. aque putealis. ℥.iij. uel. iiij. ⁊ totum bibat tepidum. Et poſt mediā horam ponat digitum in os ſuum: ⁊ ſi deſideraret replōnē illã potius inferi° deponē: accipiat in aurora. ʒ.j. pillaꝝ de iera ſimplici Galeni. Aut pillas de ſpēbus Meſue quas alefanginas nolat. Melior tñ medicina eēt accipe iere ſ. Gal. ʒ.i.ſ. cū aqua decoctiōis folliculorū ſene uel radicū pe. ¶ Exercitiū aūt oino videť mihi ſibi eſſe nociuū tā pedeſtre ꝙ̄ equeſtre uel nauigatio. ꝓpter aūt exercitiū multe ↄcuſſionis qō in coitu neceſſarium eſt: iō euitare debet. mouet eniʒ mãs ad membra illa que ſuperius tacta ſunt: quare oppilat mēbra illa ⁊ augmētari pōt ſtupor. quanto aūt magis notet coitus: eo qꝛ ꝑ ipſum euēť ſupfluitas ultimi alimenti utilis: ⁊ minorať ſpumoſa mã qua multū indigēt membra ṕdicta. Leduntť itaqʒ mēbra illa in coitu dupliciter: aut qꝛ inaniunť aut qꝛ repleť ex motu ⁊ agitatione inclinante mãs ad ipſa. ¶ Etiā de vigilia ⁊ ſomno ↄſiderandū ꝙ vir iſte nō multū ꝓlonget dormitionē: eo qꝛ eſt cã humectādi corpora cū generenť ⁊ augmentenť ex eo flata multa ⁊ creſcunt reumatiſmi a partibus fortibus ad debiles. quare longo tempore vigilare conuenientius eſt ei ꝙ̄ dormire. ¶ Accītia vo anīe ꝓpter que moueantur ſatis notabilr ſpūs ⁊ calefaciunt corpus ⁊ exiccant ſuperfluitates videnť eſſe conuenientia dummodo ſubſtantifica reſolutio ⁊ ſpirituum cōſumptio non ſit maior ꝙ̄ ſuperfluitatum exiccatio.

¶ De cura per medicinalia. Cap̄. III.

REgimē vo diſpōnis huius curatiuū magno ordine accurate multum cōſcribi deberet. res eni iſta exigit ut ipſa ſolēniter ꝑtracteť ne deteri° inualeſcat: qꝛ tñ nō dubito qn celeberrimi doctores: quoꝝ ↄſilio fungiť canonice multum in curatione iſtius diſpōnis ꝓceſſerit ſolū aliq̄ pticas que mihi utiliora videnť ꝑcurrēdo ſcribā relinqēdo ꝑ ſatis doctoribus ↄſcribēda eē ⁊ applicanda ſolēniora ꝙ̄ ſint iſta. ¶ Pmo itaqʒ ṕmitto ꝙ vir iſte cū magna cautela ⁊ aduertētia ꝓcedat in accipiēdo balnea de petriolo uel ſilis: ad que ego audio ipm trāſtuliſſe ſe freqūter: neqʒ enim ita large cōmendo ea: eo qꝛ frequenter mãerum ſubtiliores ptes reſoluūt: ⁊ alias dimittūt que magis nocē pñt. Et ēt qꝛ balnea colliqūt mãs faciunt eas reumatizare ad mēbra debilia ⁊ eis infundi. 3° qm̄ balnea hñtes humiditates ſtupoꝝ effectiuas que ꝓfundate ſunt in neruis oriētibus a nucha. de qbꝫ ⁊ in ṕ cap̄ ſcriptum eſt: non pñt conſumi niſi in longo tꝑe. quare ex aſſumptione bal. per. x. uel. xv. dies non videť acquiri poſſe iuuamētū totale ⁊ eētiale: imo magis puo tꝑe duraturū ⁊ accītale. Amplius. ſi balnea oino curare poſſent illud feciſſent magis preteritis annis ubi vtus erat fortior: ⁊ egritudo minus confirmata: ſed iam non curauerūt conuenienter: ut manifeſtū eſt. ergo neqʒ in poſterū de eis eſt hebēda fiducia rōnal. ¶ 2° ṕmittendū ṗncipalr: ꝙ regimē hui° diſpōnis ꝓcedet ex actu ṗſeruatiuo ⁊ curatiuo. Et ꝑ executione primi vł mihi ſaluberrimū eēꝙ eximius doctor iſto uere ⁊ in medio autūno: uel in principio ipſius ſe conuenienter purgare debeat omni anno quouſqʒ ſe curatum ꝑcipiat. Deinde gratia preſeruationis utať vno cluſterio ⁊ vna confectione: ⁊ aliqb° pillis: ⁊ vna inunctione: ex quorū applicatione ↄuenienti nō dubito ꝙ ṗſeruabiť ſolēniter. ¶ M. inorenatiō. ℞. pillaꝝ de ſarco. deſcrip. Meſ. uel Auicē. 5° can. pillaꝝ de ſerapino. ana. ʒ.j. pillaꝝ de reubar. ʒ.j. miſce ⁊ reformenť pille. v. cum ſy. de calamento: ⁊ exhibeanť p.ij. hōs ante diem: ⁊ dormiat imediate poſt eas p.j. horā: ⁊ poſt. v. hōs accipiat pro lauatiuo cyathum. j. aque ordei cum ſucco. calefacte: ⁊ poſt ipſum per vnam horam accipiat cibum. ¶ Aſſumpto itaqʒ hoc minoratiuo accipiat hoc digeſtiuū qō ↄtinuet. x. dieb°. ℞. ſyru. de calamento. de ſtica. ſyr. acetoſi compoſiti. ań. ℥.ſ. aque ſuc. ſeu melonis radic. ireos. ℥.i.ſ. aque capill. veneris. ℥.ij. miſce. ¶ Eradicatiuū aſſumpto digeſtiuo purgeť cum iſtis pillis. ℞. pillaꝝ fetidarum deſcrip. maiori. ʒ.ij. pillarū de hermodactylis. ʒ.ſ. miſce ⁊ reformenť pillule. vij. cū ſyrupo acetoſo compoſito: ⁊ aſſumat ut ſupra de minoratiuo. Et ſi dubitaret de caliditate tā in ſolutis ꝙ̄ in digeſtiuis tunc frangat corū

audaciã cũ aque cicoree endiuie uł acetoſe modo ſuo.¶ Et
iterũ cũ eiſdẽ purgari poterit in autũno.uerũ tñ ꝓpter reliq
as caliditatis eſtiue oia talia frãgant:ut ṗdictũ eſt:ꝛ minorẽ
tur doſes:ſaltẽ ſolutiuorũ.¶ Electuariũ quo uti põt grã pre
ſeruationis eẽ põt electuariũ de acoro ꝛ fort⁹ il o ꝛ ↄuenien⁹
in ꝑſeruatione ꝛ cura ſtuporis per me cõſuetũ:ꝛ utile eſt hoc
℞.ıere hermetis.ʒ.iij.acori biſtorte paraliſis artetice florũ
roriſmarini aã.ʒ.ij.folij ameos ʒinziberis al.ſen.granoꝝ pa
radiſi aã.ʒ.j.ſpẽrũ pliriſarcoticõ.ʒ.v.mellis roſati colati.ʒ.ix
ʒuccari ſecũde decoctionis.ʒ.v.ʒ.miſce ꝛ fiat electuariũ:de q̃
accipiat.ʒ.ij.uſqȝ ad tres in aurora duob⁹ mẽſibus cõtinuis
ꝛ deglutiat ipm:ꝛ tardet poſt ipm cibũ quatuor horis ad mi
nus.¶ Cõfectio qua uti põt eſt cõfectio de acoro confortata
cũ ſpẽbus dyaciamomi aut dyamuſci aut dyambre que ual
de melior eſt.Cõfectio domeſtica ad idẽ eſt hec. ℞.ſpecierũ
cõfectionis anacardine dimiſſo anacardo.ʒ.ij.liquiritie ani
ſi florũ roriſmarini aã.ʒ.i.ſ.ʒuccari albi.ʒ.vj.miſce ꝛ fiat cõfe
ctio ſolida cũ aque ſublimationis roriſmarini.De hac confe
ctione accipiat.ʒ.i.ſ.parũ ante prãdiũ ꝛ ante cenã.¶ Pillule
quibus uti põt grã ꝑſeruationis ſint iſte.℞.aloes epatici.ʒ.j.
hermodactyloꝝ elec.ʒ.ij.agarici trbſc electi aã.ʒ.j.ſalis indi.
ℨ.j.aniſi ſemis ruthe pipis albi piretri maſticis aã.g.vj.ſfun
dant oia in.ʒ.v.ſucci ſaluie.cõquaſſent ꝛ exponant ſoli uſ
qȝ ad exiccationẽ eorũ.Deinde remoueat ſuccus ꝛ iterũ exiccẽ
tur:ꝛ fiat taliter tribus vicibus.De hac ergo maſſa fiant pil
lule pro oi.ʒ.octo.de quib⁹ recipe põt ol tertia uel quarta die
duas uel tres parũ ante cenã:ꝛ põt etiaȝ de eis accipe bis in
mẽſe.ʒ.j.in aurora:ꝛ obſeruare poſt eas que ſcripta ſunt ſu
pra in ſolutiuo minoratiuo.¶ Unctio qua uti debet que eſt
mirabilis uirtutis ꝑſſionis eſt hec.℞.olei oliuarum antiquiſſimi
lib.j.pulueris euforbij.ʒ.j.ſ.undebeduſter.ʒ.ſ.pulueriʒentur
deinde miſce ꝛ ponant in ampulla:ꝛ claudat eius orificium
diligẽter.ligetur itaqȝ ṗdicta ampulla manubrio caldarie cal
dari exiſtente pleno aque bullientis:ꝛ pmittat bullire uſqȝ
tertia pars olei cõſumetur.ex hoc enim oleo calido cum ſe ex
ponit lecto omnes partes ſtupide inungantur ſepe ꝛ videbis
mirabile ꝛ magnum iuuamentum ſi poſt fricationes aũ miſ
ſas conuenienter fiat. Ex hoc itaqȝ regimine uolo ſatiſfactuȝ
eſſe ad intentionem curatiuam ꝛ preſeruatiuam: licet caſus
plura expeteret.

Conſilium.260.

De mala cõplexione calida ꝛ ſicca magni pedis partim per
eſſentiam:partim per colligantiam epatis ſanguinem chole
ricum ad pedes effundentis a qua nocumentum corruptio
nis in operatione tactiue potentie prouenit.¶ Diuiditur au
tem conſilium in partes duas.

Prima Autem pars cõtinet capitula ſeptem:que oia
uerſantur circa cognitionem egritudinis.

¶ Sermo preambulus de egritudine ꝛ diuiditur cõſiliũ. Cap.i.

I virum Quẽpiã ſũma uene
ratione digniſſimũ.ſi
ſapiẽtiã hominũ maximis ſ[illegible] ſtudijs
refertiſſimã eximijs laudib⁹ cẽlebremq̃
me ſapiẽtiã tuã vir iſignis ꝛ celeberrime
doctor Rainalde ſicule igentib⁹ ꝑconijs
exiſtimo colẽdiſſimã eẽ debẽ.video eniȝ
te nõ ſolũ in ſcibilib⁹ ſapientie medicine
que medicoꝝ coitati cõſueta ſunt eẽ ꝟſatũ:ſed ſublimiorib⁹
eiuſdẽ facultatis eẽ iſtrũ.Scribis enĩ mihi mãm difficilẽ: ꝛ
nõ qdẽ viro a quo ſciẽtie pfectionẽ maiorẽ expectare debeas
q̃ ateipſo iãdiu approbatiſſimo ſtudio uẽdicaſti.ſed tua illa
ꝓbatiſſima ſapiẽtia recte ꝓcedit:eſt laudatiſſimo ritu quo ite
rũ ueterũ illuſtriores icedẽ ſolebãt.Neqȝ enim contenti erãt
ꝓprijs ingenijs in ſciẽtiã uendicãdã:ſed ad aliena gymnaſia
non raro:nõ ſolum litteris:ſed etiã pſon aliter transferebãt:
ſic Plato inemphiticos uates.ſic Pythagoras queȝ vulgus
magum. Philoſophi ꝟo ſapientiſſimũ eſſe dixerunt intrauit
perſas:pertrãſiuit caucaſum montẽ:atqȝ opulẽtiſſima indie
regna pertrãſiuit:ꝛ ad extremũ uſqȝ orbis latiſſimo phiſon
amne trãſmiſſo puenit ad caucaſuȝ:ubi Architã philoſophũ
in throno ſedẽtẽ aureo:ꝛ de tãtali fonte potantem legentem
audiret de nãli philoſophia:de aſtronomia:de morali atqȝ oĩ
ſapientia approbatiſſimũ.Sed neqȝ tu ſilr cũſtatis ꝛ peram
pliꝰ tibiipſi ꝛ per teipſuȝ ſatiſfacẽ poſſis. ſed video q̃ illud
facis ut expiri poſſis q̃tũ qd ꝛ q̃liter ab alijs ʒelato quodam
aio acqrere poſſis.Solẽt enĩ ſapientes in aliena caſtra trãſi
re non tanq̃ transfuge facti:ſed uelut exploratores:ut Aune
us lucillus ſcripſit epiſtola prima.Ne igit intẽtũ tuũ fruſtre
tur ab eo qõ te querere video:ut ſiqd in euganeo ſtudio ueri
tatis in rebus arduis habere poſſis.accipies fortaſſis. tamẽ
inculte magis q̃ profunde aliquid de materia quam optas
¶ Scribis enĩ viri quadragenariũ hitudinis laudabilis: ꝛ
conuenienti regimine rerũ nõ nãlium recti.neqȝ excreſcentis
tem in eorum aliquo:ꝛ maxime qr religioſus eſt ab anni fere
ſpatio in magno pede dextro uſqȝ ad crus eius in domeſtica
parte exceſſiuam fuiſſe paſſum calitatẽ adeo: ut etiam frigi
diſſimã aquã mẽbro illo effuſam opatione ſenſus tactus. p
cipiat uelut exceſſiuam caliditatem imprimere. Et in ſũma
nõ ſolũ aquã frigidã:ſed omne aliud obiectũ cuȝ frigiditate
impreſſiuum ſumme fere calidum ab eo percipitur. ¶ Res
quidem hec ingenuæ eſt ſpeculationis digna: maxime quia
ſtõchus eius nãli lapſu a medio gſtis labit per fridum ꝛ hu
midum. Eo qr flegmaticus eſt:ꝛ flegma illud per viam indi
geſtionis in eo congregatũ fuit:ꝛ nõ per viam defluxus a lo
cis alijs. Eſt etiam epar huius viri qñqȝ oppilonib⁹ agitatũ
ab intenſa caliditate.¶ Adhuc ꝛ 3° videtur vir iſte cibum
ſuum cõuenienter digerẽ. Et ultimo ſcribit ut ſtractum eſt.
regulatus modo viuendi ſatis pertranſiuit uſqȝ ad menſem
martij nuperrime ꝑteritum:tunc aũt inuaſit ṗdictum mem
brum dolor magnus abſqȝ aliquo tumore uel rubedine ſed
ſolum ibidem intenſa caliditas cuȝ dolore percipitur. ¶ Et
adhuc iterum eo magis hanc diſpõnem exiſtimo contem
plãdã eẽ.video ſufficientiſſime ꝓcurationi a viro in ſpecula
bilibus ꝛ opabilibus excellentiſſime trito.Quod apparet ex
his que mihi inotuerũt:cũ primo ad añcedẽtẽ mãm ꝛ man
dãtia mẽbra in ſui opõne pceſſerit:ꝛ minorando:diuertẽdo:
ꝛ digerẽdo:ꝛ ↄfortando membra:ꝛ proprie ſtõchum ꝛ epar.
Sicqȝ demũ cũ ſcõa uſi ctione ad eradicãdã mãm proceſſum
eſt:ꝛ ad pticularem mãm intendendo cum localibus ut em
brocis iunctionibus:fricationibus ꝛ ſiſſibus proceſſum eſt:ꝛ
nihil fere de ↄtingentibus canonico regimine applicabilib⁹
ꝑtermiſſum fuerit.Cum nihil tñ hoꝝ finalr ſm optata con
[illegible] ſcribit:qua de re rem hanc non ſolum grauẽ: imo
magna ſpeculatione digniſſimam exiſtimo fore.

Unde pro ipſius ingſitione ꝛ curatione etiã vĩ mihi cõ
templãdã eſſe circa ſeptem principaliter. ¶ Et
primum eſt.an hec diſpõ ſit per eſſentiam patientis membri
uel per colligantiam denominanda.¶ 2^m ꝟo principale ſub
qua denominatione morbi reponenda ſit.¶ 3^m ꝟo eſt que ſit
ſpẽs leſionis uel nocumenti:qõ ab ipſa producitur.¶ 4^m ꝟo
eſt cui potentie uel virtuti hec diſpoſitio attribuẽda ſit.¶ 5^m
eſt cui particule eſſentialiter hec diſpõ attribuatur. ¶ 6^m ꝟo
eſt notificare ſigna eius.¶ 7^m ꝟo ꝛ ultimum eſt ponere cãs
ꝛ inſtrumenta regiminis.

¶ An hec diſpoſitio ſit per eſſentiã patiẽtis mẽbri: an per col
ligantiam denominanda. Cap.ii.

Taqȝ ſi diligẽter huiꝰ diſpõnis ueritatẽ in
quirẽ debeo ſm q̃ mihi ingeniuȝ ex
hibebit reducẽdũ eſt primo diſpõnem hanc ad
notitiã ipſiꝰ diſtinctã ipſaȝ diffinitiõe eiꝰ exꝑmẽ
do ꝛ rõnibus cõprobãdo ꝛ illuſtriũ viroꝝ auctõ
ribus rigorando.¶ Eſt aũt hec diſpõ oino ꝛ pncipalr dicen
da mala cõplo cala ꝛ ſicca mãlis que eſt egritudo per eſſentiã
principaliter totius cruris:ꝛ maxime particule pacientis.
¶ Neqȝ enim hec egritudo per colligantiam ſimpliciter de
nominari poteſt; eo quia raro contingit egritudinem per

colligãtiam in parte aliqua extẽdi per dies aliquos quin tranſeat in egritudinẽ per eẽntiam. ¶ Adhuc etiã ſi hec diſpoſitio eẽt per colligãtiã abſolutã: ⁊ quocũqꝫ modo cõtingeret opor tet inueniri mẽbrũ: per cuius colligantiã egrotaret tybia huiꝰ viri: ſed nullũ videt̃ aſſignari poſſe ut ſcribit̃: eo quia neqꝫ cerebrũ: quoniã nõ eſt materierũ illarũ neqꝫ tãte caliditatis cõmunicatiuũ: neqꝫ ſtomachus pari rõne. Etiã qꝛ ut ſupius tactũ eſt ſtomachus huiꝰ viri lapſus eſt a medio gñis ad frigidũ ⁊ humidũ materialiter. Neqꝫ ẽt hoc idẽ de epate dici põt. Et qꝛ dato ꝙ epar eiꝰ reſpectu medij gñis ſit calidũ ut ſcribit̃ ⁊ adhuc notabiliter appꝫ de neceſſitate fuiſſe iuuamẽtũ ex inſtrumẽtis euacuãtibꝰ digerẽtibꝰ ⁊ cõfortãtibꝰ que applicita fuerũt ut ſcribit̃: ſed nullũ apparuit iuuamẽtũ ex hoꝝ applicatione ad epar: neqꝫ ad alia ꝓdicta mẽbra igit̃ nõ põt deduci ꝙ egritudo iſta inſit tybie ꝓceſſe per colligãtiam ab aliqua determinata pte. ¶ Forte aũt exiſtimare poſſet aliqs: ꝙ hec diſpoſitio ieſſet huic mẽbro per colligãtiã eiꝰ ad totũ reliquũ corpus prius ꝓducta: aut nũc depẽdens. ſed neutrũ horũ ſaluari põt. igit̃ hec egritudo in mẽbro iſto nõ eſt per colligãtiã. patet cõſequẽtia. quoniã ſi ſic neceſſe eſt ꝓceſſiſſe aliquã egritudinẽ per quã in criſi trãſlata foret materia ad ipſam tybiã: ſed nulla ꝓceſſit egritudo: ad quã hec cretica trãſmutatio ſucceſſerit. igit̃ in hoc mẽbro talis egritudo nõ potuit fieri per modũ cretice trãſmutationis materierũ egritudinũ totius. ¶ Neqꝫ iterũ aliqs credẽ poſſet ꝙ egritudo huic mẽbro ineẽt per ↄtinuã ⁊ ſucceſſiuã trãſmiſſionẽ paulatinã maerũ a toto ad hãc ptẽ. oporteret enim neceſſario aſſignare egritudines toti communes ⁊ toti cauſas. Sed vir iſte non egrotat mala cõplexione calida ⁊ humida: calida ⁊ ſicca: frigida ⁊ humida: aut frigida ⁊ ſicca toti cõmunibꝰ: ut iam ꝑſcriptũ eſt. igitur hec egritudo nõ eſt per colligãtiã totius ad hãc partẽ. ¶ Amplius demõſtratione arguit̃ ſic. ſi in toto corpore inueniret̃ egritudo aliqua de ꝓdictis. quo mõ ſaluaret̃ integritas opationũ ſtomachi epatis ⁊ aliarũ partiũ ⁊ robur ṽtutis. De rõne eniꝫ forme morbi eſt ledere: ſed egrotãte toto leſio eẽt ualde magna. ergo facile demõſtrabilis uel cognoſcibilis. ↄſequẽs repugnat experientie. igit̃ ⁊ fundamẽtũ illud ex quo ſpm ſequit̃. ¶ Patet itaqꝫ ſi bñ cõſideret̃ ꝙ oĩno oportet cõcedẽ hanc egritudinẽ eẽ ꝑncipaliter per eẽntiale nocumẽtũ particule patientis. ¶ Neqꝫ uolo moleſtari hic an ſit poſſibile uel de facto cõtingat hãc egritudinẽ ſm ptẽ aliquã per colligãtiã depẽdere ab aliquo mẽbrorũ ſupiorũ debili exiſte. facile enim cõcederet̃ id qm̃ mẽbra ſupiora uelut fortiora ſupfluitates ſuas expellunt ad debilia. ꝓma ꝑmi. caꝑ de mẽbris in fine. ſed ꝑncipale ad quod intendit̃ conſiderandum credo eſſe diſpoſitionem huius per colligãtiam. ⁊ demonſtratũ eſt. ¶ Adhuc iterum: neqꝫ video rõnẽ aliquã: neqꝫ auctoritatẽ que ꝓbare poſſint hãc egritudinẽ eẽ denominãdã per colligãtiã abſolutã totius corporis aut alicuiꝰ particule eẽntialis ad ipm crus. Mirabile enim videret̃ quare in diſpoſitione aſſignet̃ nocumẽtuꝫ per ſimplicẽ cõpaſſionẽ uel cõdolẽtiã: uel alterationẽ ꝓuenientẽ ab aliqua egritudine totius uel alicuius particule ad hoc membꝝ quin per ſigna ⁊ accñtia cognoſcerent̃ egritudines tales toti aut ꝑticule corpis appꝛopꝛiate uel in eis exiſtes. Etiã iterũ hoc ꝓbat̃: qm̃ ſi totũ aut aliqua pticula corporis egrotaret oporteret neceo aſſignare. ſ. iuctionẽ ſpẽi leſionis uel nocumẽti ꝓuenientiũ ab illis egritudibꝰ totiꝰ aut ptiũ: qm̃ terminꝰ diſcretiuus ſanitatis ab egritudie eſt ſenſibile opationum leſio. Cũ ergo neqꝫ totiꝰ neqꝫ ptiũ appeat ſenſibilis in opationibꝰ leſio oĩno nõ põt dici hãc egritudinẽ ineſſe mẽbro ꝓceſſe ꝑ colligãtiã eiꝰ ad totũ aut ad aliqꝫ ptẽ uel ptes: ut iã dictũ eſt.

¶ Sub qua denominatione morbi hec diſpoſitio reponenda ſit. Cap. iii.

Poſtq̃ꝫ Autem ſatis apte viſum eſt ꝙ ꝓdicta diſpoſitio ineſt cruri huiꝰ viri ꝑ eẽntiã. iã videt̃ mihi declarãdũ eẽ q̃liter hec egritudo denoianda ſit. Eſt enĩ diſpõ per quã ꝓuenit in opatiõibꝰ immediate nocumẽtũ ſenſibile. quare ipſa eſt morbus: ut pꝫ 2ꝰ ꝑmi. caꝑ ꝑ. fere in exordio. igit̃ aut erit egritudo nãe cõplonalis: aut vnitatis: aut cõpõnalis. ↄñ tia necia eſt a ſufficiẽti diuiſione membroꝝ cõprehenſoꝝ ſub his gñibus: ut pꝫ 2ꝰ tegni ibi. Sña aũt lapſuũ ſunt eadẽ his que ↄtinẽt cõplẽt. Nã in quocũqꝫ naturis tanq̃ ꝑncipijs pficiũtur opationes nãliter diſpoſitis: in eiſdẽ ꝓternãliter uariatis impficiunt̃ opationes. ut colligit̃ etiã 2ꝰ ꝑmi. ſcdo caplo.

Videt̃ aũt ꝙ hec diſpõ nõ ſit egritudo cõpõnalis: eo qꝛ ibi nõ inuenit̃ aliq̃ de egritudinibꝰ que cadẽ poſſint ſub q̃tuoꝛ gñibus egritudinum cõpõnalium. Neqꝫ eniꝫ ibi eſt egritudo ſuperficiei: qꝛ neqꝫ aſpera eſt: neqꝫ nimium lenis ps huius membri. ¶ Neqꝫ iterũ hoc mẽbrum egrotat in figura: qꝛ hoc mẽbrum nõ eſt curuum: tortũ uel diſtenſum ꝓternãliter: ⁊ ſic de alijs. ¶ Adhuc etiã hic nõ eſt egritudo in receptaculo. ꝓpterea: qꝛ ibi nõ eſt receptaculũ aliqđ uentriculus uel cõcauitas manifeſta. ¶ Silr etiã: qꝛ ibi nõ eſt egritudo in via cum in loco illo nõ ſit via manifeſti trãſitus alicuiꝰ corporis de loco ad locum. q̃re hec egritudo non eſt cadens ſub ꝑmo gñe egritudinum cõpõnalium: qđ plaſma noiatur. ¶ Pari etiã rõne deducit̃ ꝙ hec egritudo nõ eſt cõpõnalis in quãtitate diminuta cum nõ appareat mẽbri extenuatio uel cõſumptio manifeſta. Neqꝫ eſt egritudo in quãtitate aucta: quia nõ eſt ibi aliqua ſupaddita particula quãtitatiua: cum nõ ſit ibi tumor: de quo curãdum: ut iam ſcriptum eſt. ¶ Similiter etiã facile ↄuincit̃ ꝙ egritudo iſta nõ eſt cõpoſitionalis cadẽs ſub denoiatione numeri. neqꝫ enim ibi eſt aliq̃ particula uel ſubſtãtia numeralr aucta uel diminuta. igit̃ nõ eſt egritudo in numero. ¶ Poſtremo etiã hec egritudo non eſt in ſitu pro loco capiendo ipm denoianda. neqꝫ eniꝫ ibi eſt aliqđ extra locũ q̃liter ⁊ q̃tum eſſe nõ debeat. Et iterũ: hec egritudo non eſt denoianda egritudo in ſitu ſitum ipm pro colligantia uel ſocietate accipiendo: ut in ꝓcedenti caꝑ plane declaratum eſt. q̃re ex ꝓdictis iã ſatis appꝫ ꝙ egritudo iſta non eſt cadẽs ſub denoiatione cõpoſitionalis alicuius ſpẽrum decem que cadũt ſub ꝑmis q̃tuoꝛ gñibus cõpoſitionalis nãe: qꝛ nõ eſt diſpõ in ſupficie via figura via uel receptaculo cadentibus ſub ꝑmo gñe cõpoſitionali denoiato plaſma. neqꝫ in q̃titate aucta uel diminuta cadẽtibus ſub ſcdo gñe. ſ. ſub q̃titate. Neqꝫ etiã in numero: uel diminuto uel aucto qđ eſt tertiũ genus cõpoſitionalis: neqꝫ in loco per colligantiã que cadunt ſub q̃rto gñe. ſ. ſitu. igit̃ non eſt egritudo cõpoſitionalis. ↄñtia tenet a ſufficienti diuiſione oĩuꝫ egritudinũ cõpoſitionalium que comprehẽdunt̃ ex Auic. 2ꝰ ꝑmi. caplo tertio.

Pari etiã rõne ſcdo ꝑncipalr deduci põt. ꝙ talis egritudo nõ eſt cadẽs ſub ſcdo gñe. ſ. nãe vnitatis. neqꝫ enim ibidẽ eſt ſolutio cõtinuitatis improprie dicta: que dr̃ extenſio uel diſtractio prius q̃ rũpãt. ⁊ ↄtractio aliaꝝ: ut appꝫ. neqꝫ etiã eſt ibi ſolutio ↄtinuitatis ꝓprie dicta. quã Auic. ⁊ reliq auctores noiant ſolonẽ imparis. neqꝫ enim mẽbrũ uel aliq̃ pticula impar eſt facta bipar uel tripar ⁊ ſic de alijs. ¶ Adhuc etiã neqꝫ ibi eſt ſolutio ↄtinuitatis in carne nõ in cute: nõ in neruo: neqꝫ in ligamẽto: panniculo muſculo uel chorda: uena: arteria: nec coſta oſſe uel cartilagine: ⁊ ſic de alijs ibidẽ nõ videt̃ eſſe ſolo ↄtinuitatis. ¶ Contra: qꝛ ibi eſt dolor fortis. ſed ois talis ſeqtur alterationẽ cõplexionis: aut ſolonẽ ↄtinuitatis. igit̃ in mẽbro illo põt eẽ uera ſolo ↄtinuitatis: ſaltẽ ꝓfunda uel intrinſeca: lꝫ nõ apparens. ¶ Dicẽdũ eſt negãdo ↄñtiã. qm̃ nõ ſufficit ondẽ neceſſitatẽ fuiſſe uere ſolute ↄtinuitatis per ꝑntiã uehemẽtis doloris. Ipſius enim cã põt eſſe ſimplex ſubita uel fortis cõplexionis ꝑmutatio abſqꝫ ſolone cõtinuitatis: ut patet ex lr̃a Gal. 2ꝰ tegni loquẽtis ſub nota diſiũctionis dũ dixit. Dolores uõ ſm quẽcũqꝫ incidunt locũ aut ſolutã cõtinuitatẽ: aut ſubitã alterationẽ oñdunt. ¶ Aut etiaꝫ ſcdo dici põt ꝙ lꝫ concederet̃ ibi eſſe ſolutionem ↄtinuitatis. ipſa tñ eſſet improꝓe dicta ⁊ nõ ꝓprie intellecta. videlicet. ſolutio imparis: ut dictũ eſt. quare ſatis clare videtur eſſe tenendum in predicto membro non eſſe ſolutionem cõtinuitatis manifeſta uel proprie dictam.

Cũ igiť Neqȝ hoc mẽbrũ egrotet aliq̃ egritudinũ cõpoſitionaliũ uel vnitatis: ut pbatũ eſt. relinqtur ꝙ mẽbrũ illud neceſſario egrotabit gñe male cõplexionis a ſufficiẽti diuiſione. ¶ Et pᵒ ↄclũo ex p̃cedẽtibᵒ eſt neceſſario deducta. Et lȝ iſta cõcluſio uera ſit: tñ nõ eſt ſufficiens ad cõpletã cognitionẽ uł curationẽ huiᵒ diſpõnis. q̃re opȝ alias pticulariores pmittẽ concluſiones. ¶ Quarũ 2ᵃ eſt hec: ꝙ iſte morbᵒ eſt cõplonalis ⁊ mãlis. Prima ps huiᵒ ↄclũonis ex p̃cedẽti diſcurſu ſatis deducta eſt. Et 2ᵃ pbať. qm̃ ſi talis diſpõ eẽt mala cõplõ imãlis: aut eẽt necio humida calã frida uł ſicca. Sed mala cõplo ſimplex humida per ſe dolorẽ nõ efficit 2ᵒ pmi. cap̃ de cauſis doloris: ⁊ pluries alibi. Ampliᵒ. ſi eẽt malã cõplo frida aut calida tñ: aut ſicca tñ: aut calã ⁊ ſicca: aut frida ⁊ ſicca: tũc necio: aut eẽt ab intrinſeco eueniẽs: aut ab extrinſeco. Et ſi qdẽ eẽt ab itrinſeco aut eẽt paulatine in mẽbro facta: aut ſubito. Sed mala cõplo quelibet illarũ paulatine in mẽbro acq̃ſita nõ efficit dolorẽ. Nõ qdẽ calã: qꝛ de ꝑo illo necio q̃libet ethicᵒ doleret. Nõ frida: qꝛ pari rõne paralitici a friditate iteriᵒ acq̃ſita paulatine facti dolerẽt. Silr ẽt nec mala cõplo ſicca paulatine eueniẽs dolorem efficit: ut patet in ethica ſenectutis in pluribus diſpõnibᵒ maraſmodeis a ſiccitate factis: q̃re nõ poterit eẽ hec diſpõ pueniens a mala cõplone imãli ſimplici uel cõpoſita paulatine facta pueniẽs. ¶ Neqȝ ẽt dici põt ꝙ hec diſpõ ſit mala cõplo ſimplex uel cõpoſita imãlis ſubito facta. Tales eni ſpẽs male cõplonis nõ ponunť ab auctoribᵒ. qm̃ nõ videnť hĩc cauſas pductiuas ipa͞ꝝ: aut ſaltẽ ab aduerſario aſſignari debent. Et ſi forte caderet hoc in imaginatione alicuiᵒ ſpeculatiui difficile eẽt aſſignare aliquã ſpẽm male cõplõnis immãlis de p̃dictis que eãdẽ nõ aſſociaret ſibi mãm. ⁊ tu cõſidera. ¶ Adhuc iterũ oſtẽdiť 3ᵒ ꝙ hec diſpõ nõ eſt mala cõplo imãlis ab exteriᵒ eueniẽs pp plura. Primo: qꝛ eẽt difficile imaginari alicuiᵒ primitiue cauſe cõtinuã applicationẽ ad mẽbrũ per quã ipſum lederet ex cõtinua applicatione obiecti ad organũ tactᵒ. Sȝ ex narratis ⁊ ſcriptis appet ꝙ quicqȝ ⁊ quõcũqȝ organo tactus mẽbri ſui applicet obiectũ frigidũ ſemp pcipiť calidũ. ergo oporteret pmitiuã cauſam cõtinue eẽ exitẽ. q̃̄ videť impoſſibile quo ad eẽ: imo ẽt quo ad imaginationẽ. quare ⁊c. ¶ Ampliᵒ ſi mala cõplo frigida calã uel ſicca imãlis continue eẽt in ↄſeruari depẽdẽs ab exteriori cã: ut aere ⁊ ſilibus oporteret necio ꝙ ſemp nocumẽto huiᵒ triſtis ſenſationis lederet eger: ſed q̃̄ repugnat caſui. igiť. Relinqtur igiť ꝙ hec egritudo nõ eſt ſpẽs male cõplexionis imãlis aliq̃ ſimplex uł cõpoſita: ut patet itelligẽti. ¶ 3ᵃ ↄcluſio pncipalis ponitur ꝙ hic morbᵒ eſt mala cõplexio calida ⁊ ſicca mãlis. Cõclũo iſta pbať. pmo q̃tũ ad pmã ptẽ ex p̃cedẽtibᵒ in pbatione p̃cedẽtis ↄcluſionis adductis. Et pbať ẽt ex hoc: qꝛ per hãc egritudinẽ noceť opatio mẽbri nocumẽto corruptionis. ut pbabitur in ſequẽti caplõ. ſed nocumẽtũ corruptionis alijs paribus ut in pluribᵒ ⁊ q̃ſi ſemp fit a caliditate ⁊ ſiccitate ſic nocumẽtũ diminutionis ⁊ ablationis opationũ fit a frigiditate igiť hic morbᵒ rõnabiliter poni dȝ mala cõplexio calida ⁊ ſicca. patet ↄñia. qꝛ denoiatio morbi ut in pluribᵒ aſſignať ab auctoribᵒ penes efficiẽtẽ cãm mãlẽ. ⁊ minor eſt oĩuȝ auctoꝝ pma tertij. tractatu p̃. cap̃ 6ᵒ. Judiciũ aũt de ſignificatiõibᵒ harũ leſionũ eſt: qm̃ cũ pcedit curſu pmutationis. i. corruptionis ſm plurimũ ſequiť cõplõnẽ calidã ⁊ ſiccã: ⁊ que currit curſu diminutionis ⁊ debilitatis ſm plurimũ ſequiť frigus q̃re relinquiť ṽitas ↄclũonis. Q̃ ò aũt hec mala cõplio ſit mãlis calida. ſ. cholerica pbabiť iferiᵒ in 6ᵒ cap̃ de ſignis ſignificãtibᵒ. ¶ 4ᵃ ↄclũo ſequiť ad p̃dicta. ⁊ eſt ꝙ mala cõplo talis eſt mala cõplo ſanguini acuto cõmixta. Probať ↄclũo ex deductione p̃cedẽtis: qꝛ ſi nõ eſt mala cõplexio calida ⁊ ſicca. igiť ⁊ cholerica. ¶ Itẽ ſi ipa cõmiſceť ſanguini ipa reddit ipȝ cholericũ. ¶ Amplius. hec mala complexio calida fortaſſis nõ cuacuať ab aliq̃ q̃titate aduſtionis: ſiue ſit aduſtio in eadẽ mã cholerica: ſiue ſit in ſanguine acutiori facta: Et tertio iterũ hec ↄclũo pbať iferiᵒ ubi in ſexto cap̃ ponenť ſigna huius diſpõnis rectificatiua. q̃re ⁊c. ¶ Et ex iſtis oĩbᵒ appet ꝙ hec diſpõ reducta eſt ad pticularẽ denoiationem. ſ. ꝙ ipa eſt mala cõplo cholerica in pte illa partim fixa: partim depẽdẽs a cõtinua trãſmiſſione cholerici ſanguinis ab epate ⁊ partibus ſupioribus ut a chili uena ⁊ ſimilibus.

¶ De ſpecie leſionis que ab hac diſpõne pduciť. Cap̃. iiii.

Iam igitur Patet ex p̃cedẽti cap̃ ꝙ oportet declarare que ſpẽs leſionis ſit hec q̃ tactu patiẽtis huius nobilis oẽ frigidũ calidũ pcipiť. Ex quo fundamento appebit p̃cedẽtis caplĩ ⁊ ueritatis ipſiᵒ itellectᵒ amplior: et erit via ad iueniẽdũ curationis pncipiũ ⁊ inſtrumẽta idonea. ¶ Leſio igiť uel nocumẽtũ in opationibᵒ ab auctoribᵒ aſſignatũ triplex eſt. ſ. diminutionis ablationis mutationis uel corruptionis uel mediocris leſio: ⁊ iſtis uarijs noibᵒ ut appebit opationũ leſiones uel nocumẽta ab auctoribᵒ aſſignata ſunt. ¶ Dĩ aũt nocumẽtũ in opationibᵒ diminutio multipliciter: ut qñ opatio exẽpli grã trãſmutãdi ſanguinem in alimẽtũ. que eſt ipſiᵒ cõuerſio in humiditates ſecũdas diminuta eẽt in digeſtione uel decoctiõe. vbi grã. Si ſanguis qui debet eẽ alimẽtũ carniformiũ partiũ cõuertať in pmam humiditatẽ de ſecũdis: aut tertiã uel quartã: ita ꝙ in gradu caloris inueniať humiditas ſecũda uariata reſpectu caloris carnis. ¶ Aut do ſecundo dĩ diminuta opatio talis. ut ſi penes groſſitudinẽ in ſubſtãtia que quãtitatis eẽt diminute igroſſať ſanguis uel humiditas. aut qꝛ aquoſa. ¶ Aut tertio diminuta diciť. ut ſi digeſtiua potẽtia fortis exiſtẽs ad trãſmutãdũ ſanguinẽ in humiditates ſecũdas. in q̃nque horis grã finis predicti nõ poſſet hñ ppter debilitatẽ illũ ſanguinẽ cõuertere in ſeptẽ uel octo horis. Unñ ſiue ſanguis in humiditates ſecundas diminute coctus a ṽtute diminute trãſmuteť reſpectu gradus. aut reſpectu tpis ad hãc trãſmutationẽ idonei. totũ hoc nocumẽtũ ſub leſione opationis noiata diminuta poni debet. ¶ Etiã iterũ huic tali nocumẽto inueniť aliud contrariũ nocumẽtũ per viã itẽſionis nominatũ. Nõ enim eſt inconueniẽs. ut ſi nocumẽtũ in opationibᵒ aſſignať per ſpẽm diminutionis. ẽt in eiſdẽ opationibᵒ aſſignari poſſit nocumẽtum per itẽſionẽ. Et hoc qdẽ nocumẽtũ itelligať per cõtrarietatẽ ad p̃dicta oĩno. ut ſi gradus coctionis trãſcẽderet ↄueniẽtiaȝ ad trãſmutãdũ ſanguinẽ in humiditates ſcõas pportionatas nutrimẽto carniformiũ. ut qꝛ in gradu cõplonali excederent humiditates ſecũde. excederẽt caliditatẽ carniformiũ mẽbrorũ. aut mõ ſubſtẽtie groſſiores ⁊ magis cõpacte redderentur aut in tpe minori multũ excoquerenť. pȝ ꝙ in opatione tranſmutatiua ſanguis in humiditates ſcũdas carniformibus mẽbris cõueniẽtes eẽt nocumẽtũ. Et nõ qdẽ per modũ diminutionis: ut paulo añ appuit. ergo per modũ itẽſionis ſic declaratũ eſt. ¶ Forte aũt ex p̃dictis videreť iſurgẽ dubitatio. ſ. ꝙ nõ in cuiuſcũqȝ mẽbri opatione nocumẽtũ ↄtingi poſſet per viã itẽſionis. ſic pȝ de opatione viſiua fuiſſe de mẽte Auicẽne 3ᵒ tertij. cap̃ 2ᵒ. Uoluit eni ibi ſupfluitatẽ in viſiõe depẽdẽ ab eq̃litate oculi. ⁊ tu ↄſidera hic. qm̃ fortaſſis a tẽpamẽto oculi nõ põt puenire exceſſus in tẽperata viſione: niſi per ſuperfluitatẽ vidẽdi in oculo tẽperato itelligereť pfectior opatio: que repiri poſſit in latitudine tẽperamẽti que repireť in oculis extremis tẽperãtie poſitis. pfectiſſimũ enim in tẽperie ſupfluũ denoiari põt reſpectu extremorũ tẽperiei. ¶ Ex quibus oĩbᵒ in vnũ collectis videri põt ꝙ nõ ois opatio diminuta diciť eſſe leuis ſm intẽtionẽ Gal. ſecũdo tegni ubi dixit. ꝙ noceť opatio tripliciter. ſ. leuiter. i. diminute. ut oẽs exponũt. Opatio enĩ per intẽſionẽ aſſignata nõ eſt leuis. i. diminuta ſed intenſa eſt. ut deductuȝ eſt. quare ⁊c. ¶ Et ex hoc fundamento patet manifeſte ꝙ operatio tactiua huius nobilis per quam comprehenditur frigidum ex impreſſione calidi non eſt diminuta. Oporteret enim ꝙ obiectum intenſe calidum perciperetur remiſſe tale. ut intenſe tale que ſub nocumento diminutionis operationum includuntur ut deductum eſt. ¶ Ita aũt ⁊ nũc iterũ ingrere oportet. q̃lis ſit hec nocumẽtũ

in opationibus ſpēs. Neqꝫ ēt dici pōt q̄ ſit ablata:qm̄ nocu
mētū ablatiōis tollit pſentiā actualitatē uel eſſentiā operatio
nis. Quod igiſ hic ſit opatio ſenſitiua pbaſ:qꝛ pcipit obiectuꝫ
imprimēs:ergo non eſt ablata ſenſatio membro.ergo nō po
teſt dici operationem ſenſus ab eo ablatam eſſe. ¶ Quare
cum nocumentum in operatione huius mēbri non ſit p viā
intenſiōis:aut diminutiōis aſſignabile.ut paulo an̄ deductū
eſt. Neqꝫ ēt p viā ablationis ſenſus:ut nūc pbatū eſt. Relinq
tur ergo q̄ nocumētū in opōne ſenſus in mēbro huius viri
erit corruptio denoiandū.ꝯña nec̄ia eſt a ſufficienti diuiſio
ne oium modoꝝ nocumēti uel leſionis que aſſignanſ in mē
bris tripl̄r.ut 2° tegni. Noceſ aūt opatio tripl̄r aut leniter.i.
diminute:aut mediocriter.i.corrupte.ut declarabiſ.aut oio
nō fit.i.auferſ. ¶ Eſt aūt nocumētū corruptiōis in opōnib⁹
ab auctorib⁹ aſſignatū:p qd̄ formale in opōnib⁹ que colter
hūane ſpēi ꝯueniūt pmutaſ.hoc āt itaqꝫ eſt:ut p modū actio
nis mēbroꝝ puenitaſ ad pmutationē ſpecifice denoiationis
in opōnibus. Ubi gr̄a.ſicut ſi ſtoma epatis cū temperamento
ſuo trāſmutare debens chilū in maſſam ſanguineā ptes chi
li ſua caliditate ꝛ humiditate mediocri fluxibilitate ꝛ aereitate
ꝛ vnctuoſitate aptas ꝯuerti in ſanguinem tranſmutaret in
fumoſitates:uelut frequenter fit in tympanite:aut in aquoſi
tate uelut aſcite:aut in ſanguineꝫ aquoſum flegmaticum ve
lut in hypoſarcha. Talis eni tranſmutatio eſt actio.igiſ opa
tio:ꝛ non ablata:ut patet:neqꝫ diminuta uel intenſa:ut dedu
ci poteſt ex p̄dictis.igitur denominatur corrupta. Et cā eſt:
qꝛ ſicut in uera corruptiōe fit trāſit⁹ a denoiatione vnius ſpēi
ad alterā:ita ꝛ in hac.ptes enim in chilo aſſignate diſpoſite
erāt tranſmutari in ſanguinē:ſed fuerūt trāſmutate in aquo
ſitatē aut in fumū uel aliā ꝯſileꝫ ſubſtātiā:ḡ fuit in obiectum
illud facta trāſmutatio corruptiua p quā deuentū eſt ad trāſ
mutationem ſpecifice denominationis illius. ¶ Ex quo ap
paret q̄ talis opatio oino dī ex toto gn̄e pter nāꝫ. gn̄alr enim
uerificaſ q̄ hec eſt pter nām toti hūane ſpēi ꝛ cuilibet indiui
duo ipſius.ſ.q̄ ptes laudabiles chili que debuiſſent ꝯuerti
in ſanguinē laudabilem conuerſe ſint in fumuꝫ aut aliā māꝫ
corruptā. Et forte ex hoc fundamento quis facile deducere
poterit:q̄ hec opatio noiaſ etiam corrupta:qꝛ tendens in cor
ruptionem uel p̄parans ad corruptionem membri illius cu
ius eſt opatio corrupta. Raro enim cuꝫ tali corrupta opōne
opa tis imaginari poſſumus epar diu perdurare quin corrū
paſ:imo ꝛ indiuiduū totuꝫ:quare merito denoianda eſt opa
tio corrupta ſignificatiue:qꝛ ſignificat mēbri uel totius cui⁹
eſt opatio corruptionē:ꝛ in conſidera q̄ hoc dī eſſe rōnabile
eo qꝛ nocumentū corruptiōis in operationib⁹ eſt deteri⁹ no-
cumentum q̄ꝫ diminutionis opōnū alijs parib⁹. Nocumen
tum enim diminutionis opationum non ita faciliter aut ci
to tendit uel p̄parat ad corruptionem alijs paribus ſicut no
cumentum corruptionis preparat ad illaꝫ. ¶ Et ex hoc fun
damento itez intelligi poteſt:quare nocumentum corruptio
nis in opōnib⁹ tam varijs denoiationib⁹ ab auctoribus de
noiatum ſit.noiaſ enim mutatio uel permutatio propter trāſ
ſitum ad alteram ſpecificam denoiationeꝫ:ut viſuꝫ eſt. Neqꝫ
enim in nocumēto diminutionis iſte fuit trāſitus. ¶ Cōtra
ex hoc fundamento vī eſſe deducendum q̄ nocumentum
ablationis opōnū denoiari dꝫ nocumētū corruptionis.pba
tur ꝯña:eo qꝛ ſicut per nocumentū corruptionis fit tranſit⁹
in alterā denoiationem ſpecificam. Ita p nocumentū abla
tionis fit tranſit⁹ in eādē.ḡ vnū illoꝝ nocumētoꝝ non differt
ab altero:negāda eſt ꝯña illa. Et dicendū eſt q̄ oē nocumen
tum corruptionis in opōnibus p̄ſupponit entitatē uel pūtā
opōnū. Sed nocumētū ablatiōis excludit oēꝫ opōnē:q̄re ꝛc̄.
¶ 2° appꝫ.q̄re a Gal.hoc nocumētū corruptionis denoia-
tū ſit mediocre:qꝛ vī mediū tenē inter ablatiuū eē opōnuꝫ ꝛ
diminutiuū eē ipſarū. Eſt eni in corruptione pūtialr opatio
mēbri:pp qd̄ diſtinguiſ ab ablatione:vnde non eſt tātī nocu
menti potentiuū nocumētum corruptionis ſicut ablatiōis.
Neqꝫ eſt ita leue ſicut nocumentum diminutionis:imo eſt
fortius illo:ut apparet ex p̄dictis. Igiſ erit mediocre inter illa
duo nocumenta:qd̄cūqꝫ enim nocumentū in opōnibus re-
miſſius eſt peſſimo:ꝛ intenſius leuiſſimo mediocre denoiari
dꝫ:quare bn̄ dixit Gal. Noceſ opatio mediocriter ꝛc̄.ꝛ hec
fuit cā pp quā Auerrois 3° colliget.cap̄ de accidētibus ſuper-
uenientibus virtuti nutritiue. Nocumentum corruptionis in
opōnibus oium mēbroꝝ noiauit permutationem ad malas
opōnes:ut ibi clare colligi poteſt dum dixit. Leſio que ſupue
nit uſr opōnibus membroꝝ ꝛ paſſionib⁹ eoꝝ eſt trib⁹ modis.
Unus eoꝝ eſt ut opatio membri ceſſauerit:ut ſint propinqua
pūcto priuatiōis. Scd̄s eſt ut ſit diminuta a ſuis nālib⁹ opō-
nibus. Tertius eſt ut ſit pmutata ad malas operationes.vi-
de qꝛ corruptionem denoiauit reſpectu diminutiōis. Et eun
dē ſermonē ptulit p cāticoꝝ Auic.cantico 115° dū dixit. Egreſ
ſus nālis opōnis a diſpōne ſua eſt triplex.ipſi⁹ debilitas:ipſi⁹
ablatio:ꝛ ipſi⁹ pmutatio. ¶ Itaqꝫ ex oib⁹ hī collectis adinui
cē deducenda eſt ꝯcl̄o talis. Quod nocumētū in opōne ſenſus
tactus ptis patientis in iſto nobili denoiari dꝫ ſpēs leſionis
corrupte:neqꝫ eni diminuta uel intenſa neqꝫ ablata ut iā p-
batum eſt:igiſ neceſſe eſt ipſam eſſe corruptā.ꝯña nec̄ia eſt
a ſufficiēti diuiſione oium ſpēꝝ leſionis in tria mēbra iam de
clarata. Hec quidem iam facile ex predictis intelligi poſſunt.

Sed iam nunc nō minoꝛ iſurgit diff.cultas in aſſi
gnando modū quo p ſpēꝫ male cōplonis
particularis illius ꝯtingat q̄ obiectū calitatē imprimēs in mem
brū illud a potētia tactus pcipiaſ fridū:ꝛ ecōuerſo.ſ.q̄ obie
ctū fridū pcipiaſ calm̄. Neqꝫ eniꝫ ſaluari pōt ex pte obiecti
omne enim tale imprimens in mēbrum taliter ipſuꝫ alterat
qualiter ineſt ei altera in potentia uel in actu:ſed obiectū eſt
calidū actu:ergo taliter imprimit in membruꝫ. ¶ Amplius
hoc non vī poſſe defendi ex parte membri:qm̄ ipſum iam eſt
alteratum ad caliditatē:ergo per illam non poteſt apprehen-
dere obiectum ſub ſpecie frigiditatis. ¶ Et 3° iterū arguiſ:
qm̄ dato q̄ obiectum ſit actualiter calidum:ꝛ membrum ēt
calm̄ non inuenit ibi aliqua qualitas accitalis uel accitta
liter faciens ad pmutandū mēbrū ad frigiditatem per quam
obiectū calidū uidereſ frigidum:igiſ etiam ex parte accita-
lis impreſſionis non poteſt hoc ſaluari. ¶ 4° iteruꝫ ad illud
arguiſ: qm̄ ſpēs calitatis impreſſe ab obiecto in membruꝫ
non repitent niſi calitatē ꝛ mēbrum ſufficienter recipit im-
preſſiones illius.ḡ de nēcītate repitabiſ in eo calitas ꝛ non
frigiditas. ¶ Ad hec oia rñdendū eſt dando modū quo ꝯtin
gē poſſit ad ipreſſionē obiecti cali repitari in mēbro ſenſatio
nem fridā. Et primus qdē modus eſt cum occurrit membro
obiecti calitatē imprimēs videaſ ꝯcurrē cāe calitatis in mē
brū imprimētes. Prima qdē ex pte obiecti qd̄ calefaciēdo in
primit.2° do ex pte male cōplonis ſentis qua egrotat mem-
bri:pp que duo cū mēbruꝫ calefit notabil̄r rareſcit ēt magna
ſpūum q̄ntitas ꝛ pcīū calaꝝ ab eo reſoluiſ ꝛ euaporat partes
igiſ eēntialr fride p reſolonē iā in mēbro aſſignataꝫ ad quā
ſequitur friditas p̄uatiua:pūt friditatē ſuā in organum ſen-
ſus tactus imprimē:eo qꝛ maioꝛ tunc vī pportio inequalita
tis mēbroꝝ fridoꝝ ad infridandū q̄ obiecti ꝛ male cōplonis
iam dicte ad calefaciēdū.igitur pro tunc in mēbro pcipitur
impreſſio eoꝝ:que a pportione maioris inequalitatis agunt in
mēbrū:ſed illa ſunt mēbra frida ut oſſa ꝛ cartilagines panni-
culi flegmatice ꝛ melice ptes.igiſ in membro percipietur fri
ditas. Tunc igitur membrum impreſſionem a re calefacien-
te percipiet ſub ratione frigiditatis. ¶ Contra:qꝛ data iſta
reſponſione ſequitur q̄ hec operatio nō debet denoiari cor
rupta.pbaſ:qꝛ tal̄r mēbrum percipit qualiter ab agente in
ipm̄ imprimiſ uel ab agentib⁹:ſed agentia imprimunt infri
dando:ut iam dictū eſt:ergo potentia tactiua:tunc nō appre
hendit corrupte:imo pfecte ꝛ ꝯuenienter:qm̄ apprehendere
corrupte eſt apphēdere aliqd̄ ꝯtriū uel q̄ nō eſt de eſſentia im
primentis.ut ex precedentibus apparere poteſt. ¶ Ad hoc
motiuū ꝛ ſibi ſilia dicendum eſt.q̄ opatio mēbri in caſu aſſi
gnato ꝛ in mō dato poteſt dici conueniens ꝛ bona: ꝛ poteſt

diciē corrupta reſpectu diuerſoꝝ.eſt enī ꝯueniens ſiquentiꝫ frigide ptes mēbri in organū tact⁹ friditatem iprimēdo a potentia tactiua pcipiunſ frid e:ſed eſt corrupta inq̄tū impſſio in mēbrū ꝯſecuta eſt ⁊ ad obiectuꝫ imprimēs calefaciēdo potentia ergo tactiua calitatē ab obiecto impreſſam pcipit ſub rōne friditatis per accñs:quare merito corrupta noiatur. ¶ Alter modus ſoluendi ad p̄dicta motiua q fere reuertiſ in idē eſt cū ſit ab obiecto calefaciēte impreſſio in mēbrū pp magnā raritatē in mēbro acqſitā ⁊ reſolonem ⁊ debilitatem aer circūdās mēbrū fridus ex̄ris imprimē pōt in mēbrū mō ſupius aſſignato:q̄re potētia tactiua pcipit impreſſionem friditatis aeris:cuius cā fuit calitas iam impreſſa ab obiecto ⁊ a mala cōplone cala ſit. Hec tñ ſolo finalr vī tendere in p̄mā ⁊ tu ꝯſidera:qꝛ ſatis difficilius eſt reddē cām q̄re obiectum calidū imprimēs pcipiatur fridū q̄ q̄re fridū pcipiaſ calidū. Nā facile ad hoc 2m rñderi poſſet capiēdo p̄ncipiū p antipiſtaſim:⁊ que ſequunſ ad illā:⁊ ſic facile ſolueretſ problema.ſ. quare vir iſte q̄tū ad ſenſum tactus ex approximatione obiecti frigidi calitatē pcipit. Mala eni cōplo cala a ſuo ꝯ̄rio qđ effugit p accñs ⁊ violenter fortificata uel aucta repñtat organo tactus ſpēs calitatis ſubito ⁊ uehementer imprimētis.pp qđ frigidū obiectum percipitur calidum:⁊ tu ꝯſidera. ¶ Ex quib⁹ oīb⁹ appet iam ſatis mediocriter ſatiſfactum eſſe ad mām capli tertij.ſ.que ſit nocumēti ſpēs in mēbrū huius nobilis viri iā impreſſa.⁊ que ſint eius cāe ⁊ forma ⁊ modus aſſignandi hanc ſpēm corrupte ſenſationis organi tactus eius. Adde autem aliter niſi tibi placet.

¶ De potentia uel v̄tute cui hec diſpō attribuēda ſit. Cap.v.

Et aūt clarius ⁊ paruper ſubtili⁹ hui⁹ diſpōnis mā apiaſ:iā oꝫ ꝯ̄ingrē cuius v̄tutis hec ſenſatio triſtis ſit paſſio appropriata uel denoianda. ¶ Iā eni p ſpeculatores in hac mā due euidētes ſūt opiniōes. Et vna qdē ponit q̄ triſtis ſenſatio in mēbrū impreſſa ab obiecto eſt paſſio v̄tutis appetitiue mēbri patiētis cū mēbro ſenſationis bñ diſpoſito.occurrit obiectū potens ad imprimēdū ſubito.⁊ ſm ꝯ̄rietatē ⁊ mālr ultra impreſſionē hāc ab organo tactus appreh̄ēſaꝫ cauſaſ uel pducitſ in mēbro ſenſatio qdē per quā apprehenditur illa impreſſio ſub rōne triſtis ⁊ diſcōuenientis:⁊ ad iſtam ſeqtur triſtitia que qdē non eſt aliud formalr q̄ appetitus mēbri ad effugiendū hanc diſpōnē ⁊ non pſiſtēdū in illa que triſtitia iā dicta formalr eſt dolor in mēbro pceptus. Et ipſe qdem talis non vī aliud q̄ actus ſenſationi tactiue ſuperadditus. Ex qbus appet q̄ ſm modū iſtū oīs triſtis ſenſatio doloroſa in mēbrū impreſſa eſt actus tactui ſupadditſ appropriādus potentie appetitiue mēbri ad effugiendum ipſum.

Et ex hac qdē phyſica poſitiōe multa pñt ꝯſeq correlaria. ¶ Primū qꝛ uera cuiuſcūqꝫ doloris curatio eſſet illius appetitus mēbri ad effugiēdū tale nocumētū ablatio uel pmutatio. ¶ 2m q̄ in cura cuiuſcūqꝫ doloris prima ⁊ principalis intentio deꝫ eſſe ad virtutem mēbri in quo eſt appetitus talis:⁊ non ad membra tactus uel ſenſationis. ¶ Et 3m correlariū eſt:q̄ uera ⁊ propria curatio cuiuſcūqꝫ doloris p̄ciſe eſt deletiue ſenſationis impreſſio ⁊ non alicuius qualitatis de primis uel de ſcđis inductio uel pductio in membro. ¶ Et 4° ex hoc itelligi pōt quare delectatio in aīam ipreſſa ut cū inſtrīs muſicalib⁹ ⁊ amenis uocib⁹ ⁊ delectabilib⁹ ut cātu amene uocis v̄ginee ⁊ reliq̄ taliū uere ſunt dolorem ſedātia: eo qꝛ delitiā inducūt triſtitie in mēbris impreſſe remotiuam Et legi pñt hi ſermones 4° p̄.cap penultio in fine vbi inquit Auic. Et dulcis cānicus.⁊ pp̄e eū ex ea pvocaſ ſomnus ⁊ de eiuſ ꝑti in eo qđ p̄miū efficit doloris uehementiam ſedat. ¶ Et 5° iterum ad hanc pōneꝫ ſequiſ q̄ nullum inſtrm calidum inq̄tū alteratiuū.uel fridū inq̄tū repulſiuū uel ingroſſatiuū:aut ſiccū māeꝝ ꝯſumptiuū:aut cōpoſitū ex his ut anodinū noiatum medicamen doloris abſciſſiuū in cōcreto uel abſtracto intellectū pprie ⁊ uere deꝫ noiari doloꝝ curatiuum per uerā ꝯ̄rietatem. Neqꝫ enim appetitui membri ꝯſiderantis effugē nocumentū ⁊ nō pſiſtē ſub illo uere ꝯ̄riaſ calidum uel fridum. Neqꝫ aliud calidū ſimplex:uel cōpoſitū per uerā cōtrarietatem quā hēat ad mēbra.uerum eni ꝯ̄pꝫ ꝯ̄trarietatē ad talē triſtitiā hēt delitia:⁊ plurima taliū iſtis addēda ſunt. ¶ Et ſequiſ iterū ultimo ex fundamento iſtius opiniōis.q̄ nullū medicamē narcoticū itez eſt uere doloris curatiuum: imo forte illius inductiuū per accidens: eo qꝛ ſenſationem a membro aufert aut notabiliter diminuit.

Quia tñ poſitio iſta ualde multū eſt ſpeculatiua a medicinali via elōgata nō multū vī utilitatis cōferre in ſcīa medicine.quare poti⁹ ab ea recedēdū eſt uelut dō phyſica:⁊ in mā libri de aīa eſſus finē amplianda. ¶ Ideo ſequendo cōem medicoꝝ opinionē dicēdū eſt q̄ dolor ⁊ quelibet triſtis ſenſatio eſt paſſio v̄tuti ſenſitiue ſenſu tactus appropriata. Hec qdē ꝯclo multis pōt auctoritatibus declarari:⁊ rōnibus q̄plurimis affirmari. ¶ Et p̄ qdē eſt auctas Auic.2° ſexti nālium.cap 3°.ubi deſcribendo tactū incipit. Tact⁹ eſt vis.ſ.potētia ordiata in neruis cutis toti⁹ corpis ⁊ eius carnib⁹ ad appr̄ehēdēdū id qđ tāgit illud.ſ.corp⁹.⁊ affectas ꝯ̄rietatem pmutātē cōplonē ⁊ affectionē cōpōnis.Vide q̄ ponit tactū eē potētiā in mēbris ſenſus:⁊ patet q̄ loquiſ ibi de ſenſu exteriori.oīs aūt appetitus eſt reponēdus ſub interiori ſenſu.q̄re ⁊c̄. ¶ 2° iterū appet hoc idē eſſe uerū ex eius aucte ibidē vbi ingt.q̄ tactus eſt primus ſenſus in hoīe ⁊ in oī aīali terreno. Sed in hoīe aliqñ inueniſ ⁊ nō inueniſ potētia interior appetitiua talis que hñ demſari poſſit:ut in embrione fortaſſis declaraſ.aut in apopleſia.aut melius in uera freneſi uel in ebriete. In talib⁹ eni opōnes ſenſuū interioꝝ ipedite ſūt.⁊ in plurib⁹ earū tact⁹ uel ei⁹ opō nō eſt ipedita.igiſ tact⁹ potentie tactiue mēbri pceptiue ſenſus exterioris appropriādus. ¶ Et hoc iterū declarari poteſt ab eodē Auic.ex pprietatibus tactus dum dicit q̄ de pprietatibus tactus eſt q̄ tota cutis que circūdat totū corp⁹ eſt ſentiens per tactum ⁊ non vna ſola eius ps. Si igiſ tota cutis ſentit per tactuꝫ vī mirabile q̄ tactus appropriari debeat potentie tactiue appetitiue que non vī eſſe concomitans toti corpori. ¶ 4° contra predictam poſitionem arguitur ex ſnīa Ariſtotel. 2° de aīa. qui ponit q̄ tactus cōſiſtit in debita ppōtione qualitatū primarum.pp qđ opꝫ refractā eē cōplonē mēbri uel organi tactus ita ut quodāmō mediū exiſtat inter excellentias qualitatum p̄dictarū:ut pꝫ 2° de aīa.cap de tactu.ubi inquit. tanq̄ ſenſu in medietate q̄dā exiſte in ſenſibilib⁹ ꝯ̄rietatibus.pp hoc eni diſcernit ſenſibilia:mediū enim diſcretiuum eſt.fit enim ad utrūqꝫ ipſoꝝ alterū extremorū. Sed tale medium uel temperies non vī attribui poſſe appetitui:quare dolor non vī eſſe paſſio appetitus ⁊c̄. Amplius poſſibile vī non ſoluꝫ quo ad imaginationē ſed ēt quo ad eſſe mēbri ſeruari appetitū quem ponit p̄dicta poſitio. Sed impoſſibile eſt aīal viuens eſſe ſine ſenſu tactus.igiſ ſenſus tactus vī rōnabilius debere poni pceptiuus talium excellentiarum.per quē ēt mēbrum effugiat illas.ꝯntia vī eſſe nota.⁊ colligiſ 3° de aīa uerſus finem.ubi uoluit philoſophus dari eſſe ſenſum tactus aīalib⁹ ad fugiēdū nocitiua ⁊ pſequēdū iuuatiua.⁊ minor colligiſ ab eo 2° de aīa.ultimo cap.ubi inquit. Sine ſenſu enim tactus monſtratum eſt.quoniam impoſſibile eſt eſſe animal. ¶ 3° iteruꝫ ad idem arguiſ:qm̄ ſi per ſolā ſenſationeꝫ ſenſus tactus ſaluari pōt q̄ mēbrum incliniſ ad euitandum impreſſionem rei ꝯ̄trarie ſubito ⁊ uehementer imprimentis:nō vī neceſſarium ponere triſtitiā illā que eſt appetitus non pſiſtendi ſub diſpōne illa:qm̄ fruſtra vī appetitum multiplicari poſtq̄ ſaluari poteſt per ſenſum tactus ut dictum eſt:ſic non vī ponendus eſſe appetitus ille uel triſtitia iam predicta. ¶ 4° iterum arguiſ.qm̄ ſenſus tactus multiplicaſ multiplicatione obiectorum imprimentium ſm excellentias qualitatum ſenſibiliuꝫ ſ.calitatis friditatis ⁊c̄.ſed talis triſtitia uel appetitus non multiplicaſ multiplicatione talium obiectoꝝ.maior patet 2° de aīa.cap de tactu.ſunt quidē ſ.qualitates que tāgi pñt diffe corporis ſm q̄ eſt corpus. Dico autem diuas quibus elementa

determinant calidū frigidū ſiccum ꝛ humidū ꝛc. Et minor ꝓbatur.q: potētia appetitiua predicta nō multiplicatur multiplicitate obiectoꝝ calidoꝝ frigidoꝝ ꝛ ſimilium. ℂ 5° iterū cōfirmatur.qm alij ſenſus ſentiunt per alterū.ſolus aūt ſenſus tact⁹ ſentit per ſeipſum.ſed appetitus ſentit ꝛ nō eſt tact⁹ ꝗ per alterū.ꝛ nō niſi per alterū actū.ꝗ ſenſus tact⁹ nō eſt ſentiēs ꝑ ſe abſq3 appetitu.maior colligit 2° de aīa.ultio capˀ. Et minor pꝫ.q: talis appetit⁹ quē ponit illa potētia eſt ſenſus ſentiēs ꝛ nō per ſe niſi inq̄tū potētia ſenſitiua ſenſu tact⁹ apprehēdit impſſionē.igiꝰ ꝛc. Ampli⁹ ſi ſēſus tact⁹ patiꝰ ab obiecto uehemēter ꝛ ſubito ipͥmēte ſꝫ ɔ̄rietatē.ꝗ uel aliqd ꝑcipit uel nō.ſi nō ꝑcipit:ergo ſequiꝰ ꝙ mēbrū nō debet dolere. Si vō percipit hanc impſſionē:ergo dolet.patet ɔ̄ntia cum talis impreſſio ſit ɔ̄traria ſubito ꝛ uehemēter impͥmēs.ergo non videꝰ neceſſariū ponere illū appetitū.quare ꝛc. ℂ Quare ex ołbus iſtis aggregādo videꝰ ɔ̄formi⁹ loquendo mēab⁹ auctorum ponere qdē ꝛ tenere ꝙ dolor eſt triſtis ſenſatio rei cōtrarie ſubito ꝛ uehemēter impͥmentis appropͥata potētie mēbri in quo eſt dolor ſi membrū illud ſenſibile fuerit.ꝛ hec de capitulo quinto ita iam ſuccincte poſita ſufficiant.

ℂ De ꝑticula cui hec diſpō ēēntialiter attribuēda ſit. Cap. VI.

IAm nūc videꝰ neceſſariū eſſe ꝑ determinatione ſexti capituli declarare.cui ꝑticule hec ſenſatio triſtis attribuenda ſit. Iaꝫ enim apparet ex pͥmiſſis ꝙ opottet organum tactus ſe habere ſm mediocritatē in temperātia qualitatū ſenſibilium igitur nō videtur ꝙ mēbrum hanc ſenſationē habēs debeat eſſe os cartilago uel neru⁹.ꝓbatur ɔ̄ſequētia.q: talia mēbra ſunt frigida uel ſicca elongata a temperie inter excellētias q̄litatū iam dictarum.igitur ꝛc. Itē pari ratione argueretꝰ ꝙ caro non debet eſſe organū tactus:eo q: reſpectu medij generis ſ.cutis poniꝰ eſſe calide cōplexionis ꝛ humide.q̄re ꝛc. ℂ In hac aūt materia uarie ſunt inuente ſapiētū diſcolie. Quidaꝫ enim poſuerūt organū tactus eſſe carnē.ut patet ex ſententia Ariſ. 2° de partibus animaliū.capˀ 2° de tactu in tranſlatiōe arabica dū inqt. Inſtrumentū ergo ſenſus ultaꝝ rerū.ſ.q̄litatū tangibiliū eſt ex carne.que non eſt alijs.ſ.membris. vide ꝙ clare vult carnem eſſe organum tact⁹. ℂ 2° vō hoc videꝰ eſſe de intētione ipſi⁹ eodē capˀ ubi inqt.ꝛ iſte.ſ.ſenſus tactus de eo ſingiꝰ:ꝙ ſentit multis modis diuerſis ꝛ ɔ̄trarijs:ut calidū ꝛ fridū ꝛ humidū ꝛ huiuſmodi. Inſtrm ꝗ ſenſus iſtarū reꝝ eſt ex carne magis ꝙ̄ ex alio. ℂ 3° vō iteꝝ eſt auctas ei⁹ in 2° de ꝑtib⁹.1° capˀ dū inqt. Et inſtrm ſenſus tact⁹ eſt hoc mēbꝝ ſ.caro. Et mēbꝝ hoc ɔ̄ueniēs eſt illi:ut alijs aīalib⁹. Iſtud ergo mēbrū hēt ſenſuꝫ tact⁹.ꝛ eſt ꝓncipiū iſti⁹ ſenſus ſicut dicimus ꝙ pupilla oculi eſt ꝓncipiū ſenſus viſus.ſ.organuꝫ.qm̄ opatio uel depuratio viſus eſt in eo. ℂ 4° iterū eſt Ariſ. auctoritas ꝓ de hyſtorijs aīaliū.6° capˀ.inqt eni ibi. Sēſus ꝗ tact⁹ eſt in mēbro cui⁹ ptes ſunt ſileo.ſ.in carne uel in alio ſibi ſimili. ℂ 5° vō auctoritas ei⁹ eſt 3° hyſtoriaꝝ capˀ de cute inqt Coriū.i.cutis caret ſenſu cū abſcindiꝰ:ꝛ ꝓcipue coriuꝫ capitis.qm̄ in illo loco inter coriū ꝛ os non eſt oīno caro. Uide ꝙ̄ clare philoſoph⁹ vult nō poni ſenſum tact⁹ in aliquo mēbro qđ exiſtat ſine carne. Plures ēt auctoritates hāc opinionem philoſophi ſonātes colligere potuiſſem per magnū ꝓceſſum xix. libroꝝ de aīalib⁹:ſed iſte ad pñs ſufficiāt. ℂ Hāc ēt opinionē ponentē carnē eē organū tact⁹ ſecuti fuerūt Alexander ꝛ Themiſti⁹ ut ipōnit eis cōmētator 2° de aīa.cōmēto.16.109 ꝛ.116.lege ibi. Fuerūt aūt que induxerūt hos illuſtres ad affirmādū opinionē hāc motiua plura. ℂ Primū.q: ſi caro non eſt organū tactiue potētie tunc forma carnis non eēt virt⁹ organici corpis.qđ eſt cōtra diffinitionē aīe. Que eſt act⁹ corporis organici phyſici ꝛc.ꝛ ꝓbaꝰ ɔ̄ntia.q: ex poſitiōe aduerſarij caro nō eſt organū tact⁹.igiꝰ forma carnis nō eſt potentia organica carnis ꝛc. ℂ 2ᵐ vō eoꝝ motiuū fuit.q: ſequitur ꝙ organū tact⁹ ꝛ guſt⁹ eēnt diſtincta ɔ̄tra ſniam philoſophi 2° de aīa.textu cōmētu.112. Lingua eni oīa que tāgi pñt ſentit ſm eādē grē ꝛ humorē.ꝓbaꝰ ɔ̄ntia.q: lingua eſt organū alicui⁹ ſenſus:ut patet expimēto ꝛ nō niſi guſt⁹.igiꝰ organū tactus ꝛ guſt⁹ ſunt diſticta. ℂ 3ᵐ motiuū eſt.q: ſequereꝰ ꝙ in lingua nō fieret immutatio a q̄litatib⁹ tāgibilib⁹:ut caliditate frigiditate ꝛ alijs. Et arguiꝰ ɔ̄ntia:q: lingua ex aduerſario non eſt organū tact⁹:igiꝰ nō pōt immutari a q̄litatib⁹ tangibilibus ꝑdictis ꝛ falſitas ɔ̄ſequētis appet expimēto. videm⁹ eniꝫ linguam a caliditate frigiditate ꝛ ſingulis q̄litatibus immutari ℂ 4ᵐ motiuū eſt.ꝙ ſi caro nō eſt organuꝫ tact⁹ uel eſt os uel neru⁹ ligamentū pāniculus uel ꝓportionale iſtis.ɔ̄ſequentia a ſufficiēti diuiſione omniū medioꝝ tenet.ſed antecedēs arguiꝰ eſſe falſuꝫ.eo q: mēbra illa ꝓpter friditatē ꝛ ſiccitatem inteſam eoꝝ nō pñt poni eē organa tactus.ꝓpterea q: ut ſupra arguitū eſt organū tact⁹ debet eē mediū iter excellētias q̄litatū tāgibiliū:ut patet 2° de aīa.textu cōmenti.128.ibi tanꝙ ſenſu.i.organo ſenſus imediate quadā exiſtēte in ſenſibilib⁹ ɔ̄trarietatibus.ꝛ ꝓpter hoc diſcernit ſēſibilia. ℂ Hec ꝛ plura motiua videntur fuiſſe cauſa aſſerendi carnem eſſe organuꝫ tactus ut poſuerunt Alexander ꝛ Themiſtius loco ꝑallato.

Ariſtoteles vō 2° de aīa capˀ de tactu.ꝛ textu cōmēti.116.ibi.ſ. Oino aūt videꝰ.poſuit ꝙ caro ꝛ lingua ſunt itranea media ſenſus tact⁹ ꝛ nō organa illius.ꝑp quā opionē declarādā videnꝰ diſcutiēda quedā ꝙ̄ tm̄ ad ſenſum tact⁹ ſpectat in pñti. Primū ꝙ caro eſt mediuꝫ in ſenſu tact⁹. Secūdū ꝙ ipa eſt mediū itraneū ad opationē ſēſus tact⁹ neceſſariū. Ex qb⁹ duob⁹ iā clare videbiꝰ ꝙ ipſa caro nō eſt organū tact⁹. Et pᵐ qdē hoꝝ declarat cōmētator cōmēto 3° ſupponēdo quedā. Quoꝝ pᵐ eſt ꝙ excellētie ſenſibiliū applicate organis ſenſuū cū circūſtātijs corrūpūt ſenſuꝫ. ℂ 2ᵐ vō qđ ſupponit eſt.ꝙ tale nō ſolū corrūpūt ſenſū:imo ꝛ totū aīal. ℂ 3ª ſuppoſitio eſt.ꝙ ſenſus tact⁹ in aīali ꝛ q̄libet ei⁹ ſenſibili pte a nā dat⁹ eſt:ut effugiat nociua ꝛ ꝓſequaꝰ innatiua. Si eni ita nō eēt:tūc poſſet aliqua ps corpis cōburi ipſa nō effugiēdo cōburētis impſſionē tanꝙ nociuā:ut patuit in dño Ludouico ſiculo panormita:a cuius pedib⁹ ꝓpter ebrietatem ſenſationis partiū facta fuit digitoꝝ cōbuſtio abſq3 nocumēti ſenſatione. Et ſi talis ſenſus tactus nō eēt aīalib⁹ a natura dat⁹ ꝓpter fugārerū nociuarū.tunc fuiſſet natura defectuoſa in aīalis ꝓductione ꝑfecta:qđ eſt cōtra ſniam Ariſtotelis 3° de aīa.uolētis ꝙ nā in opationib⁹ ſuis nunꝙ ſiat ocioſa. ℂ Ex iſtis trib⁹ ſuppoſitionib⁹ cōmētator nitiꝰ oſtēdere ꝙ caro eſt mediū in ſenſu tactus:ꝛ non organū illius. Ad hoc eni ut excellētie ſenſibiliū uehemētis impſſiōis nō attingāt imediate organū ſenſus tactus:neceſſariū fuit mediuꝫ ꝑ qđ ꝓhibereꝰ actio imediata obiectorū uehemēter impͥmentiū in organū tactus.ꝛ ſic appet declaratio primi. ℂ 2ᵐ vō declarādū eſt ꝙ caro ſit mediū itraneū:qđ quidē ex hoc manifeſtaꝰ.q: ad hoc ut aīal per ſenſum tactus cōuenietius ꝛ pͥmptius poſſit effugere nociua neceſſe fuit mediū a quo immuteꝰ tactus:qđ quidē mediū cōueniētius deſeruiet ſi fuerit cōiūctū ꝛ ps ēēntialis aīalis.tale eni mediū nō potuit eē cōuenienter aer uel aqua ꝓpter eorū fluxibilitatē.neq3 ignis ꝓpter uehemētē ei⁹ acuitatē:mobilitatē:leuitatē:ꝛ raritatē. Neq3 etiā terra ꝓpter ſuā grauitatē ꝛ frigiditatē que hñt impedire ſenſationē. Oportuit igiꝰ ꝙ tale mediū eēt ps aīalis ēēntialis cōmixta ex elemētis cōiūcta ꝛ itranea dicta. Talis autē nō videꝰ eē altera ꝙ̄ caro:ut appet ex littera Ariſtotelis ibidē. Igiꝰ caro eſt mediū itraneū uel ps ēēntialis aīalis qđ declarādū erat.nō enim tale mediū potuit eē os:aut cartilago ꝓpter eorū terreſtreitatē ut dictū eſt neq3 etiā neruus uel ps neruo ꝓportionalis.q: talis poniꝰ eē organū ſenſus tact⁹:ut inferius declarabiꝰ.igiꝰ caro erit mediū itraneū ſenſus tact⁹ a ſufficiēti diuiſione deducēdū. Et ex hoc ɔ̄cludiꝰ ɔ̄cluſio ꝓncipaliter itēta ꝛ iuſiua ad qōnē.ſ.ꝙ caro non eſt organū ſenſus tact⁹:ſed mediū illius de carne ſaltē pura intelligēdo hoc.

Siquis igiꝰ deſiderat hāc poſitionē Ariſtotelis ꝛ Cōmētatoris defendere que videtur hodie cōiter currens per vniuerſam ſcholam poterit faciliter rñdere:ꝙ ad rationes inductas per Alexandrum ꝛ Themiſtium.

¶ Ad p̄mā igiť ipſorū rōnē cū arguiť q2 ſi caro nō ē organū tactiḋe potētie. tūc forma carnis nō ēēt ḟtus organici corporis. Dicēdū ꝙ ps aliq̄ organica dr̄ dupl'r. Uno mō put organicum inſtrāle uel officiale diſtiguiť contra ſimplex mēbꝛū: ⁊ hoc mō accipiēdo organicū quelibet pars carnoſa muſculi eſt organica: eſt eni cōpoſita ex carne neruo ⁊ ligamēto. ⁊ ſic añs eēt falſuꝫ ⁊ negādū. Forma eni carnis eēt forma organice particule. 2° ṽo modo aliqua particula dicitur organica deſatiue uel immutatiue. ⁊ tunc ſi in añte intelligať ꝙ forma carnis. ſ. ſimplicis nō eēt vis organica illius neq̄ idū eſt. ⁊ dicendum ꝙ forma carnis eſt forma ptis organice delatiue aut immutatiue intellecte. Caro eni ſpēm ab obiecto ꝑmᷓmēte in eo receptā deſert potētie tactiue: ⁊ p eādē ſpēꝫ imutat ipſaꝫ. quare ⁊c̄. ¶ Ad 2ᵐ cū arguebať. q2 ex poſitione aduerſa ſequereť ꝙ organū tactus ⁊ guſtus eēnt diſtincta. dicēdū ꝙ lingua q̄ntū ad ptē eius carnoſam nō eſt organū tactus ſed medium illi⁹. Sed in lingua uel ſupficiali eius pāniculo inueniť diſſeminat⁹ neruus q eſt organū guſtus ⁊ tact⁹. ſm̄ eni vnū ⁊ determinatū tēperamētū nerui illius talis neruus dr̄ eē tactiu⁹ ⁊ nō guſtatiu⁹. Scđm ṽo tēperamētū a p̄dicto diſtinctū talis neruus uel pāniculus dr̄ eē guſtatiuus ⁊ nō tactiuus. Neqꝫ aliqđ incōueniēs eſt apud phyſicos uel medicos vnū ⁊ ideꝫ organū numero ſm̄ diuerſa tēperamēta ad diuerſas cōuenire opōnes tactiuas. ſ. ⁊ guſtatiuas ut appet. ¶ Ad 3ᵐ ṽo cū arguiť ꝙ ſequereť. ꝙ in lingua nō fieret imutatio a q̄litatib⁹ tāgibilib⁹: negať illa ꝯñtia. Et ad pbatione illi⁹ dr̄ ꝙ q̄litatuꝫ tāgibiliū exceſſus fit imutatio ⁊ ad ptē neruoſaꝫ eius. ps ṽo neruoſa carnoſa ipſius eſt medium ſuſceptiuū illius impſſionis: ⁊ imutatiuū potētie guſtatiue. ¶ Ad 4ᵐ ṽo dr̄ ꝙ ps organica ſm̄ ſniam Ariſtotel. ⁊ Cōmētatoris in qua fūdať tactus eſt neru⁹ in aialib⁹ hñtib⁹ ſanguinē uel ps ſibi ꝓportiōaľ. qđ tñ nūc ampli⁹ declarari opꝫ. ¶ Eſt igiť in aſſignādo organū tact⁹ opio 2ᵃ inuēta que ponit ꝙ neruus uel ſibi ꝓportionale eſt organū tactus. ⁊ hec qdē fuit opio Ariſ. 2° de aia. ca. de tactu. ubi inq̄t. Relinq̄ť aūt mixtū eē. ſ. organū tactus ex terra ⁊ ex alijs. ſ. elemētis neruus caro ⁊ ſilia. ¶ Hāc ēt opioneꝫ tꝫ Cōmētator 2° de aia cōmēto. 180. ⁊. 116. in fine ubi iq̄t. Q̄ꝺ in aialib⁹ ſūt corpa q̄dā que dicunť nerui. ⁊ hñt irroitū in ſenſum ⁊ motū. ⁊ idē ēt ab eo colligiť 2° colliget. c. de iuuamētis mēbꝛoꝝ. Inq̄t eni. Et hic cadit ſpeculatio ⁊ ꝯfirmatio Galeni. ꝙ ſenſus ⁊ motus ſūt a neruis: eo ꝙ remoto neruo remouet ſenſus ⁊ motus. Eādē etiā opionem ſequiť Gal. 9° de iuuamentis. 2° cap. Inq̄t eni ibi. Quia neruus eſt inſtrm̄ ſenſus ſ. tactus ⁊ iterꝝ idem 3° tegni. Nerui ṽo ⁊ tendros. i. chordarū p̄ēctura ꝓpter plurimum ſenſus coꝝ ⁊c̄. Et ſunt ſermones Auic. p⁹ p̄. ni. cap de membris. ibideꝫ doctrīa 5°. ſūma 3° cap de ſermone uſi de neruis. ⁊ 4° q̄rti. tractatu 4° in exordio. In neruis ꝓp uehementiā ſenſus coꝝ. Et plures alias imo ducentas potuiſſem adducere auc̄. es ex uoluminibus illuſtriū medicoꝝ. q̄s oēs ꝓp breuitatem pretermiſi.

Poſt hec aūt adhuc vr̄ inueniri opinionē tertiā in aſſignando organū tactus: que quidem opinio ſupponit primo ꝙ organū tactus q̄ntū ad eius cōplōnē ⁊ cōpōnem dꝫ eſſe medium inter excellentias q̄litatum tāgibilium. aut ſaltem propinquum medio inſtitiali. ¶ Supponit 2° hec opio ꝙ neruus ꝓp terreſtreitatem ſuaꝫ huic medio inter excellentias q̄litatum per ſe non eſt cōuenienter ꝓpinquus. ¶ Supponit 3° ꝙ ſi neruus huic medio appropinquare dꝫ: opꝫ ꝙ recipiat aliq̄ualem refractionem ab aliqua ſibi circūſtante uel circūſtantibus particulis. ¶ Supponit 4° hec opio: ꝙ nulla vr̄ eē niſi corpis p̄ticula cū ſuo temperamento q̄litatum nerui tā ꝯuenienter refractiua ut ducat ipꝫ neruū ad mediū uel ꝓpinquans medio niſi ſola caro. pbať q2 caro ſua cōplōne per caliditatem ⁊ humiditatem aduerſatur neruo qui fridus eſt ⁊ ſiccus. igitur ex mutua ꝯ operantia virtus ad reliquā cōplō nerui ⁊ carnis ducunť ad mediū. ¶ Iſtis poſitis hec poſitio rñdet ad q̄ntū ponens hāc ſolam ꝯcluſioē. Q̄ꝺ inſtrm̄ ſenſus tactus eſt caro neruea uel neruus carneus. ꝯcl̄o pbať ſic. tale eni dꝫ eē inſtrm̄ tact⁹ qđ habeat ꝯuenientē refractionē in ſuis q̄litatib⁹ per quam deducať ad mediū inter excellētias eaꝝ. ſed tale vr̄ eē mēbꝛū aggregatuꝫ ex carne ⁊ neruo ⁊ ecōuerſo. igiť erit ꝯueniēs organū ſenſus tact⁹. maior eſt ſupius allegata ex Ariſtotele: ⁊ minor patuit ex ſuppoſitiōe 4ᵃ. q̄re relinquiť ꝯcl̄o uera. ¶ 2° arguiť ꝯcl̄o ſic: q2 caro pura nō eſt organū ſenſus imo mediū illi⁹ ut pbat Ariſ. cap de tactu: igiť aliud aſſignandū eſt organū ⁊ nō qdē neru⁹ ꝓp fridiatē ⁊ ſiccitatē ei⁹: igiť opꝫ ꝙ ſit neruus refract⁹ a carne ut iam dictū eſt. ¶ 3° iterꝝ arguiť ꝯcl̄o ſic: q2 ſi aliqđ mēbꝛū ſimplex deberet poni ꝯueniēs organū ſenſus tact⁹ magis deberet poni caro q̄ neru⁹ eo ꝙ caro in cōplōne ſua propinquior eſt eq̄litati inſtitiali uel medio gñis q̄ neruus eidē. ſed organū tactus aut dꝫ eē mediū: aut ſibi ꝓpinquū. igiť caro ꝯuenienti⁹ dꝫ poni organū tact⁹ q̄ neruus. pꝫ ꝯñtia cū minori ex ſupius allegatis. Et pbať maior: q2 neru⁹ in gñe fridoꝝ reſpectu cutis poniť in octauo ordine: ut pꝫ p⁹ p̄mi cap de cōplōnibus mēbꝛoꝝ. igiť neruus magis elōgať a inſtitiali tēperamēto uel a medio gñis q̄ elōgeť caro ab eis. et hec opio fuit Auic. 2° ſexti naľiū. ·° cap de tactu. ubi inq̄t. Et ex ꝓpetatibus tactus eſt inſtrm̄ naľe eius eſt caro neruoſa aut caro ⁊ neruus. ex hoc ꝙ ſentit ex tactu q̄uis nō hēat mediū aliquo mō. Neqꝫ dꝫ putari ꝙ ſentiēs eſt neruus tātū: ſed neru⁹ reddit ſenſum tāgibilē alio mēbꝛo qđ eſt caro. Ecce q̄ clare uoluit carnē neruo cōmixtā refrīgētē neruū ⁊ ab eo refractā eē cōueniēs organū tactus: ⁊ vr̄ opio medicoꝝ vitati ſatis ꝓpinqua ponentiū oēm carnē lacertoſam eſſe ſenſibilem. purā ṽo carnem non aperte ponunt ſenſibilem eſſe. ¶ Contra tñ hanc opinionē duo inſurgunt motiua. Primuꝫ eſt: q2 Ariſ. p hyſtoriarū. 6° cap. poſuit ſenſum tactus in mēbꝛis ſilibus dum inquit. Senſus ĝ tactus in mēbꝛo cuius ptes ſūt ſibi ſiles. ſ. in carne uel in alio ſibi ſili. Sed caro neruoſa aut neruus carneus nō videnť eē mēbꝛa ꝯſilia. igiť illa opio dīo falſa. pꝫ ꝯñtia. ꝓpterea q2 illa opio vr̄ ponē ſenſuꝫ tactus in mēbꝛo diſſiliū ptiū qđ eſt officiale. ⁊ minor pꝫ ex deſcriptiōe mēbri ꝯſilis. ꝙ q2 oē ꝯſile eſt illud cuius quecūqꝫ ſenſibilē ptem aſſumpſeris erit tota coicans noīe ⁊ diffinitiōe. p⁹ p̄mi cap de mēbꝛis ꝓpe p̄ncipiū. ſed non quecunqꝫ pars nerui carnei aut carnis neruee coicat toti noīe ⁊ diffinitione. igiť illa non eſt pars conſilis. Ad hoc motiuū diuerſis pōt rñderi modis. ¶ Et p̄mus qdē modus dicendi eſt ꝙ in p̄nti nō accipiatur opio Ariſ. de aſſignādo organū ſenſus tact⁹ eē carnē: cuꝫ ex poſitione ex ipſo ſuperius adducta appareat declaratū eē ꝙ caro eſt mediū ſenſus tactus ⁊ non organū. Amplius eādeꝫ poſitioneꝫ Ariſ. nō vr̄ aſſerē Cōmētator 2° de aia. 116. imo uolēs excuſare Ariſtotelem q̄ntū potuit. dixit ꝙ qñ Ariſtoteles poſuit carnē eſſe organum tactus in auc̄tibus ſupra allegatis ex eo nōdū erat ei pfecte cognita ſcīa neruoꝝ p anothomiā. ¶ 2° modus dicēdi ad hoc motiuū eſt: q2 aliqđ membꝛum dr̄ eſſe ꝯſiliū ptiū: in quo maior pars ipſius vr̄ eē hñē naꝫ conſilis quo ad ſenſum viſus. dato ꝙ illa p̄ticula in rei ueritate non oīno ſit ꝯſilis: capiendo ꝯſimile ut patuit ex diffinitione ſua. Cū ergo in carne neruea quo ad ſenſus exteriores appeat oīnium nobile carnis ſup neruo. iō illa ps ſm̄ hanc appentiā dr̄ eē cōſimilis. ⁊ taľr philoſophus p hyſtoriarū allegato cap dixit ſenſuꝫ tactus eē in pte ꝯſili. ſ. ſꝫ appentiā. Et vr̄ hec riſio ꝯfirmari poſſe: eo q2 ſenſus tactus inueniť in oī lacertoſa carne. Neqꝫ iueniť ipſe in carnibus glādoſis aut confuſis. ¶ 2ᵐ ṽo motiuū ꝯtra p̄dictā opinionē Auic. eſt hoc: q2 ſi caro p̄dicta poniť eē organū tactus. ſ. neruea caro aut neruus carne⁹ nō vr̄ aſſignari poſſe mediū in opatiōe ſenſus tactus: Si eni excellentie ſenſibiliū multum nocere p̄nt organis ſenſuū: ut ſupra declaratū eſt. Et ꝓp illā cām oportuit aſſignari mediū in qđ impreſſio agentis fieret prius q̄ reciperet in organo tactus. ĝ opꝫ ꝙ tenentes iſtā opinionē aſſignent illud. Hoc aūt nō vr̄ eē poſſibile diſcurrēdo p oīa mēbꝛa. primo q2 neqꝫ neruus neqꝫ caro eē pōt organū alicui⁹ de ſenſibilib⁹ exterioꝛib⁹ ⁊ mediū illius. Neqꝫ ēt tale medium pōt dici eſſe

Mixtura ſtōchi ⁊ epatis ꝯfortatiua. ℞. ſummitatuʒ abſinthij. q. s. pro raſiolo vno. paſſularuʒ nigrarum puerā q̄tum libet. pulueris maſticis q̄tum libet pulueris coriādroꝝ endiuie añ. quātū libet vitellū oui vnuʒ Abſinthiū minutuʒ incidaſ ⁊ nō piſteſ. deinde oīa ſimul incorporenſ optime ⁊ fiat ex ipſis vnus raſiolus qui bulliat ꝑ ſe modicū. deinde amoueaſ eius paſta ⁊ ſolū dictā mixturā aſſumat. Si vo tali mixture uti nō poſſet que optima eſt ꝓpter amaritudinē accipiat ſyrupū infraſcriptū. Digeſtiuū ſtōchi ⁊ epatis ꝯfortatiuum. Recipe ſyrupi de abſinthio. ℥. i. oximellis ſimplicis. ℥. ſ. aquarū mēthe lupulorū añ. ʒ. i. ſ. cinamomi electi. ℈. i. miſce. Iſto digeſtiuo utaſ octo dieb⁹ continuis ⁊ poſt aſſumptionē ſtet ieiunus horis trib⁹ quo utaſ ſingulo mēſe p̄terq̄ de menſe Julij ⁊ auguſti. Aliud digeſtiuuʒ ꝑori efficacius. ℞. aquarū abſinthij mēthe ⁊ cicoree eupatorij añ. ℥. i. cuſcute. ℈. i. miſce. Iſtas aquas aſſumat ut dictum eſt de ſyrupo. Aliud ad idē ꝑori efficacius. ℞. ſyrupi de eupatorio oximel. ſimplicis añ. ℥. i. aque abſinthij. ℥. ii. aque menthe aque capil. veneris añ. ℥. i. cinamomi electi. ℈. ii. miſce. Iſto ſyrupo uti incipiat tranſactis octo dieb⁹ poſt aſſumptionē ſyrupi imediate ſuprascripti ⁊ aſſumat q̄tuor diebus cōtinuis. Cōfectio ſtomachi ⁊ epatis ꝯfortatiua. Recipe dyacori. ℥. viii. ſpērum dyarodonis abbatis. ʒ. i. ſpērum aromatici roſati. ʒ. i. miſce. Iſtius ꝯfectionis aſſumat. ʒ. iii. in mane cū ſurgit quattuor dieb⁹ continuis ſingulo mēſe ⁊ poſt aſſumptionē ſtet ieiunus ad min⁹ q̄tuor horis. Cōfectio epatis ſtōchi cerebri ꝯfortatiua. Recipe ſpērum muſci dulc. dyambre añ. ℈. i. ſpērum aromatici deſcriptione Sal. ℈. ii. çuccari albiſſimi. ℈. iiii. miſce ⁊ cum aqua abſinthij fiat cōfectio ſolida in morſellis. iii. ʒ. pro vnoquoqʒ morſello. Qua cōfectione utaſ ut dictū eſt de alia ſuprascriptis immediate ⁊ hoc in caſu quo nō eſſet ex medicinis ſuprascriptis liberat⁹ aut notabiliter alleuiatus. Trociſci ſtōchi ⁊ epatis ꝯfortatiui. Recipe trociſcoꝝ de reubarbaro. ℈. i. de abſinthio. ℈. ii. ſpice. ℈. ſ. croci. ℈. ii. ſeminis endiuie. ℈. ſ. çuccari albiſſimi. ℈. ſ. miſce. ⁊ cū oximelle ſimplici q̄ſ. fiant pillule. vii. pro. ʒ. Iſtarū pillarum nō ſolutiuarū aſſumat a duab⁹ uſqʒ ad. v. ad libitū de mane cū ſurgit ſingulo menſe q̄tuor dieb⁹ cōtinuis ⁊ poſt ipſarum aſſumptionē ſtet ieiunus ad minus horis quattuor. Trociſci alij ad idem. Recipe trociſcoꝝ de eupatorio de abſinthio añ. ʒ. i. ſpērum dyalucie. ℈. ſ. croci. ℈. ii. ſummitatū endiuie. ℈. i. miſce ⁊ cum oximelle ſimplici reformenſ pillule vii. pro. ʒ. Iſtarum pillaruʒ aſſumat a duab⁹ uſqʒ ad quinque ad libitum ut dictum eſt in ꝑdicta recepta ⁊ hoc ubi ex aſſumptione ſuprascriptarum non liberet. Cōfortatiuū ſtōchi ⁊ epatis. Recipe coriandrorū preparatoꝝ ſm̄ cañ. deinde cōfectoꝝ vna ſola coopertura çuccari qbus utaſ ſumendo cocleat vnum ante cibū per vnam horā ſiue per octauā hore ⁊ hoc per menſem vna die ſic ⁊ alia non ſiue accepit medicinā ſiue non. Cōfortatiuū ut ſupra. Recipe maſticis albi ⁊ lucidi. ℈. iii. Iſtius maſticis aſſumat integrū. ℈. i. deglutiendo duob⁹ diebus in hebdomada de mane cū ſurgit. deinde ſtet ieiunus horis tribus quo utaſ omni tēpore durāte morbo p̄terq̄ tēpore magni caumatis. Cōfortatiuū ut ſupra. Recipe fiſticoꝝ ſeu piſtachioꝝ mundorū ⁊ electoꝝ. ʒ. i. Iſti⁹ cōfectionis utaſ omni tēpore diebus intermiſſis p̄terq̄ tēpore magni caumatis ⁊ diebus in qbus utiſ dictis coriandris. Sacculus ſtōchi ꝯfortatiuus. ℞. folioꝝ abſinthij ꝑtes. ii. menthe recentis ptem vnā. roſarū ſiccarum floꝝ lambruſce añ. ptem. ſ. calami aromatici ſpice añ. ℈. ii. gariofilorū ʒ. ſ. coralli rubei. ℈. ii. coriandrorū preparatoꝝ. ʒ. ſ. maſticis ʒ. i. myrtilloꝝ. ℈. ii. miſce ⁊ fiat ſacculus in forma ſcuti ⁊ portet iſtū ſacculum tota die ⁊ nō de nocte ita ut acutior cuſpis ſacculi iaceat directe ſuper ore ſtōchi. pars vo latior deorſuʒ ſup vmbilicum per digitos tres. Unctio ſtōchi ꝯfortatiua ℞. oleoꝝ oīum infraſcriptoꝝ abſinthij. ʒ. i. ſ. maſticis. ʒ. i. citoniorū myrtillorū añ. ʒ. ii. pulverum infraſcriptoruʒ abſinthij maſticis menthe añ. ʒ. ſ. ſumach gariofiloꝝ calami aromatici macis cyperi gallie muſcate cinamomi añ. ℈. ſ. myrtillorū coral. rub. coriandroꝝ preparatoꝝ añ. ʒ. ſ. laudani optimi. ʒ. ii. cere. q. s. pro vnguēto molli miſce ⁊ cuʒ modico aceti quantuʒ ſufficit ad penetrandū fiat vnguentū molle. Quo vngatur totus ſtōchus in mane cū ſurgit incipiendo ab ore ſtōchi incluſiue uſqʒ ſupra vmbilicū per digitos tres ⁊ nullo modo vngaſ epar neq̄ ſplen. deinde ſuper ſtōcho ponatur

ſacculus dictus ⁊ hac utatur ubi ex ſupraſcriptis medicinis nō eſſet liberatus. ¶ Solutiuū materierū colum in viis ductuum. ¶ Enema. ℞. radicū maluauiſci. M.ſ. florū blitis mercurialis añ. M.i. ſeminū fenugreci lini cartami añ. M.ſ. vitellum oui vnū caſſief. ℥.i. benedicte ſimplicis çuccari rubei añ. ℥.ſ. olei cōmunis. ℥.iiii. ſalis cōmunis. ʒ.ii. herbe radices ⁊ ſemina bulliant ⁊c. deinde tribus cyathis dicte colature omnia addantur ⁊ fiat cliſtere. Quo utatur quando incipit aſſumere aliquam ſupraſcriptarum medicinarum ſtomacho ieiuno ad minus ſemel vel pluries ad libitum cum modis ⁊ ordinibus ⁊c.

¶ Cōtra ventris ſtipticitatem.

Ventris lenitiuū virtutiſq; ⁊ totius corporis ſeu mēbrorum olim reſtauratiuū ⁊ doloris ipſi⁹ ventris mitigatiuū. ℞. vitellos ouorum recentiū ut vnius dici numero duos vel ouorum ad amplius ⁊ coctos ſorbiles ſeu molles valde çuccari albiſſimi triū coctarū. ℥.ſ. vel ad libitum ⁊ melius. ℥.i. Iſtos vitellos coctos molles ſorbeat ſeu degluciat integros ſi pōt ſimul cū dicto çuccaro ⁊ ſi non pōt ipſos taliter deglutire tunc pͥus ipm̄ çuccarū comedat. deinde vitellos aſſumat. hos vero vitellos ⁊ çuccarum taliter aſſumat in mane ſtomacho ieiuno ad minus per vnā quartā hore ante prandiū quatuor diebus continuis in ſingula medietate cuiuſlibet mēſis tēporibus frigido ⁊ medio. ¶ Vētris lenitiuum ut ſupra humorūq; euacuatiuum. ℞. iuris ſeu brodij medie pinguedinis galline vel caponis ad libitū. ℥.viii. çuccari albiſſimi triū coctarū. ℥.i. miſce. Si vero medicamē pmutare cōuenit aut humores magis euacuandi ſunt ſeu tēperādi: tūc iſtam mixturā ex brodio debite calido ⁊ non tepido ⁊ çuccaro dictis degluciat in mane ſtomacho ieiuno ante prandiū ſeruatis reliquis modis ⁊ ordinibus deſcriptis in aſſumptione alterius medicaminis imediate ſupradicti cōpoſiti ex vitellis ouorum ⁊ çuccari ut ibi. ¶ Vētris lenitiuū ⁊c. ut imediate ſupra quolibet pori medicamine aliquāliter efficacius. Recipe medicamē primū ſiue cōpoſitū ex vitellis ouorum ⁊ çuccaro ut ibi. ¶ Medicamen ſcḋm cōpoſitū ex brodio galline ⁊ çuccaro ſupraſcriptū ut ibi. Si vero medicamē cōgruit aliquāliter efficacius poribus tūc pͥmo ſumat in mane ſtōcho ieiuno ante prādium dictum pͥmū medicamen compoſitū ex vitellis ouorum ⁊ çuccaro. Deinde imediate aſſumat dictū ſcḋm medicamen cōpoſitum ex dicto brodio galline ⁊ çuccaro ſeruatis reliquis modis ⁊ ordinibus deſcriptis in canonibus duob⁹ in aſſumptiōe dictorum medicaminū immediate ſupraſcriptorum. ¶ Ventris lenitiuū ⁊c. ut immediate ſupra efficacius ipſo pori immediate. ℞. medicinas oēs deſcriptas in recepta immediate ſupraſcripta. paſſularū tranſmarinarum corinthiarum paruarū nigrarum. ℥.i. Si vero medicamen congruit efficacius pori immediate tunc pͥmo aſſumat ſupraſcriptos vitellos cū çuccaro. deinde imediate dictas paſſulas comedat. Ultimo ſupraſcriptū brodium cū çuccaro imediate bibat in mane ante prandiū ſtomacho ieiuno ſeruatis reliquis modis ⁊ ordinibus deſcriptis in aſſumptione alterius medicaminis immediate ſupraſcripti. ¶ Ventris lenitiuū ut ſupra imediate efficacius ipſo pori immediate. ℞. medicinas oēs deſcriptas in recepta imediate anteſcriptas. Ficus citrinas ſiccas ⁊ pingues numero. vi. Si vero medicamen ꝯgruit efficacius pori immediate tunc pͥmo aſſumat ſupradictos vitellos ouorum cū çuccaro. deinde dictas ficus bene maſticatas imediate degluciat ⁊ poſtea immediate paſſulas dictas. Jndē ultimo brodiū ipſum cū çuccaro imediate bibat in mane ſtomacho ieiuno ⁊c. ut ſupra de alio medicamine imediate ſupraſcripto. ¶ Ventris lenitiuū ⁊c. ut imediate ſupra efficacius ipſo pori imediate vētoſitatiſq; reſolutiuū ⁊ flegmatis aliquāliter eductiuum. Eſtq; medicamē ſenum. ℞. medicinas oēs deſcriptas in recepta imediate ſupraſcripta. medulle cartami electi. ʒ.i. folia menthe numero quatuor. Et ſi iterū congruit medicamē aliquāliter efficacius pori imediate tūc addat iterum vnā aliā. ʒ. medulle cartami dictis ficub⁹ ⁊ menthe maſticꝰ ⁊ degluciat ⁊c. ut ſupra de medicamine hic imediate ſupraſcripto. Si vero medicamen cōgruit efficacius pori imediate ventoſitatiſq; reſoluēdis eſt ⁊ flegma aliquāliter educendū. tunc pͥmo aſſumat dictos vitellos ouorum cum çuccaro. deinde imediate dictas ficus cū iſta medulla cartami ⁊ menthe bñ maſticatas oēs degluciat ⁊ poſtea dictas paſſulas īdē. Ultimo dictum brodiū cū çuccaro immediate bibat in mane ſtomacho ieiuno ⁊c. ut ſupra de alio medicamine ſupraſcripto. ¶ Ventris lenitiuū ⁊c. ut ſupra imediate efficacius ipſo pori imediate eſtꝙ medicina ſenū mundificat viſcera ⁊ abſtergit renes. ℞. terbentine electe. vel cyrophene lucide munde ⁊ non lote. ℥.ſ. çuccari albiſſimi triū coctarum puluerizati. q.s. ad ipſam terbentinā debite inuoluēdā ut imediate infra. Terbentina ipſa tota ſimul aut ad libitū ad fruſta duo vel tria diuiſa ſm̄ poſſibilitatem aſſumētis vel ut ſibi melius libet inuoluatur optime in dicto puluere çuccari. deinde fruſtatim ipſa terbētina ſeu ipſa fruſta degluciant̄ oīa taliter çuccaro trium coctarū inuoluta. aut ſi ſibi gratius eſt ipſa terbentina çuccaro inuoluta ut hic ante poſtea tota aut ſaltem fruſtatim ut ante inuoluant̄ in partes ſcalete ſeu nebule vino dulci pͥus madefacte. q.s. ad ipſius terbentine debitam inuolutionē. Iſtā terbentinam taliter çuccaro aut ſcaleta ſeu nebula inuolutam ut hic ante aſſumat in aurora vel ad libitum in mane cum ſurgit ſaltem ſemel in menſe ⁊ ad amplius in ſingulis medietate cuiuſlibet menſis ſemel quolibet tempore anni preterꝙ tempore calido. ¶ Ventris lenitiuum ⁊ dolorum mitigatiuum ⁊c. ut ſupra. Recipe olei cōmunis temperati ſeu optimi. videlicet olei oliuarum debite maturarū ⁊ nō putrefactarum nec preternāliter aliter immutatarum ipſiuſq; olei vnius anni vel cyrophani coloris ſuauis odoris quod idem eſt quod oleū cōmune tēperatū. ℥.xvi. vitellos oui ſine albumine numero. ii. çuccari albiſſimi trium coctarum. ℥.iſ. ſalis cōmunis. ʒ.iii. miſce ⁊ fiat cliſtere. Si vero medicamen permutare vult tunc iſtud enema ſeu cliſtere debite calidum ſibi imponi faciat ſtomacho ieiuno in mane ante prandium per duas horas vel ad libitum ante cenam per horas tres. Hoc vero enemate taliter uti poteſt ad libitum ſemel in ſingulo menſe quocunq; tempore anni preterꝙ tempore calido ſiue tempore magni caumatis niſi magna neceſſitas ad hoc incumberet. quo caſu tunc etiam tempore magni caumatis ipſo enemate uti poteſt. ¶ Ventris lenitiuum ⁊ dolorum mitigatiuum ⁊ efficacius priori immediate viſcerumq; confortatiuum. Recipe decoctionis capitis ouis caſtrati vel agni melius ouis. deinde caſtrati ⁊ ultimo agni quod caput ouis vel caſtrati ⁊c. decoquatur ut hic proxime infra. ℥.xv. vitellos oui numero tres. olei amigdalarum dulcium. ℥.vi. çuccari albiſſimi trium coctarum. ℥.i. ſalis communis. ʒ.iiſ. Caput ouis vel caſtrati ⁊c. bulliat in aqua fluuialis munde ⁊ clare quantum ſufficit pro ipſius capitis decoctione uſq; ad notabilem ſeparationē carnium ab oſſibus. deinde decoctio ipſa optime calida coletur ultimo tribus cyathis dicte colature reliqua oīa addant̄ miſce ⁊ fiat cliſtere. Si vero medicamen cōgruit efficacius pori immediate tūc iſtud enema ſibi imponi faciet debite calidū ſtomacho ieiuno ſeruatis reliquis modis ⁊ ordinibus deſcriptis in uſu enematis alterius imediate ſupraſcripti.

¶ Contra ventris ſtipticitatē aliud.

Ventris lenitiuum leue. Recipe foliorum ſeu malue violarum. M.i. ſebeſten. ʒ.iii. penidiarum ℥.ſ. incidantur folia minutim ⁊ imponatur cum ſebeſten in aque lib.i. aque bulliant uſq; ad ꝯſumptionem tertie partis. In qua poſtꝙ colata fuerit diſſoluantur penidie. deinde miſce. Iſtius aque aſſumat ab. ℥.v. uſq; ad. vi. vel ſero ante cibi aſſumptionē per duas horas nec dormiat poſt. ¶ Aliud efficacius ⁊ materie flegmatice precipue ventoſitatis eductiuum. Recipe medulle cartami. ℥.ſ. amigdalarum mundatarum ⁊ aliqualiter aſſatarū. ʒ.ii. ſebeſten. ʒ.iii. çuccari rub. ℥.i. aque fontis lib. ii. bulliant ad conſumptionem tertie partis. aqua-

de colentur qua utatur ut ſupra ad.℥.iiij uſq; ad.viij. ¶ Aliud fortius. Recipe medulle cartami.ʒ.ij. ſebeſten.ʒ.j.tamarin.ʒ.j.ſ. ſalis communis.ʒ.ij.mellis crudi.℥.i.aque fontis lib.j.ſ. bulliant ad quantitatem tertie partis ⁊ colentur.doſis ab ℥.iiij.uſq; ad.vij.⁊ plus ⁊ minus ſm etates regiones ⁊ cetera. ¶ Lenitiuum Serapionis quod equiualet precedẽti. Recipe medulle cartami.ʒ.xx.aque calide lib.ſ.penidiarum.ʒ.x. proijciatur aqua calida ſuper medullam cartami ⁊ permittatur bullire leuiter ⁊ in fine addantur penidie colentur ⁊ utatur ut ſupra. ¶ Aliud Serap.⁊ eſt eductiuum lenitiuum uentoſitatis flegmatis ⁊ cholere eductiuum. Recipe medulle cartami.℥.iij.amigdalarum mundatarum.⁊.viij.aniſi.℥.ſ. ſalis communis.ʒ.i.carnium ficuum pinguium numero vi. mellis qḋ ſufficit pro eluario.doſ ab.℥.ſ.uſq; ad.℥.i.ſ. ¶ Lenitiuũ uſuale ⁊ nõ ualde ꝓportionatũ. ℞.iuris galline uel caponis.ʒ.x.medulle cartami.ʒ.i. ſalis cõis.ʒ.ſ. penidiarum ʒ.i.olei cõis.℥.ſ.bulliant leuiter uſq; ad conſumptionem qrte partis qḋ totum calidum ſumat añ cibum ut ſupra. Quidam loco brodij ſuprafcripti accipiũt brodiũ caulium cũ aliis rebus etiã in aliq̃b⁹ lenit̃ uenter cũ brodio caulium non lotorum ⁊ non cõplete decoctionis cum oleo ⁊ ſale tantũ maxime qñ ſuper caules ceciderit ros aut pruina ⁊ colligantur ante ſolis ortum. Quibuſdam uentrem habẽtibus ualde ſtipticũ oportet addere que dicta ſunt de cartamo ⁊c̃. Et ſciendum q lenitiua uentris in febrib⁹ in q̃b⁹ ſola querit̃ lenitio debent eẽ frigida magis q̃ calida. ¶ Lenitiua vo uentris uſualia poſita ab Auicen.cap̃ de cura putridarum ſꝫ ut ſunt aque cordei ſyrupus acetoſus ſimplex ſyrupus violatus ſunt debilis ualde ⁊ non niſi ut eſtimo in uentris fluxibus ualde erunt efficacia. De hac materia vide Auicen.tertia primi de regimine ſenum. vide etiam de cura putridarum ubi ponit pulchra alia lenitiua ⁊ fortiora.

¶ Contra colicam.

Doloris mitigatiuũ ⁊ inteſtinorũ lenitiuũ. ℞.foliorũ maluarũ.M.ij. camedreos.camepitheos abrotani ſautinẽ añ.M.ſ.folij roſmarini añ.M.j.florum camomille.M.i.ſ.aneti.M.i.meliloti.M.i.ſ.radicũ altee ſeu malui auiſci.M.i.feniculi apij ariſtologie lõge añ.M.ſ. ſeminum fenugreci.℥.i.lini cartami aniſi feniculi carui ameos añ ℥.j.baccarum lauri.ʒ.j. Radices fruſtatim incidantur in fruſta ſaltem mediocria.ſemina vo contundant̃ groſſo mõ:deinde oĩa ſimul bulliãt in q̃titate aque ſimplicis munde ⁊ clare ⁊ melius ipſius aqua fluuialis ſufficienti pro fomentatione uſq; ad conſumptionẽ qrte ptis dicte aque. deinde ℞.decoctionis huius colature cyathos tres ſeu.℥.xviij.caſſiefi.℥.i.benedicte ſimplicis.℥.ſ.olei anetini.℥.iiij. vitellum oui numero.j.eluarij de baccis lauri.ʒ.iij.ſalis cõe.ʒ.ij.çuccari rub.℥.ſ.miſceãtur ⁊ fiat cliſtere. Iſtud cliſtere ſibi imponi faciat qñ a dolore uexatur.aut futurus eſt de proximo. ¶ Doloris mitigatiuum. ℞.ſupraſcripte decoctionis quantitatem ſufficiẽtem pro fomentatione. ℞.ſpongias.ij. quantitatis proportionabilis loco dolenti. In hac decoctione debite calida ⁊ nõ tepida infundatur ſpongia deinde optime exprimat̃ poſtea ſpongia ipſa pãno lineo ſimplici inuoluta ⁊ taliter debite calida loco uentris apponatur quando dolore infeſtatur ⁊ taliter ſuper loco dolenti dimittatur donec caliditas ſpongie notabiliter remittatur non tamen infrigidetur nec tepefiat ſuper ipſo loco ſed retineret aliam ſm neceſſitatem. hac fomentatione utatur quando dolore uexatur prius tamen habito cliſteri precedente.

¶ Contra colicam uentoſam ⁊ partim ex fece.

Enema ℞.olei camomille.℥.vi.oleorũ aneti liliorũ ſiſamini añ.℥.iij.vitellũ oui.i.miſce. ¶ Aliud enema. ℞.oleorum aneti ſpice añ.℥.iij.olei liliorũ al.℥.vi.vitellũ oui.i. ¶ Aliud. ℞.decoc.capitis caſtrati.℥.xij.oleorũ ſpice liliorum al.aneti ſiſamini añ.ʒ.iij. vitellum oui.i.iere pigre.℥.ſ.miſce ⁊ fiat cliſtere. ¶ Enema aliud. ℞.vini albi vinoſi.℥.viij.butyri.℥.vi.vitellos ouorum numero.ij.croci.ʒ.ſ. miſce ſicut dormitionis dormiat ſuper uentrem cõpreſſum fricationes. Si leniatur ex aliquo iſtorũ ſupraſcriptorũ poſtea fricet̃ ſuauiter locus doloris cum manu uerſus dorſum:⁊ ſi ex hoc iuuamentum percipit tunc fricatio fiat per tempus notabile ⁊ pluries reiteretur ⁊ proprie ſtomacho ieiuno aut etiam dolore inualeſcente. Somnus. ¶ Dormiat multum ſi poteſt. ¶ Lenitiuum ⁊ mitigatiuum doloris. Vitellos oui ſine albumine ſumptos ante cibum cum modico croci iuuat. ¶ Lenitiuum ut ſupra. Brodium caulium coctum cum carne galline pinguis ⁊ ficubus albis pinguibus:cui addatur poſt decoctionem penidiarum quantum libet croci modicum conueniens eſt ante cibum uel quanta hora ſtomacho ieiuno. ¶ Solutiuum facile. ℞.caſſiefi.℥.i.ſebeſten diſſoluti optime ʒ.iij.ficus albas diſſolutas optime numero.ij.penidiarum.℥.ſ.cinamomi.℈.i.aquarum feniculi aneti camomille añ. quãtum ſufficit pro potione. ¶ Mitigatiuum doloris ⁊ reſolutiuum. ℞.aque camomille.℥.iij.cinamomi.℈.i.croci.gr.ij.çuccari albiſſimi.ʒ.ſ.miſce ⁊ potetur ſtomacho ieiuno. ¶ Lenitiuum doloris. bibat olei cõis optimi ſtomacho ieiuno.℥.vi. ¶ Lenitiuum ut ſupra. Bibat olei ſiſamini optimi ſtomacho ieiuno.℥.vi.ſi non habet ſtõchi debilitatem aut olei amigdalarum dulcium tantũdẽ ad libitũ. ¶ Confectio uentoſitatis reſolutiua. ℞.dyacimini uel dyacinamomi.ʒ.iij. ¶ Ventoſe doloris mitigatiua ponatur ipſa ſuper vmbilico incluſa intra uentoſam quocũq; tpe infeſtaret. ¶ Solutiuum efficacius hore. ℞.iere pigre Gal.ʒ.iij.caſſiefi.℥.vi.ſebeſtẽ.ʒ.ij. aquarum rutbe aneti añ.q.ſ.miſce ⁊ fiat potio. ¶ Reſolutiuum ℞.pulueris ſeminis rutbe.ʒ.ſ. pulueris ſe. carui.℈.ij. aque feniculi.ʒ.ij.vini albi aliqualiter vinoſi antiqui.℥.i. miſce ⁊ potetur ſtomacho ieiuno. ¶ Euaporatiuum. Recipe milij partes.iij.quantum ſufficiat pro ſacculo.ſalis partes.ij.furfuris florum camomille florũ anetiañ.partẽ.i.miſce ⁊ fiat ſacculus qui debet debite calidus loco dolenti apponi. ¶ Fomentatio euaporatiua. ℞.florum camomille meliloti. ana.M.ij.florum aneti.M.i.ſ.abſinthij.M.ij.folij rutbe ana.M.i.ſquinanti.M.i.ſ.artemiſie.M.i.eupatorij.M.i.ſ. pulegij.M.ſ.roſmarini.M.i.ſ. calamenti camedreos camepitheos ana.M.ſ.radicis ariſtolo. ro.℥.i.ſeminum cartami.℥.ſ.ſe.iunipi.fenugreci ana.℥.i.ſeminũ aniſi feniculi carui ameos ſileris montani ana.ʒ.iij. Contundantur omnia groſſo modo: deinde miſce ⁊ bulliant in ſufficienti quantitate aque uſq; ad conſumptionem tertie partis aque. ¶ Confectio reſolutiua. Recipe ſpecierum dyacimini.℈.ij.ſpecierum dyagalange.ʒ.i.cinamomi.ʒ.i.croci.℈.i. çuccari albiſſimi.℥.vi. miſce ⁊ cum aquarum rutbe ⁊ feniculi ana. quantum ſufficit fiat confectio ſolida in morſellis triũ.ʒ.pro quolibet morſello.

Solutiuũ facile. ℞.medulle cartami.ʒ.i. ficus ſiccas albas pingues.iij. miſce ⁊ aſſumat ante prandium per tres horas. ¶ Solutiuum aliud facile ⁊ nature familiare. ℞.ficus albas ſiccas pingues numero.iiij. ſebeſten.ʒ.iij.paſſularum puarũ nigrarũ.ʒ.ij. penidiarum.ʒ.ſ. brodij pulli uel caſtrati.q.ſ.pro potione. ¶ Solutiuũ facile efficacius ſupraſcriptis imediate. ℞.brodij galli decrepiti.℥.viij.polipodij.M.i.florũ aneti.M.ſ.ſe.cartami contuſi.℥.ſ.ſal ℥.ſ.gallus prius optime fruſtictur deĩde occidatur ⁊ euiſceretur. Ultimo omnia reliqua in eius uentre icludant̃ ⁊ cum ipſis optime decoquat̃ cui⁹ decoct.ſumat̃ q̃titas dicta ⁊ fiat potio. ¶ Unctio mitigatiua doloris ⁊ reſolutiua. ℞. oleorũ camomille abſinthij añ.℥.i.oleorum ſpice liliorum al.añ.ʒ.iij olei rutbe.℥.ſ.pulueris cinamomi.℥.i.pulueris ſileris montani caſſie lignee ſpice añ.℈.i.cere quantum ſufficit pro ⁊c̃.miſce ⁊ cum modico aceti quantum ſufficit fiat vnctio mollis. ¶ Suppoſitorium uentoſitatis reſolutiuum. ℞.amigdalarũ amararum.℥.ſ.bdelij.ʒ.ſ.caſſie lig.ſtoracis ſicce aſſe añ.℈.i. pulegij ſpice añ.ʒ.ſ. radicum ireos radicum ariſtologie ro. añ.℈.ij.ſeminum apij petroſilij añ.℈.j.ſeminum rutbe.℈.ij. ſeminum ſileris mõtani aniſi feniculi carui ameos añ.℈.i.cinamo

mi.℈.ij.cimini.ʒ.j.croci.℈.j.ſalis coIs.ʒ.j.mellis quantum ſufficit pro ſuppoſitoriis conficiendis.

¶ Contra uermes.

Cliſtere ℞.lactis capri.ʒ.ij. mell.ʒ.iij. ¶ Unctio.℞.oleoꝝ maſticis.ʒ.ſ.abſinthij amigdalaꝝ amararũ añ.ʒ.j.pulueris aloes abſinthii gentiane añ.ʒ.ſ.nigelle.℈.ij. ſeminũ portulace coriandroꝝ coral.ru.añ.ʒ.ſ.fellis tauri.ʒ.j.bauracb.ʒ.ſ.cere.q.s.pro vnguento.pul.pul.deinde oia ſimul miſce ⁊ fiat vnguẽtũ. ¶ Pille ſolutiue ṽmiũ ⁊ humorũ ipſoꝝ.℞.aloes.ʒ.ii.myrre.ʒ.ii.croci.ʒ.ſ.reubarbari.ʒ.ſ.corticum radicum capparorum bauracb thimi iudaici añ.℈.j.puluerizent̃ ſubtilr deinde omnia ſimul miſce ⁊ cum ſyrupi de abſinthio.q.s.ad incorporandũ reformẽt̃ pillule.vii. p ʒ. ¶ Potus digeſtiu⁹.℞.acrimonie.M.ij.radic. graminis.M.i.ſiliginis.ʒ.ſ.coriãdroꝝ p̃paroꝝ.ʒ.ii.ſeminũ portulace.ʒ.i.miſce deinde oia bulliant in ſufficienti q̃titate aque uſqꝫ ad ↄſumptionẽ tertie ptis aque deĩde optime exprimantur ⁊ colent̃ ⁊ dictam colaturam uſui reſerua. ¶ Pille iterficiẽtes ṽmes.℞.croci.℈.ſ.myrre.ʒ.ſ.cortic.radicis capparorum.℈.i.abſinthii.ʒ.ſ.bauracb.gra.iii.thimi nigelle polij añ.ʒ.ſ.ſemẽtine.ʒ.ſ.ſandonici terre ſigillate ſeminum raphani añ.℈.i.coriandri preparati coral.rub.añ.℈.i.zuccari albiſſimi.ʒ.ſ.puluerizentur omnia ſubtiliter deinde cum ſucco enule.q.s.ad incorporandũ oia reformẽt̃ pille.ix.pro.ʒ. ¶ Puluis p epithimate.℞.aloes abſinthij añ.ʒ.i.bauracb.℈.i.gentiane.ʒ.ſ.tinij calamenti maſticis indici nigelle menthe abrotani añ.℈.ij.coriandrorum p̃paratoꝝ coral.ru.añ.ʒ.i.fellis tauri.ʒ.ii.ſucci cepe.ʒ.ſ.pul.pul.deinde oia ſimul miſce. Iſtius pulueris ⁊ ſucci cepe medietas infundatur in aceto conuenientis acetoſitatis deinde in ipſo aceto taliter mixto ⁊ ſuauiter calido infundatur filtrum in figura ſcuti aut tela quadruplicata deinde ſcutum talr infuſum ⁊ extractũ ab ipſo liquore aſpergatur cum pte pulueris que remanſit.q.s.ad aſpergendum ultimo: deinde ſcutum talr madefactum ⁊ poſtea aſperſum tepidum ſup ſtõcbo ponat̃ ita ut cuſpis acutior ipſi⁹ ſtõcbi cooperiat os ſtõcbi. Baſis vo ſcuti cooperiat fundũ ſtõcbi: ⁊ talr reiteret̃ hoc medicamen ter vel quater in die naturali. ¶ Confectio.℞.ſementine diptami albi añ.ʒ.i.nigelle.℈.i.ſeminum portulace caudani añ.ʒ.i. coriandrorũ p̃paratorum ℈.i.endagi bagade cornu cerui uſti añ.ʒ.ſ.zuccari albiſſimi.ſ.lib.i.miſce ⁊ cum aquis agrimonie gentiane añ.q.s.fiat confectio ſolida in forma rotunda. ¶ Aluarini.℞.tyriace antique.ʒ.ſ. ¶ Emplm.℞.radicis enule.ʒ.i.folioꝝ viridiũ hoꝝ quatuor infraſcriptoꝝ.vz abſinthij rutbe mẽthe abrotani añ M.i.nuclioꝝ perſicoꝝ lupinoꝝ añ.ʒ.ſ.bauracb.ʒ.i.thimi nigelle gentiane inde aloes añ.ʒ.i.fellis tauri.ʒ.ſ.cepe.ʒ.i.coriãdrorum p̃paratoꝝ ſumacb ſemis portulace añ.ʒ.i.olei abſinthij olei amigdalarum amararũ añ.q.s.ad impugnandũm. Radices herbe nuclee cepe ↄtundant̃ ⁊ deinde ſufficienter bulliant ultimo oia cum reliquis incorporentur ⁊ fiat emplm ad lentum ignem.

¶ Contra uermes pro puella dñi Uincilai de ripa. patiente exitum ani.

Recipe ſucci abſinthij.q.s.ad infuſionẽ iſraſcripte mice panis in canone iſraſcripto aloes epatici.ʒ.i.gentiane.ʒ.ſ.nigelle.℈.ii.maſticis.ʒ.ſ.lupulo ꝑ ſemis.ʒ.i.myrre.ʒ.ſ.coriandroꝝ p̃paratoꝝ.ʒ.ii.corallorũ ru.g̃.ij.fellis tauri aut ſaltem bouis.℈.ii.puluerizanda puluerizentur ſeorſum ⁊ difformiter ut decet ſm cano. Deinde in dicto ſucco abſinthij infundant̃ ⁊ ex dicto ſucco ibibat̃ mica panis groſſitiei vnius digiti ⁊ figure ſcutalis ſiue in modũ ſcuti.poſtea ipſa mica panis talr ibibita aſpergat̃ ex dicta mixtura pulueris ⁊ felle tauri aut ſaltem bouis. Ultimo mica taliter ibibita ⁊ aſperſa ſuauiter in uelo ſerico ſubtili ⁊ raro ⁊c̃.

¶ Contra uermes cum febre ⁊ fluxu mãerũ diuerſarum ſed amplius flegmatis.

Terminum interfectiuũ ⁊ eductiuũ mãeꝝ acutarũ abſterſiuũ ⁊ lenitiuũ.℞.lactis caprini.ʒ.x.mell ⁊ eſt efficaci⁹.ʒ.ii.aut zuccari ⁊ eſt min⁹ efficax miſce. ⁊ fiat cliſtere. ¶ Uermiũ iterfectiuũ ⁊ eductiuũ ⁊c̃.℞.oleoꝝ maſticis.ʒ.ſ.abſinthij amigdalarũ amararum añ.ʒ.i.aloes abſinthij gentiane añ.ʒ.ſ.nigelle.℈.j.ſeminũ portulace coriãdrorũ p̃paratorũ coral.ru.añ.℈.i.fellis tauri uel bouis.ʒ.j.bauracb.℈.i.cere noue.q.s.pro vnguento molli.pul.pul.⁊ fiat vnguentũ p ſtõcbo ⁊ ſecũ.nis grecilib⁹ uſqꝫ ad vmbilicum. ¶ Uermium eductiuũ ⁊ ↄfortatiuũ ſtõcbi.℞.abſinthij.ʒ.ſ.nigelle.℈.ſ.cornu cerui uſti.℈.i.ſementine.℈.ii.corticũ radicũ capparorũ.ʒ.i.ſeminum portulace coriãdroꝝ p̃paratorũ añ.℈.i.pul.pul.⁊ cum ſyrupi de abſinthio fiãt pille.ix.uel.x.pro ʒ. ¶ Digeſtiuũ mãe uermiũ ut ſupra de vnguẽto.℞.agrimonie.M.i.radicũ graminis.M.ij.ſeminũ ſiliginis.ʒ.i.coriãdrorũ p̃paratorũ.ʒ.ſ.portulace.ʒ.ij.miſce ⁊ bulliãt ad ↄſũptionẽ medietatis in aq̃ ſufficienti q̃titate ciſterne ⁊ exp̃mant̃ ⁊ aſſumat loco ſyr.ʒ.iij.bis in die ⁊ lymphet ẽt vinũ. ¶ Uerminꝫ iterfectiuũ ut ſupra de vnctiõe.℞.ſemẽtie.ʒ.ſ.radicis diptami albi.℈.i.nigelle.℈.ſ.endagi bagade.℈.ſ.ſeminum caudani ʒ.ſ.portulace.℈.i.coriandrorum p̃paratorũ.ʒ.i.gariofilorum ʒ.ſ.cornu cerui uſti.ʒ.ſ.zuccari albiſſimi lib.i.miſce ⁊ cũ aq̃rum agrimonie ⁊ abſinthij.q.s.ad conſi.fiat confe.ſolida in morſellis. ¶ Mãe ſtõatice digeſtiuum ⁊ ṽmiũ repulſiuuꝫ.℞.aquarum abſinthij.ʒ.i.ſ.menthe ſcabioſe añ.ʒ.ſ.miſce ⁊ aromatizetur cum modico modici croci. ¶ Digeſtiuum ultime diate ⁊ mẽbroruꝫ nãtium cõfortatiuum.℞.maſticis gra.iii. ¶ Digeſtiuum ut imediate ut ſupra ⁊c̃.℞.tyriace antique.ʒ.ſ.vini albi medie vinoſitatis.ʒ.i.miſce. ¶ Fluxum reſiſtens ⁊ febrem mãs ipſorũ adſiciendo membra nãlia confricando ⁊ ſtipticando ⁊ uermes repellens iterficiẽs ⁊ educẽs.℞.mirabolanum kebulũ ↄdĩtũ.j. ¶ Aliud ut ſupra ſed efficaci⁹.℞.miclete.ʒ.iij.aque abſinthij quantum ſufficit pro potione miſce ⁊ fiat potio.

¶ Contra debilitatem ṽtutum naturalium iuncturarum ⁊ cõtra uermes.

Solutiuũ facile minoratiuũ.℞.pillarũ de hiidicra de iera ſimplici añ.℈.i.agarici hermodactyloꝝ añ.℈.ſ.ſal gẽme.g̃.i.zinzib.g̃.j.ſ.maſticis.g̃.ii.miſce ⁊ cũ ſyrupi de abſinthio.q.s.ad icorporãdũ forment̃ pille.vii.p ʒ. Iſtarum pillarũ aſſumat a duabus uſqꝫ ad q̃tuor ad libitum in aurora oi mẽſe ſel. Et poſt ipſarũ aſſũptionẽ dormiat per horã ſi põt ſed ſtet ieiunus quatuor horis ad minus. deinde prandeat ſi pille cũ ſoluerint uel non aſſumat lenitiuum añ prandium. Nam forte tarde abẽt ſolutionẽ ⁊ ipſam leuem facient. ¶ Aliud ſolutiuum faciliimũ.℞.caſſie fi.ʒ.j.ſ.mirabolanorum kebulorum.ʒ.ij.aque abſinthij.ʒ.i.ſeri caprini.q.s.pro potione miſce ⁊ fiat potio. Mirabolani contriti groſſo modo infundãtur prius in aqua ⁊ ſero per horas.xij.ad minus. Deinde optime exprimantur ⁊ colentur ulamo dicte colaturẽ ipſa caſſia fi.addatur miſce ⁊ fiat potio. ¶ Iſtaꝫ caſſiã fiſtulam aſſumat in aurora ſingulis duobus mẽſibus ⁊ poſt ipſius aſſumptionem dormiat parum uel non dormiat ⁊ aſſumat cum modis ⁊ ordinibus deſcriptis in alia medicina. nam tarde ſoluet iſta. ¶ Digeſtiuum.℞.aquarum ſaluie.ʒ.j.ſ.menthe.ʒ.j.abſinthij.ʒ.ij.miſce ⁊c̃. Iſtas aquas calidas aſſumat in aurora quatuor diebus cõtinuis in ſingulis duobus menſibus.deinde poſt ipſarum aſſumptionem dormiat ad libitum ⁊ ſtet ieiunus ad minus horis.iij. ¶ Confectio Recipe ſpecierum aromatici ro.deſcriptione Gab.ʒ.j.dyamuſci dulcis.ʒ.ſ.zuccari albiſſimi.ʒ.iij.miſce cum aquarum ſaluie abſinthij añ.q.s.fiat confectio ſolida in morſellis.ui.ʒ. Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum cum excitat̃ oi hebdomada ſel. Et poſt ipſius aſſumptionẽ ſtet ieiun⁹ ad min⁹ horis tribus ⁊ non curet interim dormire. ¶ Solutiuum facile.℞.pillarũ ſupraſcriptarum.ʒ.j. Iſtud ſolutiuũ aſſumat q̃ta die poſt cõpletã aſſũptionẽ ſupraſcriptarũ aquarum in ſingulis duob⁹ mẽſib⁹.quõ ſolutiuũ aſſumat cũ modis ⁊ ordinibus deſcriptis pillarũ ſupraſcriptarũ. ¶ Pille ſolutiue ⁊ cõfortatiue mẽbrorũ nãliũ ⁊ iuncturarũ ⁊ ṽmiũ interfectiue.

℞.trociſcoꝝ de abſinthio.℈.ii.de reubarbaro.℈.i.nigelle gentiane aā.℈.ſ.ſementine.ʒ.ſ.ariſtologie lõge.℈.i.baurach.℈.ſ abrotani.℈.i.cornu cerui uſti.ʒ.i.coriãdri ꝑparati.℈.ii.abſinthij.℈.ii.ſaluie.℈.ſ.maſticis.℈.ii.caulis ſeminis carui mẽthe aā.℈.i.mirre.ʒ.ſ.croci.℈.i.ruthe.ʒ.ſ.ſeminis plantaginis.℈.ii.aloes omnium ſimul collectorum.iiii.pil.miſce & cum fellis tauri aut ſucci porri.q.s. ad incorporandum formentur pillule.vii.pro.ʒ. Iſtarum pillarum aſſumat a tribus uſqꝫ ad v.ad libitum in aurora oſbus.xx.dieb⁹ quas aſſumat cū modicis tactis in aſſumptione aliarū pillarū. ¶ Pille confortatiue ſtõchi. ℞.trociſcoꝝ de abſinthio.ʒ.i.ſpẽrum dia.ro.deſcriptione Sab.ʒ.ſ.menthe ſicce ſaluie aā.℈.i.maſticis.℈.ii. miſce & cum ſy.de abſinthio.q.s.ad incorporandū formentur pille.vii.pro.ʒ. Iſtaꝝ pillulaꝝ aſſumat a.ii.uſqꝫ ad.v.ad libitum in ſingula hebdõa deinde poſt ipſarum aſſumptionē ſtet ieiunus horis trib⁹ & iterū dormiat ad libitū. ¶ Lotio pedū ℞.ſaluie.M.ii.ſticados.M.i.betonice calamenti.aā. M.ſ. miſce deinde bulliant in ſufficienti quantitate aque uſqꝫ ad conſumptionē q̄rte ptis aque. Iſta lotione ſuauiter calida lauent pedes crura & genua ante cenā ſel' aug bis ad libitū ſingulo menſe leuiter & parū fricando verſus ſurſum: & hoc idē faciat manibus ſi libet.

¶ Contra exitum ani ſeu inteſtini recti propter mollificationem ipſius inteſtini.

Recipe emblicoꝝ myrtilloꝝ.ʒ.ſ.ſumach roſarū aā.ʒ.i nucū cypſi.ʒ.ſ.thuris.ʒ.i.vini nigri ſtiptici. q.s.pro decoctione ſupraſcriptarū rerū.ɔtūdēda ɔtūdantur groſſo mō.deide oia ſil' mixta bulliāt ad lētū ignē uſqꝫ ad cōſumptionē tertie ptis dicti vini. In hac decoctione nō tepida ſed ſuauiter calida ſedeat p vnū q̄nq̄geſimū hore puella egra imediate ſaltē poſt uētris receſſum & anteq̄ īteſtinū in anū introducat. Et ſaltē bis in die tal'r ſedeat ſi ipſa non ſecederet aut ſaltem ſpongia vna noua ex dicta decoctione ſuauiter calida ibibita deide leuiter expreſſa & panno lineo ſimplici albo & raro inuoluta apponatur ano &c̄.ut ante de dicto balneo & ibi retineatur ſuauiter compreſſa ſaltem per horam vnam. Deinde poſt ſeſſionem dictam in ipſo balneo & ēt poſt dictā ſpōgiā & anteq̄ īteſtinū introducat in anum ut aīt tūc pulueris alterius medicamis imediate infraſcripti aſpergat ſuper dicto inteſtino p̄s ɔueniens ad hoc.poſtea inteſtinum idem cū dicto puluere in anū īromittat ut poſſibile eſt & retineat tal'r ſtra anū īteſtinū ipm cū nat ib⁹ ſtātib⁹ ſtrictis p er tps notabile ut eſt poſſibile. ¶ Ad idem aliud. ℞.acatie.ʒ.i.roſarū myrtilloꝝ ſucco.aā.ʒ.ſ.ſumach.℈.ſ.balauſtiarum.ʒ.i. antimonij ℈.i.aluminis.℈.ſ.maſticis.ʒ.ſ.nucum cypreſſi.ʒ.i.ſpice caſſie lignee aā.℈.i.puluerizanda pul.ſeorſum & diſſormiter ut decet ſtu tano.deide oia ſimul miſce. Iſtius medicaminis pulueriçati ut hic imediate ſupra pars ſufficiens ad hoc ponat ſuper dicto īteſtino egreſſo. Et taliter ponatur imediate poſt balneum ſupraſcriptū aut ēt imediate poſt ſpongiam ſupraſcriptam. Deinde īteſtinū īroducat &c̄.ut ait in alio canone alterius medicamis imediate ſupraſcripti. ¶ Ad idem. ℞.citoniorum.ʒ.iii.balauſtiarum.ʒ.ii.roſarum.ʒ.i.ſ. nucum cypreſſi.ʒ.ii.vini nigri ſtiptici.q.s.pro decoctione iſtarum reꝝ. Citonia ipſa minutim incidantur & melius gratuſent deinde reliqua ɔtūdēda ɔtūdant groſſo mō. Ultimo oia ſil' mixta bulliāt ad lentū ignē uſqꝫ ad ɔſumptionē tertie ptis dicti vini. Si vo medicamē puuitare ɔgruit tūc in hac decoctione nō tepida ſed tantū ſuauiter calida ſedeat puella. Deide īteſtinū aſpgat ex puluere imediate ſupraſcripto &c̄.ut ibi.aut ſpōgia ex hac decoctione ibibita inteſtino apponat &c̄. ut ſupra de alio medicamine primo ſupraſcripto compoſito ex emblicis myrtillis &c̄.ut ibi.

¶ Contra exuberantem fluxum emoroidarum.

Fluxus emoroidalis ɔſtrictiuū. ℞. mirabolanos kebulos numero.ii.pulpas iſtoꝝ mirabolanoꝝ comedat in aurora q̄tuor dieb⁹ ɔtinuis in qb⁹ exuberantē fluxū patiat & poſt ipſi⁹ aſſūptionē ſtet ieiun⁹ horis q̄tuor & dormiat iterū non plus q̄ per horā. Hoc medicamine utat quocūqꝫ tpe anni qñ p̄dictū fluxū patit. ¶ Fluxus emoroidalis ɔſtrictiuū ꝑori efficaci⁹. ℞.triſere ferruginate ex arte fenois. ʒ.ii.aque plantagis.ʒ.i.ſ.miſce. Si vo medicamen congruit efficacius tunc iſtā mixturā ſumat in aurora debite calaꝫ ut ſupra de mirabolanis. ¶ Fluxus emoroidalis conſtrictiuū efficacius ꝑori imediate. ℞.pillarū de bdelio. Si vo medicamē ɔgruit efficacius tunc a.v.uſqꝫ ad.vii.ſumat iſtarū pillarum in aurora cum modico vini nigri ſtiptici ut ſupra de mirabolanis omnia ſeruando.

¶ Contra dolorem emoroidarum.

Recipe ſuaue pruocatiuū & apitiuū emoroidaꝝ. ℞. folium ficus & cū dorſo ei⁹ fricet eas & hoc qñ vult q̄ apiant & ſanguinē educāt. Iſta utat fricatione pluries cū emoroides tumēt & do'ēt & ſanguinē querit educē uerū hēc p̄cedāt euiones debite ad emoroides. ¶ Unguētū mitigatiuū doloris emoroidaꝝ ſi cū eis eſt ardor &c̄. ℞.olei violarū olei roſ.albuminis oui vitellū oui cere albe. Fiat vnguentum molle tinngat petia in dicto vnguento deide ducat circa cādelā & iponat & ultimo extrahat petia remanente. Et ſi non ſentit ardorē tā dolet addat modicū croci. Si eſt ſine ardore ponatur adeps anatis cū ſubſtātia corpulēta accepto fruſto longo aliqualiter filo alligato & ſic integrū ano apponat dolore infeſtante & propue ſi eſt ſine dolore.

De egritudinibus renum & veſice.

¶ Contra caliditatem renum.

Solutiuū facillimū. ℞.caſſie electe tamarindorū aā.ʒ.i.ſucci violaꝝ recētiū & in conſerua çuccari.ʒ.ii.ſucci roſaꝝ.ʒ.ii.mirabolanoꝝ kebuloꝝ pulueriçatoꝝ.℈.i.draganti çuccari cādi.aā.ʒ.ii.iulep vio.aque endi.aā q.s.pro diſſolutione caſſie tamarindi minutim icīſi diſſoluantur cū dictis iulep & aq̄ ſufficiēti ipſis remanētibus in forma electuarij.ultimo reliqua oia addant fiat el'uariū. ¶ Unctio p renib⁹. ℞.oleoꝝ nenufaris.ʒ.vi.roſati & violati aā.ʒ.iii. draganti & gūmi arabici aā.℈.ſ.ſeminū.iiii.minoꝝ frigidoꝝ coium vꝫ lactuce portulace endiuie plantagie aā.℈.i. raſure eboris ſandalorum rub.aā.℈. .cere albiſſime q̄tum ſufficit fiat vnctio mollis pro renibus.

¶ Contra caliditatem renum.

Recipe oleoꝝ roſati.ʒ.i.ſ.nenufaris.ʒ.i.myrtilloꝝ.ʒ.ſ dragāti gūmi arabici aā.ʒ.ſ.ſeium coium melorū frigidorū.ʒ.i.mioꝝ frigidoꝝ papaueris albi aā.ʒ.ſ.mucillaginis portulace & papaueris albi aā.ʒ.i.ſandal.ru.ʒ.vi.boli armeni.ʒ.ii.raſure eboris.ʒ.i.cere albe.q.s.pro vnguēto molli. Et ſi ad incorporandū neceſſaria ſit maior olei q̄ntitas tunc ſolum dictum oleum nenufaris augeat.pulueriçanda pul. ut decet deinde omnia ſimul miſce. Ultimo cū modico modici aceti ſolum.q.s ad penetrandum omnia ſimul incorporentur ad lentum ignem. Ex hac vnctione actu frigida ut eſt vngatur ut oportet renes. Si vo medicamē congruit efficacius ꝑori immediate tunc ℞.vnguenti immediate ſupraſcripti.ʒ.i.ſ.mucillagis pſilij.ʒ.ſ.miſce deinde omnia ſimul icorporent ut ſupra pro vnguento molli. Si vo iterum efficaci⁹ congruit tunc ℞.vnguenti imediate ſupraſcripti.ʒ.i.ſ. camphore.g̃ vi. Camphora ipſa pulueriçetur ut decet deinde oia ſimul miſce & optime incorporentur ad lentum ignem & fiat vnguētum ut ſupra. Si vo adhuc efficacius conuenit remedium ſuper loco renum ex directo ponat vnam laminam plumbeā latitudis quatuor digitoꝝ & lõgitudis ſaltē ſex digitoꝝ & groſſitiei ſaltē vnius coſte cultelli conuenientis ad incidēdū panē pforatā pluribus foramib⁹ latitudinis ptis groſſioris vnius acus ſubtilis ſeu conuenientis ad ſuendum hāc teneat ſuper renibus pluri tempore ſm neceſſitatem.

¶ Contra calculum renalem & uentoſitatem.

Doloris mitigatiuū lapidis cōminutiuum cāſarum dolorum & mācrum coium eductiuum uētoſitatiſqꝫ reſolutiuū & eductiuū. ℞.oleoꝝ lilioꝝ alboꝝ.ʒ.iiii.

ſpice.ʒ.iiȷ.aneti.ʒ.v.camomille.ʒ.iiij.vitellos oui numero.ij. pulueris cinamomi.ʒ.ii.croci.ʒ.ſ.pulueris çuccari.ʒ.j.ſalis cois.ʒ.iii.miſce.⁊ fiat cliſtere. Iſtud cliſtẽ debite calm ſibi iponat dolore ipm uexãte aut dñ uexatiõi ex dolore pxim⁹ eſt. Et ipm ẽt talr ſibi imponat dieb⁹ pcedente ⁊ ſequenti diẽ aſſumptionis ſolutiui pximi infraſcripti. ℭ Solutiuum ⁊ eſt pro ptu. ℞.caſſiefi.ʒ.i.benedicte.ʒ.iii.eluarij indi.ʒ.i.aq̃rũ ſparagoꝝ ſcolopendrie ana.q.ſ.pro potione miſce ⁊ fiat potio. Iſtud ſolutiuum aſſumat debite calm in aurora ⁊ cum cuſtodia tpe quo actualr dolet aut dolori proximus eſt. ℭ Doloris mitigatiuum lapidis cõminutiuum ⁊ ipſius eductiuum uentoſitatiſq; reſolutiuũ. ℞.oleoꝝ ſcorpionis cõpoſiti deſcriptione Meſ.nucleoꝝ pſicoꝝ.ʒ.i.camomille.ʒ.ſ.oleorum ſpice liliorum alborum pinguedinis galline añ.ʒ.ſ. anatis.ʒ.i. pulueris cinamomi.ʒ.ii.croci.ʒ.ſ.miſce ⁊ fiat vnctio. Ex hac vnctione debite cale vngat locus doloroſus ſtomacho ieiuno ſaltem bis in die.vȝ añ prãdium ⁊ ante cenam ⁊ amplius ad libitum ſm neceſſitatem. Et ea vnctione taliter ut incipiat die ſequenti diẽ aſſumptionis ſolutiui ſupraſcripti. ℭ Doloris mitigatiuũ ⁊ lapidis cõminutiuũ ⁊c̃.ut imediate ſupra efficacius pori imediate. ℞.pitarie.M.iiii.ſenationum pulegij calamenti camedreos camepiteos ſauine abrotani añ M.ſ.radicis altee fruſtatim inciſarum.M.ſ.ſeminum lini fenugreci cartami añ.ʒ.ſ.aniſi feniculi carui ameos añ.ʒ.ii. florum camomille meliloti altee añ.M.i.ſemina contundantur groſſo modo deinde oĩa ſimul bulliant in ſufficienti quãtitate aque fluuialis uſq; ad cõſumptionẽ medietatis aque poſtea optime exprimanſ ⁊ colenſ.cuius colature ℞.xv.uel ad libitum.ʒ.xij.oleorũ liliorum alboꝝ ſpice aneti añ.ʒ.ii.caſſiefi.ʒ.i.bñdicte ſimplicis çuccari ru.añ.ʒ.iiii.vitellos oui numero.ij.ſalis cois.ʒ.iii.miſce ⁊ fiat cliſtere. Si vo medicamẽ ꝯgruit efficaci⁹ pori imediate ante iſtud enema: tunc iſto enemate utaſ ipm dolore infeſtante ⁊ pprius ſtõcho ieiuno ℭ Dolorum mitigatiuum ⁊c̃.ut ſupra. Cũ tantũ cliſteris ꝓximi ſupraſcripti dẽptis alijs medicinis fiat fomentatio calã cũ ſpongijs ⁊ h̃ canõ.⁊ loco dolenti. ℞. ſpõgias.ii. groſſitudinẽ trium digitorum ⁊ latitudis ꝓportionalis loco dolenti. Si vo ex ſupraſcriptis medicinis nõ debite conualeſcit infirm⁹ tũc ex hac decoctione fiat fomentatio cum ſpongia ſm cañ.loco dolenti quacũq; hora dolore uexante aut uexationi pxim⁹ eſt pt̃er q̃ renib⁹ dolẽtibus qb⁹ hec fomentatio nõ fiat. ℭ Doloꝝ mitigatiuũ ⁊c̃. ℞.dyacinamomi.ʒ.i. Iſtius confectionis aſſumat aliqb⁹ dieb⁹ vnũ morſellũ ſtõcho ieiuno.vȝ ſaltem ſel in die in mane cum ſurgit aut ẽt añ cenã per duas horas ad libitum. Ea confectione talr uti incipiat die tertia poſt aſſũptionem iſraſcripti medicamis cõminutiui lapidis ⁊c̃.compoſiti ex litontripon. ℞.lapidis lincis iudaici ut ibidem.

ℭ Lapidis cõminutiuum ⁊ ipſius eductiuũ harenularũq; flegmatis ⁊ uentoſitatis. ℞.litontripon.ʒ.i.ſ.lapidum lincis iudaici ſpongie añ.℈.ſ.milij ſolis ſeminum feniculi añ.gra. v.cinamomi gra.iii.aquarũ ſaxifragie ſpagoꝝ añ.ʒ.i.ſ. pluerizenſ pulu deinde oĩa ſil miſce. Iſtam potionẽ non ſolutiuã aſſumat in aurora debite calam ⁊ nõ tepidam die tertia poſt diẽ aſſũptionis ſolutiui pximi ſupraſcripti ſi morbus ⁊ dolor dat inducias. Et poſt ipſius potionis aſſũptionẽ ſtet ieiunus horis.iiii. Si vo morbus nõ dat iducias qȝ ipm maxime moleſtat tunc iſtam potionẽ aſſumat die ſequẽti immediate poſt diem aſſumptionis euiſdem ſolutiui. ℭ Curatiue actualis doloris renalis pſeruatiua que a futuro lapide renum ⁊ a dolore eorum ex inã ipſos renes ⁊ vias urinales oppilãte ac etiam uentoſitate cotidiẽ virtuti familiaris ⁊ uſualia ut hic infra. ℭ Preſeruatio ⁊ ẽt cura al.ꝓſ. Uentris lenitiuum facile ⁊ uſuale eſtq; medicina ſenum mundificat viſcera ⁊ abſtergit renes. ℞.terbentine electe.vȝ dyaphane lucide munde ⁊ non lote.ʒ.ſ.aut ad libitum.ʒ.i.çuccari albiſſimi trium coctarum pulueriçati.q.ſ.ad ipſam terbentinam debite iuoluẽdã ut imediate iſra in ſequenti latere. Terbentina ipſa tota ſimul aut ad libitum in fruſta duo uel tria diuiſa ſm poſſibilitatem aſſumentis uel ut ſibi melius libet iuoluaſ optime in dicto puluere çuccari deinde fruſtatim ipſa terbẽtina ſeu ipſa fruſta degluciant ola talr çuccaro triũ coctaꝝ inuoluta. aut ſi ſibi gratius eſt ipſa terbentina çuccaro inuoluta ut hic ante poſtea tota uel quaſi tota aut ſaltem fruſtatim ut añ iuoluaſ in pteo ſcalate ſeu nebule vino dulci ſꝑius madefacte.q.ſ.ad ipſius terbentine debitã iuolutionem. Iſtã terbẽtinã talr çuccaro aut ſcalete inolutã ut hic añ aſſumat in aurora uel ad libitum in mane cum ſurgit ſaltẽ ſel in mẽſe ⁊ amplius in ſingula medietate cuiuſlibet menſis ſel quocũq; tpe anni pt̃erq̃ tpe calo. ℭ Uentris lenitiuum ⁊ a renib⁹ eductiuum facile efficacius pori imediate. ℞.caſſie electe.ʒ.i.ſ.aque ordei excorticati tpe calo.q.ſ.pro potione: ſed tpe frigido aqua mellis tãtũdẽ loco dicte aque ordei miſce ⁊ fiat potio. Si vo medicamen congruit aliqualiter efficacius pori imediate tunc iſtaȝ potionem ex caſſia fi.⁊c̃.ut hic ante aſſumat in aurora debite calidã ⁊ non tepidam ſel in ſingulo mẽſe ⁊ poſt ipſius aſſũptionẽ non dormiat: aut ſi dormierit nõ amplꝰ .eq̃ media hora dormiat ſed ſtet in lecto per vnã horã cũ dimidia poſt ipſi⁹ caſſie aſſumptionẽ. Et poſt eiuſdem caſſie aſſumptionem ſtet ieiunus horis quattuor deinde prandeat ⁊ nõ aſſumat lauatiuũ aliqõ ⁊ in dicto prandio comedat blites ⁊ boraginẽ. bibeat carnes laudabiles ut pulli hedi uel vituli aut ſilẽs laudabiles carnes. ℭ Preſeruatiua a futuro dolore renuȝ ⁊ lapide ſed non ſolutiua. ℞.amigdalas amaras electas debite mundas ⁊c̃.a cortice ſuo ſubtili ſicco numero.vi. Deinde coopertas ſeu confectas ex vna coopertura ſola çuccari albiſſimi triuȝ coctarum. Iſtas amigdalas comedat bene maſticãdo in aurora aut ad libitum in mane cum ſurgit ſed melius in aurora ⁊ tunc poſt ipſas dormiat ſi poteſt ad libitum. Et poſt earum aſſumptionẽ ſtet ieiunus horis q̃tuor. Iſtis vo amigdalis talr utaſ ſaltẽ ſel in ſingula medietate cuiuſlibet menſis ꝑterq̃ tpe calo. ℭ Preſeruatiuũ a dolore renali ⁊c̃.ut imediate ſupra aliqualiter efficacius ipſo pori imediate reneſq; mũdificans. ℞.amigdalas amaras confectas ⁊c̃.ut imediate ſupra numero.vi.aque mellis facte ſm canonẽ infraſcriptũ.ʒ.iii. Si vo medicamen congruit aliqualiter efficacius medicamine pori imediate tũc iſtas amigdalas amaras comedat in aurora uel ad libitum in mane cum ſurgit: deinde imediate iſtã aquam mellis bibat calidam ⁊ non tepidam aut ad libitum frigidã ſed tñ melius calidam ſaltem ſemel in ſingula medietate cuiuſlibet menſis preterq̃ tẽpore calido ⁊c̃.ut imediate ſupra de ſolis ipſis amigdalis amaris. Aque mellis de qua imediate fit ſupra mentio. ℞.mellis electi.ʒ.i.ſeu partem vnã.aque fluuialis munde ⁊ clare.ʒ.ix.ſeu partes nouem miſce deinde bulliant ad lentũ ignẽ uſq; ad conſumptionem tertie partis aque continue ſemper ipſaȝ decoctionẽȝ deſpumando. Ultimo eadẽ decoctio tunc ab igne depoſita coletur per pannũ lineũ ſubtilẽ albũ ⁊ raruȝ ⁊ uſui ſeruẽ. Iſta aqua mellis utatur cũ dictis amigdalis amaris ut in alia recepta prime ſupra. ℭ Preſeruatiuũ a dolore renali ⁊c̃.ut proxime ſupra. ℞.medulle oſſiũ cereſorũ coopte ſeu confecte cũ çuccaro albiſſimo ⁊c̃.ut ſupra imediate.amigdale amare.ʒ.i.aque mellis ſupraſcripte proxime.ʒ.ii. Si vo medicamẽ ſupraſcripti cõpoſitũ ex amigdalis amaris ⁊ aqua mellis permutare congruit tunc primo iſtas medullas oſſiuȝ cereſorum comedat bene maſticando: deinde imediate ipſaȝ aquaȝ mellis bibat in aurora uel ad libitũȝ in mane cũ ſurgit ſeruatis reliquis modis ⁊ ordinibus deſcriptis in aſſumptione ⁊ uſu alterius medicaminis proximi ſupraſcripti compoſiti ex amigdalis amaris ⁊ aqua mellis ut ibi. ℭ Preſeruatiuũ a dolore renali ⁊c̃.ut prime ſupra ⁊ ꝓpꝰ lapidẽ frangens. ℞.brodij cicerũ iperatoris ſeu cicerũ rubeorũ ſiue nigrorũ ſm Auicen.ſecũ ſm cano.ad hoc.ʒ.iiii.pulueris cinamomi.℈.i.çuccari cãdi pulueriçati.ʒ.ii.miſce. Si vo medicamen congruit efficacius eꝑtiori proximo cõpoſito ex medullis oſſiuȝ cereſoruȝ ⁊ aqua mellis.tunc iſtã potionẽ debite calidã ⁊ non tepidã aut etiaȝ frigidã ſed tñ melius calidã aſſumat in aurora aut ad li

bitum in mane cum ſurgit ſeruatis reliq̄s modis ⁊ ordīb9
deſcriptis in aſſumptione ⁊ uſu alteri9 medicamīs ſupraſcri
pti cōpoſiti ex amigdalis amaris ⁊ aqua mellꝭ ut ibi. ¶ Preſer
uatiuū a dolore renali ⁊c̄. ut ꝓxime ſupra. ℞. cretani marini
ſeu berbe noiate uenetijs berba ſancti petri. ʒ.ij. feniculi aut
ad libitū aniſi. ʒ.j. ſeminū melonū mūdatoꝝ. ʒ.ij. aque mellis
℥.iij. Si vo medicamē̄ p̄imū ſupraſcriptū ꝑmutare cōgruit
tunc iſtam berbam cū feniculo ⁊ ſemib9 peponis ꝓ comedat
bene maſticando deīde immediate ipſam aquam mellis bibat
in aurora uel ad libitum in mane cum ſurgit ut immediate
de alio medicamine ſupraſcripto. ¶ Preſeruatiuum a dolo
re renali ⁊c̄. ut proxime ſupra. ℞. granoꝝ pinearum mūdata
rum deinde optime confectarum ex vna ſola coopertura ʒuc
cari albiſſimi triū coctaꝝ. ℥.ſ. Iſtas pillꝫs talr̄ ↄfectas come
dat bn̄ maſticādo in aurora uel ad libitū in mane cū ſurgit
ſaltē ſeꝫ in ſingula ebdōa quocūqꝫ tpe anni ⁊ poſt ipſarū aſſū
ptionē ſtet ieiunus boris tribus ad minus. ¶ Preſeruatiuū
a dolore renali ⁊c̄. ut ſupra ꝓxime. ℞. granorum fiſticorum
debite mūdatorū deinde ↄfectoꝝ ex vna ſola coopertura ʒucca
ri albiſſimi trium coctarum. ℥.ſ. Iſtos fiſticos comedat bn̄
maſticando in aurora uel in mane cum ſurgit ad libitū ſaltē
ſeꝫ in ſingula ebdōa quocūqꝫ tpe anni p̄terꝗ̄ tpe calido ⁊c̄.
ut de pineis imediate ſupraſcriptū. ¶ Preſeruatiuū a dolo
re renali ut ſupra prime. Utatur ſpongijs alternis dieb9 tpe
quo apparent ipſi ſpagi virides. Utaꝛ peponis cum arillis
ſeu ſemib9 ſuis teneralibus ⁊ matrib9 in qb9 medulle ipſe im
plicanꝛ qb9 oib9 dieb9 utaꝛ alternis ſed nō in multa q̄ntitate
ne inducerent febrē aut fluxū vētris. Utaꝛ ātecibū quatuor
aut. v. bolis raphani mediocris acuitatis optime ipſam ma
ſticando ſaltē ſeꝫ in ſingula ebdōa tpib9 tantū frigido ⁊ medio
⁊ nō tpe calido. Nota ꝙ ea die qua aſſumiꝛ vna ex ſupraſcri
ptis medicis p̄ſeruatiuis a futuro lapide renum ⁊c̄. Tunc ea
dem die non aſſumat aliam.

¶ Contra dolorem calculi.

Solutiuū minoratiuū facile. ℞. caſſie electe bndi
cte ſimplicis ſebeſtē aā. ʒ.iij. aque ſpagoꝝ
ſcolopēdrie aā. q. ſ. miſce ⁊ fiat potio. Si vo formatū i forma
ſolida factū ſit grati9 tunc aſſumat iſtas pillꝫs. ℞. ſpērū bene
dicte ſimplicis aloes ſuccotrini pillarum de iera ſimplici aā
℈.j. miſce ⁊ cū iulep violati. q. ſ. ad icorporandū formenꝛ pille
vij. ¶ Enema qd faciēdū eſt āte ſolutiua p̄dicta. ℞. florum
blite. M.j. camomille mellilotí aā. M.j. aneti florū pulegij
calamenti altee aā. M.j. ſeminum lini fenugreci cartami aā
℥.ſ. aniſi feniculi carui ameos dauci aā. ʒ.ij. iuniperi. ℥.ſ. ra
dicum feniculi petroſilij ſpagi apij bruſci aā. quartam partē
M.j.ſ. vitellum oui numero. j. caſſie fi. ℥.j. benedicte ʒuccari
rubei aā. ℥.ſ. oleorum aneti camomille liliorum alborum ana.
℥.ij. ſalis cois. ʒ.ij. berbe radices ⁊ ſemina p̄us groſſo modo
contuſa ⁊ flores bulliant in ſufficienti quantitate aque uſqꝫ
ad ↄſumptionem tertie ptis aque deinde optime exp̄manꝛ ⁊
colenꝛ ultimo tribus cyatbis dicte colature reliqua oia ad
danꝛ ⁊ fiat cliſtere. ¶ Digeſtiuū. ℞. ſyruporū de biſantijs. ℥.
j. de liquiritia oximellꝭ ſimplicis aā. ℥.ſ. aque capillꝭ ue. ſpara
gi. M.j.ſ. miſce. ¶ Solutiuū eradicatiuum. ℞. ſolutiuū ſu
praſcriptum eluarij indi. ʒ.j. miſce. ¶ Fomentatio. ℞. parita
rie ſeu vitrioli. M.iiij. ſenationum ſeu creſſonum. M.ij. folio
rū blitis maluarum aā. M.ſ. rutbe pulegij calamenti came
dreos camepitbeos mentaſtri ſauine aā. M.j. radicum altee
M.j.ſ. florum camomille mellilotí aā. M.j.ſ. aneti. M.j. ſe
minum lini fenugreci aā. ℥.ſ. ſeminum iuniperi aniſi dauci
feniculi carui ameos. ℥.j. Contundantur omnia groſſo mo
do deinde omnia ſimul bulliant in ſufficiēti q̄titate aque uſ
qꝫ ad ↄſumptionē q̄rte ptis aque. Item. ℞. ſpongias duas
que infundanꝛ in dicta decoctione deinde optime expreſſe ⁊
poſtea pāno lineo inuolute ⁊ debite calide locis dolentib9 ap
ponanꝛ p̄terꝗ̄ epati ſup qbus locis non dimittanꝛ refrige
rari ſed cum tepere icipiunt remoueanꝛ ⁊ reiterentur bis uel
ter imediate ſucceſſiue ⁊ ipſas talr̄ apponat dolore inualeſcē

te. ℞. olei aneti. ℥.ſ. olei ſcorpionum Meſ. ℥.j.ſ. olei liliorū
alborum camomille aā. ℥.ſ. milij ſolis. ℈.ij. cinamomi. ʒ.j. mi
ſce. ¶ Eluarium lapidis cōminutiuum ⁊ ipſi9 eductiuum ⁊
viarum urine mundificatiuum. ℞. iuſtini deſcriptione Ni
co. ʒ.j. lapidis lincis iudaici ſpongie aā. gr.vj. milij ſolis. ℈.ſ. ci
namomi. gr.iiij. vini ſiboli. q. ſ. ut fiat delectabile. miſce. ¶ Cō
fectio confortatiua ſtōchi uentoſitatis reſolutiua ⁊ lapidis
cōminutiua. ℞. dyacinamomi. ℥.j. ¶ Enema uſuale. ℞. oleo
rū camomille liliorꝫ alboꝫ aā. ℥.vj. vitellum oui numero. j. ʒuc
cari ru. ℥.j. ſalis cois. ʒ.ij. miſce ⁊ fiat cliſtere. ¶ Digeſtiuum
uſuale. ℞. aquarū ſparagoꝝ. ℥.ij. ſcolopēdrie ſaxifragie cap.
ue. aā. ℥.ſ. milij ſolis. ʒ.ſ. cinamomi pul. ℈.j. ʒuccari. ʒ.j. miſce
¶ Solutiuum uſuale in forma ſolida. ℞. pillarum de iera
ſimplici. ℈.ij. agarici. ℈.j. ſpice. gra. ij. Agaricus infundatur in
oximellis quantitate ſufficienti ad infuſionem. Deinde oia
ſimul miſce ⁊ cum benedicte ſimplicis. q. ſ. ad incorporandū
reformentur pillule. vij. pro. ʒ.

¶ Contra dolorem renalem Enema:

Recipe foliorꝫ blitis floꝝ camomille aā. M.j. mellilotí
aneti pulegij calamenti aā. M.ſ. radicū altee
ſeu maluauiſci. M.ſ. feniculi apij petroſilini ſpagi bruſci aā.
quartā ptem. M.j. ſemīs lini fenugreci cartami aā. M.j.ſ.
aniſi feniculi carui ameos aā. ʒ.ij. dauci iuniperi aā. ʒ.ſ. vitel
lum oui. j. caſſie fiſtule. ℥.j. benedicte ſimplicis ʒuccari rubei
aā. ℥.ſ. oleorum aneti camomille liliorū alboꝝ aā. ℥.ij. ſalis
cois. ʒ.ij. berbe radices flores ⁊ ſemina p̄us ↄtuſa groſſo mō
bulliant ſimul in ſufficienti q̄titate aque uſqꝫ ad ↄſūptionē
tertie ptis aque deide exp̄manꝛ ⁊ colenꝛ ultimo tribus cya
tbis dicte colature reliqua oia addanꝛ ⁊ fiat cliſtere. ¶ So
lutiuum minoratiuum facile. ℞. caſſie fiſtule electe. ʒ.vj. bene
dicte ſimplicis ſebeſtē aā. ʒ.iij. aquarū ſparagoꝝ ſcolopēdrie
aā. q. ſ. pro potione miſce ⁊ fiat potio. Iſtud ſolutiuum aſſu
mat debite calidum ⁊ non tepidum ſtōcho ieiuno hoc p octo
boras poſt cenam imediate p̄cedentem. Et poſt ipſius aſſum
ptionē nō dormiat imediate ſed iaceat in lecto p borā vnam
deīde ſurgat ⁊ poſt ipſius aſſūptionē ſtet ieiunus totā boris
iiij. ⁊ non aſſumat lauatiuū aliqd ſed in dicto tern io. iiij. bo
rarū prādeat. Nā forte ipm ſoluet poſt prandium ⁊ p ferculo
comedat in prandio bletas cum boragine ⁊ feniculo. Item
carnes laudabiles elixas ⁊ nō aſſatas ut pulli pdicis bedi ⁊
ſiilium ⁊c̄. ¶ Solutiuum aliud in forma ſolida ⁊ mīoratiuum.
añ. quantũ ſufficit pro incorporando peſſariũ. laudani q. ſ. p mi de ſarii. reſine. q. ſ. pro cõglutinatione ipſius. piſtãda piſtent ſubtilr. deinde oĩa ſil' miſce ⁊ fiat peſſariũ ad lẽtũ ignẽ. Iſto utat' cũ modis dictis in prĩo ſuppoſitorio. quo talr uti ſcipiat p tres dies poſt cõpletũ uſum dicti ſuppoſitorij ſicci ſuprascripti ⁊ hoc in caſu quo uellet efficacius aut hoc eẽt ſibi gratius illo. Nota q ſuprascripta cura nõ utat' tpe magni caumatis nec frigoris ſed tpib⁹ medijs. ſ. uere ⁊ autũno. Alie vero ſunt medicine fortiores ⁊ efficaciores iſtis ſʒ virtuti moleſtiores ⁊ ipſius ſolutiue ut ellebore al. arthanita colloquintida centaurea euforbiũ que medicine tales p nunc dimittantur via ſecuritatis ſperans ex his curam perfici.

¶ Contra retentionem menſtruorũ ⁊ dolorem matricis.

Inteſtinorũ Lenitiuũ ⁊ matricis doloris mitigatiuũ. ℞. olei lilioꝝ al. ℥. xij. vitellum oui nũero: j. croci. ℈. j. ſal' cõis. ʒ. ij. miſce ⁊ fiat cliſtẽ. ¶ Lenitiuũ ut ſupra ⁊ mitigatiuũ ⁊ mr̃icis ↄfortatiuũ. ℞. oleoꝝ lilioꝝ al. ℥. x. ſpice. ʒ. v. vitellũ oui. j. ſalis cõis. ʒ. ij. miſce ⁊ fiat cliſtere ¶ Mãe mẽſtrualis retẽte mioratiuũ. Flõmia p̃mo fiat ex baſilica dextre ex qua extrahant'. ℥. iiij. ſanguinis ⁊ fiat ſtõcho ieiuno an̄ p̃n̄diũ. ¶ Coium mãerũ ⁊ ꝓpe eductiuũ. ℞. caſſie electe. ℥. j. ſebeſtẽ. ℥. ſ. ſucci roſarũ. ʒ. ij. aque capil. uene. ʒ. ij. ſeri caprini. q. ſ. pro potione miſce. ¶ Diuerſiuum materierũ propriarũ a regionibus mẽbroꝝ ſuperiorũ ⁊ ꝓpe p̃ncipaliũ. Fricationes coxarũ ⁊ cruriũ oĩum mediocriter intenſe ⁊ mediocris tpis fiant ſtõcho ieiuno habita p̃us uentris ſolõne ſi poſe eſt. ¶ Diuerſiuũ ut ſupra mẽſtruoꝝ ꝓuocatiuũ. ℞. florũ camomille florũ violarũ florũ mellilloti ⁊ pulegij. Contundant' oĩa groſſo mõ deinde miſce ⁊ bulliãt in ſufficienti quãtitate aque pro lotione tybiarũ uſqʒ ad cõſũptionẽ quarte ptis. ¶ Uapoꝝ repſſiuũ ad mẽbra ſuperiora aſcẽdẽtiũ ⁊ ipſoꝝ reſolutiuũ. ℞. coriãdri p̃parati deinde ſemiconfecti çuccaro albiſſimo. ¶ Digeſtiuũ. ℞. ſyrupi de biſantijs abſinthij ana. ℥. j. aquaruʒ capil. ue. ℥. ij. lupuloꝝ. ʒ. j. miſce. ¶ Aſcenſus vaporum ꝓhibitiuũ ut ſupra ⁊c̃. Ad intra vuluã ſatis interponant'. ʒ. ij. gallie muſcate groſſe in petia ⁊c̃. ligate. ¶ Materie menſtrualis per matricem eductiuum. Flõmia fiat quarta die poſt ſecundã flõmiam ſaphene lateris decliuioris matricis ſi ad aliquod laterũ declinat ex qua. ℥. iij. ſanguis educantur. Si võ ad neutruʒ declinet matrix tunc flõmia fiat ex ambabus ſaphenis ⁊ ex qualibet educantur. ℥. ij. ſanguinis que flõmia fiat per hõs. viij. poſt p̃n̄dium aut. vij. ad minus luna non exĩte in capricorno nec piſce. ¶ Materierũ ꝓpriarũ ſolutiuũ eductiuũ ut ſupra. ℞. manne electe. ℥. j. ſ. ſucci roſaꝝ ʒ. ij. reubarbari. ʒ. ij. ſpice. ǵ. iiij. reubarbarũ prius minutim inciſum. Deinde cũ piſtello trituratum ⁊ non piſtatũ infundatur in dicto ſero ⁊ aqua p hõs. xij. ad minus. deinde optie exprimat' ⁊ colet'. Ultimo oĩa addant' ⁊ fiat potio. ¶ Aſcenſus vaporũ ꝓhibitiuum ⁊c̃. Suffumigent' nares ⁊ os cũ pẽnis cõbuſtis ⁊ proprie pdicis cum corio vel coto combuſtes ¶ Prohibitiuum ⁊c̃. ut ſupra. Super ſtõcho ponatur ſcutũ corij ſubtularis cõbuſti ita q cutis dicti corij iaceat ſuper ore ſtõchi baſis ſup ſtõchi fũdo uſqʒ ꝓpe vmbilicũ p digitos duos. ¶ Prohibitiuum ⁊c̃. ut ſupra. ℞. caſtorei aſſe fetide picis naualis cere albe miſceantur ⁊ fiat pila. ¶ Diuerſiuũ ut ſupra. Uentoſe due ſine ſcarificatione ponant' parti poſteriori ſuperiori pulparũ tybiarũ tñ cũ ſcarificatione eſſent efficaciores. ¶ Prohibitiuũ ut ſupra. Super hymẽ ponat' uentoſa ꝫ. magni orificij ⁊ ſine ſcarificatione. ¶ Prohibitiuum ut ſupra. partibus interioribus itrinſecis coxarũ ⁊ ꝓpe vuluã ponantur uentoſe due orificij magni ſine ſcarificatione. ¶ Diuerſiuũ ut ſupra. ℞. ambre blacce biſantie galbãi ligni aloes gallie muſcate. coaguli vituli miſce ⁊ in petia linea ſubtili ⁊ rara vulue imponatur. ¶ Prouocatiuũ menſtruorũ familiare ⁊ vaporum diuerſiuũ. ℞. radicis mercurialis abſinthij viridis añ. ℥. ſ. rubee tinctorum. ʒ. ſ. gallie muſcate. ʒ. j. Omnia cõtundant' groſſo mõ ⁊ ꝓprie radix ⁊ herba ita ut ſuccus earũ reducat' ad ſupficiẽ ipſarũ non tñ ab ipſ. exprimatur. deinde oĩa ſil' miſce. Ultimo in petia ⁊c̃. vulue iponant' ſatis ad itra. ¶ Solutiuũ mãerũ ꝓpriarũ ⁊ coium fecale menſtruorũ ꝓuocatiuũ. ℞. aloes ſuccotrini. ʒ. j. ſ. croci. ℈. ſ. rubee tinctoꝝ. ℈. j. galbani. ǵ. vi. agarici. ʒ. ſ. peonie cimini añ. ℈. ſ. puluerizent' oĩa ſubtilr. Deide ſil' incorporent' ⁊ cũ ſyrupo de abſinthio. q. ſ. fiant pille. vij. pro. ʒ. ¶ Aſcenſus vapoꝝ ꝓhibitiuũ ut ſupra Sternutatio ꝓuocet' cũ modico ſinapis q̃tũ ſuff cit ad hoc ut ſternutet decies vl' duodecies. ¶ Diuerſiuũ ⁊ menſtruoꝝ ꝓuocatiuũ. ℞. calamenti pulegij mentaſtri añ. M. j. ſauine. M. ij. abrotani. M. j. mr̃icarie. M. j. ſ. maiorane. M. ſ. rutbe M. j. plãta. M. j. ſ. ſe. iunipi fenugreci añ. ʒ. i. ſinapis. ʒ. ij. Cõtundant' oĩa groſſo mõ. deinde ſil' bulliãt uſqʒ ad cõſumptionẽ tertie ptis aque quãtitatis debite pro lotione tybiarũ ⁊ coxarũ. ¶ Digeſtiuũ uſuale ad libitũ. ℞. aquarũ abſinthij lupulorũ capil. uene. çuccari albiſſimi miſce. ¶ Solutiuũ uſuale ℞. ſolutiuũ ſuprascriptum ex caſſia ⁊ ſebeſten.

¶ Contra preternaturalem retentionem menſtruorum medicine efficaces ⁊ remiſſe.

Digeſtiuũ Inciſiuũ ſubtiliatiuũ apitiuũ mẽſtruorũ ꝓuocatiuũ. ℞. ſyrupi de abſinthio. ℥. j. de biſantijs oximellis ſimplicis añ. ʒ. ſ. aquarũ capil. uene. ⁊ matricarie añ. ℥. i. ſ. miſce. ¶ Uentris ſolutiui ſubtiliatiuũ ⁊ apitiuũ ꝓuocatiuũ mẽſtruorũ. ℞. aloes ſuccotrini electi. ʒ. j. myrre. ʒ. ſ. croci agarici añ. ℈. j. ſal' gẽme çinçib. añ. ǵ. i. miſce ⁊ cum ſyrupo de abſinthio forment' pille. vij. pro. ʒ. ¶ Subtiliatiuũ apitiuũ mẽſtruorũ ꝓuocatiuũ mr̃icis cõfortatiuũ ⁊ proprie qꝛ neruoſa eſt. ℞. dyacori. ℥. vi. florũ roſmari. ℥. i. miſce ambo ſil' in cõſerua dyacori. ¶ Alr. ℞. amigdalarũ amararum. ℥. j. ſe. aniſi ⁊ bauci ⁊ carui añ. ʒ. ſ. iuniperi. ʒ. ij. cinnamomi. ʒ. j. ſ. çuccari albiſſimi. ℥. xii. piſtentur omnia ſubtiliter deinde cum aqua capil. uene. fiat cõfectio ſolida in morſellis. ʒ. iij. ⁊c̃. ¶ Subtiliatiuũ ⁊c̃. apitiuum ut ſupra. ℞. granorũ pini. ʒ. i. calami aromatici caſſie lignee añ. ʒ. ſ. cinamomi. ℈. i. ſe. feniculi gallie muſcate añ. ʒ. ſ. ligni aloes. ℈. i. nigelle. ℈. i. muſci. ǵ. viii. çuccari al. q. ſ. ⁊ cum aqua matricarie fiat confectio ut ſupra. ¶ Digeſtiuum ut ſupra. ℞. aquaruʒ hypericonis. ℥. ſ. ⁊ feniculi ⁊ capil. uene. añ. ℥. i. ſ. cinamomi. ǵ. iij. çuccari al. ʒ. ij. miſce ⁊c̃. ¶ Pille ad idem non ſolutiue. ℞. trocil. de capparibus. ʒ. i. ſpecierum dyarodon albi. ʒ. ſ. dyamuſci dulcis. ℈. i. abſinthij. ℈. ii. cuſcute. ℈. i. çuccari al. ʒ. ſ. Et cum ſyrupo de abſinthio formentur pille. vii. pro. ʒ. ¶ Uentris lenitiuuʒ. ℞. oleorum de been. ʒ. vi. liliorum al. ℥. viii. abſinthij. ʒ. iii. amigdalarum dulcium. ℥. ſ. gallie muſcate. ℈. ſ. fiat cliſtere ⁊ tota quantitas eſt pro duabus vicibus.

¶ Ad prouocandum menſtrua.

Recipe ſpice croci trociſcoꝝ de myrra rubee tĩctoꝝ añ ʒ. j. miſce ⁊ fiat puluis p tribus vicibus ⁊ det' cũ vino uel brodio.

¶ Contra retentionẽ mẽſtruorũ ex mã groſſa oppilatiua.

Flobotomia fiat ex duabus ſaphenis p quã extrahant' ſanguis. ℥. iiii. ſ. ex q̃libet ſaphena. ℥. ii. ⁊ vna die fiat flõmia ex vna ⁊ alia ex alia. ¶ Minoratiuũ. ℞. pillularũ fetidarũ agarici añ. ℈. i. ſalis gẽme. ǵ. i. ⁊ cũ electuario indo forment' pille. vii. ¶ Digeſtiuũ. ℞. ſyrupi de calamento. ℥. i. de biſantijs. ℥. ſ. aquarũ ſauine. ℥. ii. iuniperi. ℥. i. miſce. ¶ Solutiuũ eradicatiuũ. ℞. pillarũ de ſerapino ⁊ fetidarũ añ. ℈. i. agarici. ℈. i. ſal' gẽme. gra. i. ⁊ cuʒ electuario indo fiant pillule. vii. ¶ Digeſtiuum prouocatiuuʒ uſuale. Recipe aque mellis calamenti pulegij añ. ℈. i. puluerizentur puluerizanda ſubtiliter ⁊ miſce. ¶ Lotio tybiaꝝ ꝓuocatiua mẽſtruoꝝ. ℞. pulegij abſinthij añ. M. i. florũ aneti. M. ſ. abrotani artemiſie añ. M. i. ſ. camomille. M. i. calamenti ſaluie añ. M. i. ſ. bulliãt in ſufficiẽti q̃titate aque uſqʒ ad ↄſũptionẽ tertie partis. ¶ Aliud ꝓuocatiuũ efficacius. ℞. trocil. de myrra. ʒ. ſ. pulegij rubee tinctoꝝ. ʒ. ſ. miſce. ¶ Solutiuũ uſuale facile. ℞. pillularum de iera ſimplici de benedicta añ. ℈. j. agarici. ℈. i. ſalis gemme grana. i. Et cum electuario reformentur pillule ſeptem pro dracma. ¶ Suppoſitorium prouoca-

tiuum. ℞. terbentine. ʒ. ij. origani. ʒ. i. ſinapis albi. ℈. iß. Et ſi vis efficatius adde ſeminis cicute. ʒ. ß. ¶ Suppoſitorium prouocatiuũ aliud. ℞. myrre. ʒ. ß. pulegij calamenti añ. ℈. ß. cinamomi feniculi añ. ʒ. ß. gallie muſcate. ℈. j. muſci. gr. ß. piſtenẽ oia ſubtilr ⁊ miſce ⁊ pone in petia ſubtili ⁊ ſupponaẽ. ¶ Emollitiuũ ⁊ prouocatiuũ. ℞. folioꝝ blitis maluarũ añ. M. i. mercu. M. j. mellilo. M. j. ß. radicũ maluauiſci. M. ß. ſeminũ lini fenugreci ⁊ cartami añ. ʒ. ß. herbe ⁊ flores ⁊ ſemina bulliāt in ſufficienti q̄titate aque uſqꝫ ad ↄſumptionẽ tertie ptis aque. Et colature ſumatur q̄titas vnius cyathi cum dimidio. Itē ſuprascripte decoctiones ꝫ hũarũ lotionis ſumet cyathum. j. ß. ⁊ vitellũ oui nũero. j. caſſief. ʒ. i. zuccari rubei bñdicte ſimplicis iere pigre añ. ʒ. viij. olei lilioꝝ al. ʒ. vj. ſalis coīs ʒ. iß. miſce oia ſil ⁊ fiat cliſtẽ. ¶ Doloris mitigatiuũ ⁊ reſolutiuũ mẽſtruoꝝ leuiter prouocatiuũ. ℞. folioꝝ maluarũ. M. ij. violaruꝫ M. j. floꝝ camomille mellilotí añ. M. ß. radicũ altee. M. ß. ſeminũ fenugreci. ʒ. ß. miſce ⁊ bulliant oia ſil in ſufficienti q̄titate aque fluuialis p decoctione uſqꝫ ad cõſumptionẽ tertie ptis aque. In hac decoctiõe tepida ſedeat mlier ſtõcho ieiuno

¶ Contra retentionem menſtruorum.

Minoratiuũ purgatiuũ. ℞. pillarũ fetidaruꝫ de bñdicta agarici añ. ℈. j. zinzib. ſalis gẽme añ. gr. j. Agaricus īfundaẽ p horas. vj. oximellis ſimplicis. q. s. ad ipſi⁹ agarici debitã ībibitionem ex dicto oximelle. Ultimo cũ eluario iudo reformenẽ pille. vij. ex oib⁹ ſuprascriptis. ¶ Digeſtiuũ. ℞. ſyrupoꝝ de biſantijs de calamẽto oximellis ſimplicis añ. ʒ. ß. aquarũ ca. ue. lupuloꝝ añ. ʒ. i. ß. miſce ¶ Eradicatiuũ. ℞. pillarũ ſuprascriptaꝝ ʒ. i. ſũmenẽ ambe ſapbene duob⁹ dieb⁹ ↄtinuis. vꝫ vna ſapbena p ſingulo dieꝝ ipſoꝝ ſtõcho ieiuno īter ſextã ⁊ ſeptimam horã poſt prãdiuꝫ luna nõ exiſte in capricorno ⁊ reuertaẽ his in eadẽ hora inter ſextã ⁊ ſeptimã poſt prãdiũ. Sequentib⁹ diebus eedem uentoſe reiterenẽ in eadẽ hora. Uentoſe due ſine ſcarificatione ponanẽ duab⁹ ptib⁹ domeſticis duarum coxarum ppe vuluam q̄ ppinque eſt poſſibile ⁊ eadem hora reiterentur noctibus immediate ſequẽtibus ſpponatur medicamen immediate infraſcriptũ ligatuꝫ in petia linea ſubtiliſſima alba ⁊ rara qḋ ſupponatur in ſero cum uadit dormitum ⁊ talr tota nocte teneat tribus noctibus continuis ſm neceſſitatẽ. ¶ Medicamen de quo īmediate ſupra fit mentio. ℞. abſinthij viridis radicis mercurialis viridis trociſci de myrra rubee tinctoruꝫ gallie muſcate. Abſinthiũ ⁊ radix ipſe ↄtũdanẽ groſſo mõ ſi ſuccus ab eis defluat ſed tantũ ad ipſarum ſupficiẽ adducaẽ deinde reliqua pulueriſenẽ ut decet deinde oia ſimul miſce. Ultimo in petia linea ſubtiliſſima rara ⁊ alba ligenẽ ⁊ cũ filo duplicato pendente per ſpanias duas. Iſtud ſuppoſitorium imponat vulue uſqꝫ ad medietateꝫ colli mr̃icis in ſero cũ uadit dormitum ⁊c̃. ut ſupra ubi de hoc. Sequentibus vero dieb⁹ immediate poſt dictas uentoſas coxarum tũc in aurora aſſumat potionem īfraſcriptã calidam ⁊ nõ tepidã. ¶ Potio de qua ſupra. ℞. trociſcoꝝ de myrra. ℈. ij. rubee tinctorũ. ℈. i. croci. gra. ij. aq̄rũ cap. ue. iuniperi añ. ʒ. j. miſce. Nota q̄ q̄ primum mẽſtrua effluũt debite tunc non ulterius ſuprascriptus nec alijs medelis ad hoc utatur domina patiens.

¶ Contra fluxum menſtrualem.

Dentur trociſci de karabe ſũmeẽ baſilico. uentoſe apponanẽ ſub mamillis nutriaẽ ſtipticis ſupponaẽ vulue hoc. ℞. olibani balauſtie galloꝝ antimonij acatie aluminis añ. fiat puluis ⁊ miſce. Femur dorſuꝫ epithimeẽ ex ſtipticis ſedeat in aqua de curcuma. Immutatur aliud peſſariũ acutum. Aut. Si fuerit ex replone ſanguis fiat flõmia. Si ex cholera fiat cholere euacuatio. Ligenẽ extrema ligatura imo ⁊ corpe apud inguina. uentoſe magne ponanẽ ſub mamillis. uentoſe ponanẽ inter duas anchas. Nutriaẽ vitellis ouorũ ſorbilium aque carnis ualde nutritiua acetoſis ex ſucco ſumat aqua acetoſe podibus boni odoris ex carne bona ſorbitionibus humidis ex ſumach ⁊ amilo vino groſſo nouo dulci. Euitet vinum antiquum ſubtile. cibetur cum oi cibo uelocis digeſtiõis ↄfortatiue arnogloſſe ⁊ eſt pprium bibita ⁊ iniecta. cãphora bibita ⁊ ſuppoſita. lac decoctũ cum ferro ignito in quo eſt ſcoria ferri. detẽ in potu cum ſtipticis omni die acetoſitas citri ⁊ eſt proprium.

¶ Contra fluxũ ſanguinis menſtruoꝝ poſt abortum: aut poſt partum naturalem.

Recipe pillaꝝ de bdellio. ʒ. i. trociſci de terra ſigillata. ℈. i. miſce ⁊ cũ ſyrupi myrtini. q. s. fiãt pillule. iꝫ. p. ß. Itẽ. ℞. trociſci de karabe de terra ſigillata añ. ℈. i. miſce ⁊ cũ ſyru. myrti. q. s. fiant pillule ut ſupra. Iſtarum pillularũ aſſumat. ʒ. i. in aurora ⁊c̃.

¶ Contra debilitatem matricis.

Confortãtia miscẽ ⁊ ppe ad ↄcipiẽdum. ℞. gallie muſcate. ʒ. ß. Iſ. ẽ gallia ꝑ eos pulueriſatã groſſo mõ deinde in petia ⁊c̃. ligatã īponat vulue uſqꝫ ad medietatẽ colli mr̃icis ⁊ talr ipſam teneat ſaltẽ tota nocte in ſingulis hebdõa p̃terq̄ tpe calo. ¶ Medicamẽ efficaci⁹ pori. ℞. gallie muſcate. ʒ. ij. macis. ʒ. i. caſſie lignee corticuꝫ citri floꝝ roſmarini añ. ʒ. ß. maſticis olibani roſarũ añ. ʒ. i. laudani q. s. ad incorporãdũ adipis anſeris. ʒ. ß. olei lilioꝝ al. ʒ. i. ß. pulueriſãda pulueriſenẽ ſubtilr deĩde oia ſil miſce. icorporenẽ ⁊ fiat peſſariũ ad lẽtũ ignẽ. ¶ Medicamẽ efficaci⁹ pori īmediate. ℞. oleoꝝ lilioꝝ al. ʒ. ij. amigd. amaraꝝ nigrarũ. ʒ. i. enule. M. ß. ſuc. ʒ. i. ß. adipis anſeris. ʒ. ij. macis. ʒ. i. corticũ citri. ʒ. i. ß. gallie muſcate. ʒ. ij. maſticis olibani añ. ʒ. i. roſarũ. ʒ. i. ß. pul. pul. ſubtiliter ⁊ miſce. ¶ Medicamẽ pori efficaci⁹. ℞. corticũ citri macis meliſſe ſicce radicis enule olibani maſticis caſſie lignee gallie muſcate roſarum laudani olei lilioꝝ al. adipis anſeris. pulueriſãda ⁊c̃. ⁊ fiat peſſariũ ut ſupra his oib⁹ utaẽ modo ſicut in pori dictũ eſt. ¶ Cõfortatiuũ mr̃icis ut ſupra efficacius pori. ℞. floꝝ aneti. M. iij. carpobalſami. ʒ. i. meliſſe. M. ij. roſmarini. M. iij. ſerpilli. M. i. violarũ albarũ. M. ij. laudani. ʒ. i. roſarũ. M. ij. miſce. deide bulliãt in aque ciſterne clare q. s. tãtũ p̃ ſpãdo in ipſa decoctione uſqꝫ ad ↄſũptionẽ tertie ptis aque. Si medicamẽ ↄgruis eff caci⁹ fit utatur ſic dña in hac decoctione ſedeat p vnã duodecimã ptẽ hore uſqꝫ ad medium ſumis ſtõcho ieiuno in mane p̃us bñ uẽtre euacuato deinde uadat dormitum pãnis bñ coopta nõ tñ nimium onerata. Deide ſurgat ⁊ eadẽ mane nec ad uẽtũ nec ad aereꝫ fridũ trãſeat ⁊ añ prãdiũ aut ad libitũ eadem die dña ieiunet tunc qñ vult ire dormitũ ſedeat in dicta decoc. ſicut de mane. ¶ Medicamẽ pori imediate efficaci⁹. Suprascriptis cibus addaẽ ad bulliẽdũ calamenti. M. i. ß. mr̃icarie. M. iij. ſ. iocta p. M. i. Iſto utaẽ ut de alio dictũ eſt ſupra. ¶ Medicamẽ pori⁹ duobus eff caci⁹. Suprascriptis oibus addatur ad bulliendum baccarũ lauri. ʒ. i. ß. ſe. fenugreci. ʒ. ß. ficuum ſiccarũ. ʒ. iiij. Iſto utatur ut in alijs.

¶ Inquirenda in diſpoſitione matricis.

Diſpõ ingrẽda pro dña de urbino ipſi⁹ mr̃icis. Primo an ipſa hẽat mẽſtrua de. xxx. dieb⁹ in. xxx. dies. Si ñ diſpõ tpis uariaẽ añ circa ſpatium. iiij. vel. iij. dierũ ſi ſunt naĩalia rubea purpurea mẽſtrua ⁊ nõ rubea ignea deĩ ẽt ẽt ipſa mẽſtrua nãlia q̄titatis ſibi conſuete nõ ſũt priuata hũiditatibus albis ſilibus albumini oui aut pullo contuſo ſeu lacti aut aque ciſterne ⁊ lauaturẽ carnis ſine ſanguine in modum uenarum nigrarum eſſe debẽt ⁊ ſine ſanguine coagulato ⁊ ppe nigro non fetida ſed ſolum odoris ſanguinis non ſenſata īcie calida in exitu ex vulua nõ fluẽtia gurgitatibus ſed leuiter ardorẽ nõ iducentia in vuluã pruritum non facientia. Dña ipſa non dꝫ accñtia ante uel poſt mẽſtruationẽ p̃ternãlia ſentire pati ex mẽſtruatione nãli. puta dolorẽ intenſum femoris uel lumbis uel alchatim uel partis illius foueate que eſt imediate ſup as os caude qḋ idẽ eſt ſyncopiꝫ vertiginis intenſam uomitum febrẽ intenſam ⁊c̃. Si dña ſentit duritiem in modum pomi ſibi occurrere in aliq̄ pte uẽtris deide ſentit cito deliteſcere ſi dum ſedet ſupra rẽ durã planã ſibi vĩ ſedere ſup pila ex directo vulue collum cõprimente. Si ſentit aliquẽ uapores calidos aſcendentes alchatim per renẽ ⁊ ſpinã totaꝫ

⁊ collu3 ad caput in occiput vẽticẽ ⁊ ſincipu. Aut ſi ſentit vapores ſiſcos aſcẽdẽ a pᵗe anteriori a ſumine uel ilijs uel ptibus vmbilicalibꝰ ad os ſtõchi cor facẽ totã ⁊ ſincipu ⁊ vẽticẽ ⁊ ſcdẽ occiput ſi in tali vapoꝝ aſcẽſu rubet aut palet ſi patiᷓ ſepe eructuationem uel ſonitum magnum ꝓprie in ſtõcho.

Contra exitum fetus in mala figura.

Obſtetrix eleuet ſup ſpatulas ſuas crura ⁊ coxas parturiẽtis retinẽdo genua pturiẽtis ſuper ſpatulas pturiẽte reſupina. Deĩde obſtetrix cũ quaſſet bicide ſuauiter coxas ⁊ anũ pgnãtis ⁊ adiuuet reinducẽ fetũ ſuauiter ad itra: deĩde infundat vuluã ⁊ totã mᷓricẽ oleo ſiſamino aut amigda. dulcĩũ. Deinde deñᷓ medicine facile ptũ facientes deſcripte ĩfra in capᵒ de difficultate ptus. Nota tñ ꝙ lꝫ fetus exeat ſm figurã obſtetrix tñ experiaᷓ ipꝫ extrahẽ ſuauiter anteq̃ ipm itroducat. Si vᵒ nõ põt ipm extrahere ſuauiter faciat modo predicto.

Contra difficultatem partus.

Recipe corticũ caſſie lignee .ʒ.j. croci.℈.ſ. aque ſauie.℥.iij. Iſto utaᷓ q̃cũq3 hora difficultatis ptus ſtõcho ieiuno ⁊ nõ ieiuno tñ meliꝰ ieiuno. Aliud. ℞. interioris corticis cinamomi.ʒ.ſ. croci.℈.ſ. miſce ⁊ cũ ſupraſcripta aq̃ ut prius ꝓ eodẽ ⁊c. Aliud. ℞. caſtorei.℈.j. aſſe fetide.℈.ſ. miſce ⁊ cũ ſupraſcripta aq̃ ⁊ eſt ualidũ. Aliud. ℞. folioꝝ altee M.j. ſeminũ fenugreci.ʒ.ſ. mellis aque iunipi uel ſauine.℥.vj. miſce. bulliãt in dicta aq̃. Aliud. ℞. myrre.℈.ſ. caſtorei.ǵ.vj. ſtoracis calamite añ.℈.ſ. cinamomi.ʒ.i. ſauine.ʒ.j.ſ. miſce ⁊ ꝯficianᷓ cũ melle ⁊ fiãt pille. viij. ⁊ oĩbꝰ iſtis utaᷓ incipiendo a leuioribꝰ ad fortiora. Licniũ ſeu peſſarium ℞. rutbe. M.ſ. myrre radic. ariſtolo. ro. ſaxifragie oppopõacis añ.℈.j. cinamomi.ʒ.j. ellebori al. ǵ.ij. panis porcini ſeu arthanite.℈.ſ. laudani.q.ſ. pulueriçãda pulueriçentur deinde omnia ſiᷓ miſce ⁊ cũ oleo liliorum alboꝝ ut ſufficit pro peſſario. Iſtud apponat quacũq3 hora difficultatis partꝰ ſed prius incipiat ab alijs.

Contra aborſum.

Soluatur cũ cliſteri poſito in capᵒ de ꝓuocatiõe mᷓſtruis ⁊ eo utaᷓ ſtõcho ieiuno ſm neceſſitatẽ vngaᷓ os vulue cũ oleo de lilio ⁊ hoc bis in die ſtõcho ieiuno. Suppoſitoriũ. ℞. gallie muſcate.ʒ.ſ. muſci.ǵ.ſ. ſpodij.℈.j. miſce. ꝯficianᷓ ⁊ ligenᷓ in petia ⁊c. Cõfectio. ℞. dyamuſci.ʒ.j. Iſtiꝰ ꝯfectiõis aſſumat.ʒ.iij. ſtõcho ieiuno oĩ die ſeᷓ ad minꝰ ⁊ hoc cũ timeᷓ aborſus ſed in ꝓuocatione mᷓſtruis non utaᷓ. Suppoſitoriũ aliud. ℞. thuris.ʒ.ſ. cipi.℈.j. ꝯficianᷓ ⁊ ligenᷓ in petia ut ſupra ⁊ vulue imponaᷓ. Unguẽtũ. ℞. oleoꝝ citonioꝝ ⁊ maſticis ⁊ myrtilloꝝ añ.℥.ſ. olei ſpice.ʒ.ij. pulueris maſticis myrti roſarũ añ.ʒ.ſ. raſure eboris.℈.ij. gũmi arabici.℈.j. cere.q.ſ. miſce ⁊ fiat vnguẽtũ. Iſta vnctione vngaᷓ dorſum uſq3 ad nates ꝑ latitudinẽ palmi ſtõcho ieiuno ⁊ hoc tantum dum timetur aborſus.

Contra retentionem ſecundine.

Recipe ellebori al. ⁊ cũ eo ꝓuoceᷓ ſternutatio. Itẽ aliq̃ tẽs ipſa ſternutãte teneat os clauſu3 ⁊ nares ⁊ aliᷓ ipſa nõ ſternutãte. Itẽ ſecundina appente ligeᷓ ad coxã ꝑ collũ etc. Itẽ obſtetrix imittat manũ oleo ſiſamio iunctã ꝓ inde ꝓuoceᷓ ſternutatio. Fiat ſternutatio ſemp tpe q̃ nõ deſcendit ſtõcho ieiuno tã de die q̃ de nocte cũ tanta q̃titate ellebori albi ꝙ ꝓuocet ſternutationẽ trigeſies aut q̃drageſies ſufficẽ inſufflãdo in nares ⁊ ad hoc faciẽdũ ſufficit pua q̃titas. Itẽ ſupponaᷓ ſtercoris accipitris.ʒ.ſ. ſuffumigeᷓ cũ ſtercore columbio cũ radice ariſto. ro. deᷓ in potu ſtercoris accipitris.℈.j. Nota ꝙ oĩa ꝓuocãtia aborſum educũt ſecũdinã ⁊ oẽ genꝰ gũmi oẽ genꝰ ſalis oẽs medicine calẽ in 4ᵒ q̃s oẽs regre. ii. tertij capᵒ de ꝓuocatione aborſus. Itẽ ſuffumigeᷓ per emborũ cum hac decoctione. ℞. rutbe praſſij abrotani añ. M.j. olei de lilio.℥.ij. miſce omnia ſimul.

Contra dolorem matricis.

Uentoſe apponanᷓ amplectẽtes vmbilicũ ⁊ reiterentur ad minꝰ bis ſed q̃libet vice permutanᷓ re ſidẽ ſup loco ad minꝰ ꝑ octauã ptẽ hore. Enema. ℞. radicũ altee. M.j. fenugreci ⁊ lini ⁊ iunipi añ.℥.ſ. floꝝ aneti ⁊ camomille ⁊ mellilotí mᷓricarie ⁊ berbene añ. M.ſ. pinguedis anatis olei lilioꝝ al. vitellũ oui bulliẽdo bulliãt ⁊c. Iſto utaᷓ dolore inualeſcẽte uel nõ ſtõcho ieiuno ⁊ hoc iuxta neceſſitatẽ qõ retineat ad libitũ iõ nõ iponat ſal. Unctio. ℞. oleoru3 lilioꝝ alb.℥.j. ⁊ ſpice.℥.ſ. ⁊ ſiſami ⁊ amigdõ. amararũ.ʒ.j. miſce. Iſta vnctione que dꝫ eẽ ſcda medicina vngaᷓ locus doloris añ ⁊ retro ad libitũ. Enema aliud. ℞. ſauine. M.j. ameos fenugreci añ. q̃rtã ptẽ. M. vnꝰ. corticũ thuris cipi ſpice añ.ʒ.ij. radic. acori ſe. iunipi añ.℥.ſ. laudani.ʒ.ij. pinguedis galline ℥.j. olei liliorũ al.℥.v. vitellũ oui.j. Iſto utaᷓ cũ modis ortis ꝑia in alio nõ ualẽte. Nota tñ ꝙ factis aliqbꝰ ex ſupraſcriptis medicinis ſiue enematibꝰ ſine ſale iuuãtiuꝰ erit ſal apponere in alio ſequẽtiũ enematũ. Fomẽtatio. ℞. radicis altee. M.j. ſe. fenugreci ⁊ lini ⁊ iunipi añ.℥.ſ. camomille mellilotí florũ aneti añ. M.j. corticum thuris ⁊ ſpice ⁊ ciperi radicis acori ⁊ maſticis ⁊ calami aromatici ⁊ gallie ⁊ laudani añ. M.j. granoꝝ pini.ʒ.ij. ſqnãti roſmarini añ. M.j. Cõtundanᷓ oĩa groſſo mõ. deinde miſce ⁊ bulliãt in ſufficienti q̃titate aq̃ uſq3 ad ꝯſumptionẽ q̃rte ptis ⁊ utaᷓ fomentando totum locu3 doloris cũ ſpongia caſa reiterando bis uel ter ⁊c. Unctio. ℞. oleoꝝ liliorũ al.℥.j. ⁊ ſpice maſticis aneti añ.ʒ.ij. laudani.ʒ.ſ. croci.℈.j. adipis anatis.℥.j. cere albe .q.ſ. ſupponantur ſpẽs dyamuſci in petia.

Contra dolorem matricis a uentoſitate.

Lenitiuum inteſtinoꝝ ⁊ mᷓricis ꝯfortatiuũ ⁊ uentoſitatis reſolutiuum. ℞. oleoꝝ li. al. camomille añ.℥.vij. vitel. oui nũero.ij. ſalis colo.ʒ.iij. miſce pro cliſteri. Ualẽs ad idẽ ſed eſt cãtiꝰ mᷓricis ꝯfortatiuũ. ℞. olei lilioꝝ al.℥.xv. vitel. oui nũero.ij. ſal colo.ʒ.ij. Lenitiuũ uteruꝫ ducẽ ⁊ facile ſolutiuũ. ℞. caſſie cũ cãna electe.℥.iiij. pulpe ſebeſtẽ.℥.ſ. brodij pulli macri.q.ſ. pro potiõe. Caſſia extrahatur a cana cũ dicto brodio.q.ſ. ſebeſtẽ vᵒ bulliat debite cum eodeꝫ brodio.q.ſ. deinde ipſius pulpa ab oſſibus ſuis diſſolnaᷓ. Ultimo caſſia ⁊ pulpe ſebeſtẽ incorporenᷓ ſimul cum dicto brodio.q.ſ. pro potione miſce. Solutiuu3 facile. ℞. pillularum de iera ſimplici.℈.ij. agarici.℈.i. ſalis gemme. çinçib. añ ǵ.j. miſce ⁊ cum electuario indo fiant pille. vi. Solutiuũ facile. ℞. pulueris ſene ꝑpati.℈.ij. ſeri capñi.q.ſ. miſce ⁊ fiat potio. Mᷓricis ꝯfortatiuũ. ℞. gallie muſcate.ʒ.ij. ipſa prius contuſa groſſo modo ligetur in petia ſubtili ⁊ ſupponatur vulue ⁊c. extremitate vna fili remanente extra uuluam. Matricis confortatiuum uentoſitatis reſolutiuũ ⁊ doloris eiuſdẽ mitigatiuũ. ℞. ſpẽrum dyamargariton ſpẽrũ dyacimini añ.℈.i. ſpẽrũ triũ ſandaloꝝ ſine camphora añ.℈.ſ. çuccari albiſſimi.ʒ.iiij. miſce ⁊ cum aque capillorum ueneris ⁊ matricarie añ.q.ſ. fiat confectio ſolida in morſellis.iij.ʒ. pro quolibet.

Contra uentoſitatem matricis.

Recipe pillarũ de iera pigra ſeu de iera magna Gal. cõpoſitarũ ſm receptã imediate iſraſcriptaꝫ.℈.ij. agarici.℈.i. ſalis gẽme çinçib. añ.ʒ.i. miſce ⁊ cũ ſyrupi de calamẽto.q.ſ. ad incorporãdũ formenᷓ pille. vij. pro.ʒ. Iſtarum pillarũ aſſumat. v. in aurora ſaltẽ ſemel in duobꝰ mẽſibꝰ ſed nõ ampliꝰ q̃. vij. Quas qdẽ pillas aſſumat in uere tantu3 ⁊ autũno ⁊ nõ eſtate nec hyeme. Pille de iera pigra ſeu de iera magna Gal. de qbꝰ ſupra fit mentio. ℞. ſpẽru3 iere pdicte ʒ.i. aloes ſuccotrini electi.ʒ.i. miſce ⁊ cum oximelle ſimplicis q.ſ. ad incorporandum fiat magdaleon ſeu maſſa pro pillulis conficiendis. Confortatiuum ⁊ reſolutiuum. ℞. tyriace debite fermẽtate.ʒ.i. aquarũ rutbe.ʒ.j. mᷓricarie ſeu artemiſie.ʒ.ſ. miſce. Iſtã tyriacã aſſumat die imediate ſequenti aſſũptionẽ pillarũ imediate ſupraſcriptarum. Et eam taliter aſſumat per. x. horas poſt cenam immediate ꝓcedẽtẽ. Et per horas. vij. ante prãdium immediate ſequens ipſam aſſumptionem. Et interim dormiat ad libitum ſed non amplius duas hᵒs horis. Confortatiuum reſolutiuum ⁊ putrefactionis

ꝓhibitiuũ. ℞. dyacin amomi. ℥ ij. Iſtius ↄfectionis aſſumat
ʒ.ij. in mane alternis dieb⁹ in vna hebdõa tantũ ſinguli mẽſis
hyeme ſeu ẽt tpe recẽti. ꝛ poſt ipſi⁹ aſſũptionẽ ſtet ieiuna bo-
ris trib⁹ ad minus. ¶ Eductiuũ vẽtoſitatis ſeu expulſiuum
eiuſdẽ. ℞. ellebori albi ꝓ ſternutatorio. Iſti⁹ ellebori iſufflet
in nares p vnã horã cũ dimidia añ prãdiũ ꝛ poſt ventris bñ
ficiũ. Et eo ſternutatorio talr vtaſ tãtũ die poſt aſſũptionem
quãlibet pillarũ ſupraſcriptarũ. ¶ Cõfortatiuũ ꝛ reſolutiuũ
℞. bdelij. ʒ. i. xilobalſami fructus. ʒ. ſ. oleoꝝ ſpice nardi ruthe
añ. ʒ. ij. ſeium xilobalſami. ʒ. ij Bdeliũ ꝑus in dictis oleis iſun
daſ poſtea diſſoluaſ ꝛ xilobalſamũ ꝛ ſemina puluerizenſ de
inde oia ſil̃ miſce. Ultimo in hoc liquore petia linea infunda
tur ꝛ vuluę iponaſ. Et hoc ſel̃ in hebdõa tpe frigido qñ a di-
cto moleſtaſ accĩte. ¶ Confortatiuum ꝛ reſolutiuũ ut ſupra
℞. rutbe. M. ij. ſauine. M. i. floꝝ aneti camomille mellilotũ
añ. M. j. ſ. maiorane. M. j. mr̃icarie. M. ij. roſmarini. M. j. ſ
caſſie lignee. ʒ. j. ſeiuꝫ aniſi feniculi carui ameos ꝛ cimini añ.
ʒ. ſ. ↄtūdanſ oia groſſo mõ deĩde ſil̃ bulliant in aque fluuia-
lis q̃titate ſufficienti ꝓ cataplaſmate ſaltẽ colli mr̃icis uſqꝫ
ad ↄſũptionẽ ẽrte ptis aque fiat cataplaſma fiat medietas re
cepte. ¶ Confortatiuum ꝛ reſolutiuũ ut ſupra. ℞. decoctiõis
ſupraſcripte ꝓ cataplaſmate. ʒ. x. oleorũ liliorũ al. ſpice ꝛ aneti
añ. ʒ. ij. vitellos ouoꝝ nũero. ij. pulueris ꝣuccari. ʒ. ſ. croci. ℈. j
ſalis coīs. ʒ. iij. In hac decoctione ſedeat dña dũmõ decoctio
non ueniat ad vmbilicum.

¶ Contra curſum matricis.

Euacuatiuũ Si corp⁹ eſt repletũ ꝓ fiat flõmia ba
ſilice ex q̃ extrahantur. ʒ. vj. ſanguis
tertia hora diei ſtõcho ieiuno hito ꝑus uẽtris bñficio deide
corpore aliqualiter exercitato qb⁹ hec flõmia ſuccedat. Mñ-
cis ↄfortatiuũ ẽtuti familiare ꝛ ipſi⁹ ↄfortatiuũ. ℞. oleoꝝ lilio
rũ al. ʒ. x. amig. dulciũ. ʒ. iij. ſeiuꝫ aniſi puluex. ʒ. iii. vitellum
oui nũero. j. bñdicte ſimplicis ꝣuccari puluerizati añ. ʒ. ſ. cro
ci. ℈. i. ſalis coīs. ʒ. ij. miſce ꝛ fiat cliſtẽ. Iſtud cliſtẽ ſuauiter calꝫ
iponi faciat ſtõcho ieiuno die ꝑcedenti diẽ aſſũptionis ſolutĩ
ui imediate īfraſcripti utaſ ſel̃ in toto ſpatio. xv. dierũ. ¶ So
lutiuũ minoratiuũ facile ꝛ uſuale. ℞. pillarum alefanginarũ
℈. ij. agarici. ℈. i. bdelij gra. vj. ſalis gẽme ꝣinꝣib. añ. g. j. ſeium
aniſi. g. iij. miſce ꝛ cum iulep violarum. q. ſ. ad icorporanduꝫ
formenſ pille. vij. Iſtas pillas aſſumat in aurora ſaltem ſel̃
in uere ꝛ ſemel in autũno. Et dormiat p vnam horam poſt
ipſarum aſſumptionem ꝛ ſtet ieiuna horis. v. ꝛ non aſſumat
lauatiuum aliqd ſed p tunc prãdeat ꝛ p prandio in ferculo
comedat blites cũ boragine petroſillo ꝛ feniculo. ¶ Diuerſi
uum facile ꝛ ẽtuti familiare ualde ꝛ uſuale. Fricationes fiãt
extremorũ crura a genu infra ꝓ fricenſ deinde brachia a cu-
bito īfra tpe ꝑus fricenſ ſuauiter cũ pãno lineo calo in ma-
ne ꝑus hito ventris bñficio. ¶ Digeſtiuum. ℞. ſyruporum
de eupatorio de epithimo. ʒ. ſ. oximel. ſimplicis. ʒ. j. aquaruꝫ
abſinthij mr̃icarie añ. ʒ. ſ. capil. uene. ʒ. ij. miſce. Iſtud digeſti
uũ aſſumat calidum ꝛ non tepidum in aurora quatuor die-
bus continuis. Et poſt ipſius aſſumptionem dormiat ad li-
bitum ſed nõ amplius vna hora uel duabus. hoc ẽo talr ac
cipiat die ſequenti imediate aſſumptionem ſolutiui minorati
ui imediate ſupraſcripti. ¶ Solutiuũ eradicatiuũ. ℞. pillaꝝ
fetidarũ pillarũ de bñdicta deſcriptarum in recepta imediate
infraſcripta agarici añ. ℈. j. ſalis gẽme ꝣinꝣib. añ. g. i. ſeminis
aniſi. gra. v. miſce ꝛ cum eluarij indi. q. ſ. ad incorporãduꝫ re
formenſ pille. vij. pro. ʒ. Iſtius ſolutiui aſſumat tantuꝫ ℈. ij. in
aurora ſeruatis modis deſcriptis in aſſũptiõe minoratiui i
mediate ſupraſcripti. hoc ẽo ſolutiuum aſſumat die ſequenti
iſtas quatuor vices digeſtiui. ¶ Pille de bñdicta de qb⁹ in
recepta imediate ſupra eſt mentio facta. ℞. ſpẽcierum eluarij de
bñdicte ptẽ. j. aloes ſuccotrini electi ptes. ij. miſce ꝛ cum elua
rij idi. q. ſ. ad icorporãdũ formeſ magdaleon ꝓ pillis ſeruan
dis ais formandis. ¶ Diuerſiuũ ut ſupra. Exerceateſ uel mo
ueatur motu itineratiuo ꝛ non deambulatiuo ita ut p ipſm ſi
at anhelit⁹ magnus velox ꝛ frequens aliqualiter reſpectu ſui
ſtãtis vel ſedentis his in die nãli. Uerũ qꝛ egrũ corpus eſt dñe
ut nõ accidit exigit iõ ipſa dña exerceatur ſpẽ exercitij mulie
bris corporis quibuſlibet dñabus ꝓportionabili. ¶ Diuer
ſiuum efficaci⁹ ꝑori ꝛ ẽtuti familiare. ℞. mr̃icarie. M. j. ſ. pu
legij calamenti ſauine añ. M. ſ. florum camomille mellilotĩ
nenufaris añ. M. j. ſeminum iuniperi. ʒ. iij. bulliãt oia ſimul
in aqua fluuiali q̃titate ſufficienti ꝓ lotione extremorũ uſqꝫ
ad conſumptionẽ tertie ptis. Ex hac decoctiõe ſuauiter cala
lauenſ ꝛ fricentur crura ꝛ brachia cum modis ꝛ ordibus de
ſcriptis in alia lotione ſupraſcripta. Iſta ẽo lotione utaſ ſal-
tem duobus dieb⁹ ſingulis hebdõa vnius menſis. Et ea uti in
cipiat ſexta die poſt aſſũptionem ſolutiui eradicatiui ſupra
ſcripti. ¶ Uentris lenitiuũ ꝛ mr̃icis mundificatiuum ipſiuſ
qꝫ ↄfortatiuũ. ℞. oleoꝝ lilioꝝ al. ʒ. v. ſiſami. ʒ. iij. pulueris ani
ſi. ʒ. ſ. vitellos ouoꝝ numero. ij. croci. ℈. ſ. ſalis coīs. ʒ. iij. miſce
ꝛ fiat cliſtẽ. Iſtud enema ſibi iponi faciat ſuauiter calm ſtõ
cho ieiuno cum modis ꝛ ordib⁹ deſcriptis in aſſumptione ꝓ
mi enematis ſupraſcripti. Et hoc uti icipiat duobus diebus
poſt aſſumptionem ſolutiui imediate ſupraſcripti. ¶ Matri
cis mundificatiuũ efficacius ꝑori imediate ꝛ ipſius conforta
tiuũ. ℞. decoctionis ſupraſcripte pro lotione extremorum. ʒ.
xv. in qua bulliant praſſij. M. j. mr̃icarie. M. ij. olei liliorum
alborum. ʒ. iiij. ſeminum aniſi puluerũ. ʒ. ij. vitellũ oui nũero
j. bñdicte ſimplicis. ʒ. ſ. pulueris ꝣuccari. ʒ. ſ. croci. ℈. ſ. ſalis
coīs. ʒ. iij. miſce ꝛ fiat cliſtere. hoc utatur cuꝫ modis ſi vult ef
ficacius remediũ. ¶ Digeſtiuũ uſuale. ℞. aquarum matrica
rie melliſſe abſinthij añ. ʒ. j. ꝣuccari. ʒ. ij. ſeminuꝫ aniſi pulue
rum. ʒ. j. miſce. Iſtas aquas aſſumat debite calas ꝛ non tepi
das in aurora cum modis ꝛ ordibus deſcriptis in digeſtiuo
ſupraſcripto. has ẽo aquas aſſumat trãſacto menſe poſt aſſũ
ptionem dicti ſolutiui eradicatiui. ¶ Solutiuũ uſuale ꝛ faci
le. ℞. pillarũ de bñdicta ſimplici infraſcriptarum colum. ℈. j.
agarici. ℈. i. ſalis gẽme ꝣinꝣib. añ. gra. j. miſce ꝛ cum ſyrupi de
abſinthio. q. ſ. ad incorporandum formenſ pille. vij. Iſtaruꝫ
pillarum aſſumat a tribus uſqꝫ ad. v. die imediate ſequenti
diem aſſumptionis quater digeſtiui uſualis imediate in mẽ
ſe utaſ ad libitum. ¶ Pille cões de qbus imediate ſupra fit
mẽtio. ℞. aloes ſuccotrini electi partes. iiij. myrre ptes. ij. cro
ci ptẽ. j. miſce ꝛ cũ oximellis ſimplicis. q. ſ. ad incorporãdum
cõficiaſ magdaleon ꝓ pillis ↄficiẽdis. ¶ Prouocatiuũ hu
miditatis mr̃icis. ℞. abſinthij maritimi. M. j. radicis mercu
rialis. ʒ. i. pulueris aniſi ſeminum carpobalſami ſeu ligni bal
ſami añ. ʒ. i. xilobalſami ſeu ligni balſami. ʒ. ii. gallie. ʒ. i. muſci
g. ii. Abſinthiũ ꝛ radix mercurialis contundaſ groſſo mõ ſo
lũ ut ſuccus eoꝝ ad ſuperficiem ducaſ ꝛ ab eis non effluat.
Deinde reliqua puluerizenſ ꝛ poſtea oia ſil̃ mixta in petia al
ba linea ſubtili ꝛ rara ligenſ ꝛ vuluę iponaſ. ¶ Cõfortatiuũ
mẽbroꝝ nãliũ mittẽdũ ꝛ mr̃icis recipientis ꝛ ꝓpꝰ ꝑncipioꝝ ꝛ
mittentiũ. ℞. trociſcorũ de abſinthio de reubarbaro añ. ʒ. ſ.
ariſtologie. ʒ. j. croci. g. j. miſce ꝛ cũ ſyrupi de abſinthio. q. ſ. ad
icorporãdũ formenſ pille. vij. pro. ʒ. Iſtarum pillarũ aſſumat
ſel̃ in hebdõa a duabus uſqꝫ ad. iij. ad libitum in mane cum
ſurgit. Et poſt ipſarum aſſumptionem ſtet ieiuna horis tri
bus ad minus. his ẽo pillis talr uti icipiat poſt aſſumptio-
nẽ ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti ꝛ ipſis taliter utatur in q̃
tuor hebdomadis continuis. ¶ Conſeruatiuũ mr̃icis ꝛ mem
broꝝ nãliũ ꝛ ꝓprie ipſius mr̃icis mẽſtruaqꝫ ꝓuocãs ꝛ ꝑfoca-
tioni mr̃icis obuians. ℞. ſpẽcierũ dyacalamenti. ʒ. j. aromatici
muſcati Meſ. ʒ. v. ꝣuccari albiſſimi. ʒ. iij. miſce ꝛ cum aqua-
rum abſinthij ꝛ capillo. ueneris añ. quantum ſufficit ad con
ficiendum fiat confectio in morſellis. iiij. ʒ. pro quolibet. Iſti⁹
confectionis aſſumat vnum morſellum in mane cum ſurgit
duobus diebus in ſingula ſeptimana totius ſpatij. xv. dierũ
tantũ. Et poſt ipſius aſſumptionem ſtet ieiuna ad minus ho
ris tres. hac ẽo confectione talr uti icipiat tranſactis. x. dieb⁹
poſt aſſumptionem completam pillularum ſupraſcriptarum
in ſpatio inciſis.

¶ Contra curſum matricis.

Inteſtinorū lenitiuū ʒ doloris mitigatiuū ⁊ mři
cis cōfortatiuū. ℞. oleoꝝ liliorꝝ albo
rū. ℥. x. camomille. ℥. iii. croci. ℈. i. vitellos oui numero. ij. ſalis
cois. ℥. iii. miſce ⁊ fiat cliſtē. Iſtud cliſtē ſibi iponat debite calz
ſtōcho ieiuno dolorē ifeſtātē ⁊ qñ dubitat dolorē futurꝝ pric.
quo ēt cliſteri uti icipiat. xv. dieb⁹ ſcꝫ. ¶ Lenitiuū ⁊c̄. ut ſupra
imediate efficaci⁹. ℞. oleoꝝ liliorꝝ alboꝝ. ℥. xij. ſpice. ℥. iij. vitel
los ouoꝝ nūero. ii. croci. ℈. i. ſalis cois. ℥. iii. miſce ⁊ fiat cliſtere
Iſtud enema ſibi iponi faciat cū modis ⁊ ordibus deſcriptis
in ſupraſcripto ⁊ hoc ſi efficacius voluerit. ¶ Solutiuū faci
le. ℞. caſſieſi. ℥. i. bñdicte ſimplicis. ℥. iii. aquarum matricarie
ſcolopendrie capilꝫ veneris añ. q. s. pro potione miſce ⁊ fiat
potio. Iſtud ſolutiuū aſſumat debite calm ⁊ nō tepidū in au
rora deinde poſt ipſius aſſūptionē p horā imediate ſurgat. ⁊
poſtq̄ ſurrexerit ſtet ieiuna tantū trib⁹ horis ⁊ nō aſſumat le
actinū aliqđ ⁊ in dicto termino quatuor horarum prandeat
⁊ pro ferculo comedat blites cū boragine ⁊ feniculo. Itē car-
nes laudabiles ut pulli pdices ⁊c̄. Hoc vo ſolutiuum talr ſu
mat qñ ſibi libuerit pterq̄ luna exiñte in oppōne uꝫ cōbuſtio
ne. ¶ Solutiuū facile ⁊ uſuale. ℞. pillarū de bñdicta cōpoſi
tarū ſm receptā imediate ſuprascriptā. ℈. i. agarici. ℈. i. ſalis gē
me ſinçib. añ. g̃. ii. miſce ⁊ cū eluarij indi. q. s. ad incorporen
dum reformentur pilꝫ. v. Iſtarū pillarū aſſumat. iii. in auro-
ra ſingulo mēſe tātū ſcꝫ ⁊ cū reliqs modis ⁊ ordib⁹ deſcriptis
in aſſūptione ſolutiui imediate ſuprascripti cōpoſiti ex caſſie
⁊c̄. ¶ Pilꝫ de bñdicta de qb⁹ imediate ſupra fit mentio. ℞.
tantū ſpēcū de bñdicta ptē. i. aloes ſuccotrini electi ptes. ii. mi
ſce ⁊ cū eluarij indi. q. s. ad icorporādū formētur pilꝫ. vii. p
ʒ. ¶ Matricis ꝯfortatiuū. ℞. trociſcoꝝ de gallia muſcata. ℥. i
calamenti ſeminum iuniperi añ. ℥. ſ. contundanꝫ oia groſſo
mō deinde miſce. Iſtā mixtionē in petia ſubtili rara linea im
ponat ⁊ liget cum filo ipſo remanente longo ⁊ vulue iponatꝫ
ita tñ q non trāſeat medietatē colli vulue in ſero cum vadit
dormitum ⁊ ipſam talr in nocte retineat tota nocte. Hoc vo
medicamine talr utatꝫ in ſingulis hebdomada. ¶ Renuʒ ma
tricis confortatiuū. ℞. raſure eboris. ℥. i. dragunti gūmi ara-
bici añ. ℈. i. ſeminum coium maioꝝ fridorum. ℥. ii. vnguenti
Galꝫ. ℥. iii. oleorū maſticis liliorū alborum añ. ℥. ii. boli armeni
℥. i. ſ. cere albe. q. s. pro vnguento molli miſce ⁊ cum modico
modici aceti. q. s. ad penetrandum fiat vnguentum molle ad
lentum ignem. Iſta vnctione talr vngantꝫ renes uſqꝫ ad os
caude ieiuno ſtōcho in mane cum ſurgit duob⁹ diebus in he
bdomada. Qua vnctione talr utatꝫ poſt aſſumptionē ſcꝫ ſo-
lutiui ſuprascripti ex caſſiaſi. dicta ſimplici ⁊c̄. ¶ Stipticati
uū matricis ⁊ amplius humiditatum eius exiccatiuū. ℞. pi
nearū corticis. M. iii. antimonij lib. i. florū ſquinātī. M. ii. cō
tundanꝫ oia groſſo mō deinde ſiꝫ bulliāt in vini albi medio
cris vinoſitatis ⁊ ſaporis aliquantulū agreſtis ⁊ non dulcis
In hac decoctione ſuauiter calā pānus lineus alb⁹ infundatꝫ
ligatus cum filo duplo longo deide vulue intromittatꝫ uſqꝫ
ad medietatē colli matricis filo pēdēte ab extra ſeruatis reli
qs modis ⁊ ordib⁹ deſcriptis in uſu matricis ꝯfortatiui de-
ſcripti in recepta cōpoſita ex gallia ⁊c̄. ¶ Humiditatum ma-
tricis exiccatiuū. ℞. coralloꝝ rubeoꝝ. ℥. ii. antimonij. ℥. iii. tha
loc. ℥. i. ſ. teranꝫ mediocriter. deinde in petia linea ſubtili ⁊ ra
ra ligata vulue ſupponatur filo ab extra pendente. ¶ Humi
ditatum matricis exiccatiuum ⁊ ſtipticatiuum amplius. ℞.
ſquinanti floꝝ. M. iiii. myrti fruct. ℥. i. ciperi radic. M. i. ſ. cō
tundanꝫ oia groſſo mō deinde ſiꝫ bulliāt in vini nigri medie
vinoſitatis ⁊ ſaporis aliquātulum agreſtis ⁊ non dulcis. In
hac decoctione debite calā pānus lineus infundatꝫ deinde
cū filo ligat⁹ vulue imponatꝫ uſqꝫ ad medietatem colli matri
cis ⁊ filo ad extra vuluā pēdēte ſeruatis reliqs modis ⁊ ordi
nibus deſcriptis in uſu ſuppoſitorij cōpoſiti ex corticib⁹ pi-
nearum. ¶ Cōfortatiuū mřicis cordis cerebri ut hic ſupra
℞. ſpēcū dyābre. ℥. i. aromatici muſcati M. eiue. ℥. ſ. çuccari al
biſſimi. ℥. iii. miſce ⁊ cum aquarū abſinthij capillorum vene
ris añ. q. s. ad conficiendū fiat confectio ſolida in morſell. iii.

℥. Iſtius confectionis aſſumat vnū morſellū in mane cum ſur
git duobus dieb⁹ in ſingulis hebdomada in ſpatio. xv. dierū
⁊ poſt ipſius aſſumptionē ſtet ieiuna ad minus horis tribus
Hac vo confectione talr utatꝫ in alijs. xv. dieb⁹ immediate ſe
quentib⁹. xv. dies aſſūptionis cōfectiōis ſuprascripte in alia
recepta. ¶ Exiccatiuū humiditatis mřicis ipſamqꝫ confor
tātis. ℞. maſticis. ℥. ii. thuris. ℥. i. radicis tamariſci. ℥. i. ſ. pulue
riçentur oia deinde ſimul mixta in petia alba linea ſubtili ⁊
rara ligentꝫ. Iſtud medicamē iponat vulue uſqꝫ ad medieta
tem colli matricis ⁊ ipm talr tota nocte teneat ſaltem ſemel
in hebdomada ſingula preterq̄ in tpe calo. hoc utatur tnis
facto menſe poſt aſſumptionē ſolutiui ſuprascripti. ¶ Exic
catiuū humiditatum ⁊ pori efficaci⁹. ℞. lane ſine lanuginis
que in

℈. ſ. cimini. ℥. ſ. plātaginis ſumach añ. ℈. ſ. pulueriçenꝫ
oia ſubtilr cōmode in petia linea ligenꝫ ut hic ſupra in alio
medicamine. ¶ Exiccatiuū humiditatū mřicis ut hic ſupra
efficaci⁹. ℞. thaloch. ℈. ii. antimōij. ℥. ii. fruct⁹ berberis. ℥. j. plā
taginis. ℈. j. radic. acetoſe. ℥. ſ. ſumach. ℈. j. pulueriçenꝫ deide li
genꝫ ut hic ſupra. hac utatꝫ ut ſupra de alio ſi efficaci⁹ ucine
rit medicamē. ¶ Exiccatiuū humiditatū mřicis ipſiuſqꝫ cō
fortatiuū ētum valde familiare ⁊ uſuale. ℞. ſpice nardi. ℥. ſ.
radic. acetoſe. ℈. i. piſtenꝫ mediocriter deinde mixta in petia
linea alba ſubtili ⁊ rara ligenꝫ. Si vo vult medicamē tunc
familiari⁹ tūc duob⁹ noctib⁹ in ſingulis hebdōa pterq̄ tpe calo
ſibi iponat vulue ſuatis modis dictis in alijs ſuprascriptis.
¶ Exiccatiuū hūiditatū mřicis uſuale impgnationē iuuās
℞. coaguli leporis. ℈. ij. ligetꝫ in petia alba ſubtili rara. Si vo
vult medicamē grati⁹ qđ ēt iuuat ad ꝯceptionē. aut ēt ſi medi
camē pcedens pmutare vult tūc hoc utatꝫ ut ſupra de alijs.
¶ Exiccatiuū hūiditatū mřicis uſuale. ℞. gallie muſcate. ℥.
ſ. thuris. ℥. vi. gariofiloꝝ. ℥. ii. ſumach. ℥. i. muſci q̃rtā ptē gra.
j. vini nigri odoriferi medie vinoſitatis. Pulueriçenꝫ omnia
groſſo mō deinde bulliant ſiꝫ uſqꝫ ad conſumptionē tertie p
tis. Si vo efficacius medicamē voluerit hoc imponat vulue
cum modis dictis ſupra in alijs.

¶ Contra ſterilitatem mulieris ex debilitate virtutis conce
ptiue.

Matricis ꝯfortatiuū. ℞. nepite nucis muſ. mřicarie
muſci milleſolij adipis anſeris olei lilio-
rū alborū cere albe: herbe piſtenꝫ deide oia ſiꝫ icorporenꝫ ⁊
fiat peſſariū. ¶ Mřicis ētutis ꝯfortatiuū ꝯceptiue. ℞. coagu
li leporis butyri muſci miſce ⁊ ex his ibibatꝫ cotū ⁊ ſupponatꝫ
poſt mēſtruationē. ¶ Mřicis mūdificatiuū. maſtix ſuppoſi
tus mūdificat ⁊ eſt familiare. ¶ Mūdificatiuū efficaci⁹. ℞.
myrre ſtoracis liqde baccaꝝ lauri ireos croci olei lilioꝝ albo
rum. Contundenda contūdantur groſſo modo: deinde ipſa
talr ꝯtuſa in dicto oleo liliorū alborū infundanꝫ ⁊ extracta
ab oleo miſceanꝫ cū ſtorace liqda. Ultimo oia ſiꝫ in petia line
ſubtili ⁊ rara ligata in vuluam iponanꝫ. ¶ Mūdificatiuū
mřicis. ℞. bdelij hyſopi nigelle laudani croci olei liliorū al.
piſtanda piſtenꝫ deide cū dictis laudano ⁊ oleo liliorum al
borum incorporentur ⁊ fiat peſſarium. ¶ Uirtutis gñatiue
⁊ conceptiue ꝯfortatiuū. ℞. ſemis baucie artemiſie biſtorte
ſpice nucis muſcate adipis anatis. Pulueriçāda pulueriçen
tur deide cum dicta aqua icorporenꝫ ⁊ fiant pillule. vij. pro ℥
¶ Mřicis mūdificatiuum familiare ⁊ ētutis ꝯceptiue con-
fortatiuum. ℞. fenugreci gallie muſcate adipis anatis. Piſtā
da piſtētur deide cum dicto adipe miſceatur ⁊ fiat ſuppoſito
rium. ¶ Mřicis mundificatiuū. ℞. folij myrre olibani os
dei croci adipis anſeris. Piſtanda piſtentur deide cum adi
pe icorporentur ⁊ fiat ſuppoſitorium. ¶ Uirtutis cōceptiue
⁊ mřicis ꝯfortatiuum. ℞. cipi ſqnanti nucū cypſſi artemiſie
radicum peonie ſeminum iuniperi corticū pinearū. bulliāt
oia ſiꝫ in aq̃ fabarum. q. s. pro encatiſmate ⁊ fiat encatiſma.
¶ Uirtutis conceptiue ꝯfortatiuum. ℞. nucis muſcate enū
monij gallie muſcate ſpice ſileleos croci gariofilorum muſci.
Contundenda cōtūdanꝫ groſſo mō deide oia ſimul in petia

linea ſubtili ⁊ rara ligata in vulnꝰ īponat̃. ℂ Virtutis gn̄a tiue ⁊ ↄceptiue cōfortatiuũ. ℞. ſpēꝶ boꝶ triũ.ſ. dyamuſci dulcis dyābre dyamargariton gallie muſcate ſileleos ſemi nũ peonie raſure eboris xilobalſami. pulueriȝāda pulueri ȝent̃. deinde oia ſil' mixta in petia linea ſubtili ⁊ rara ligata in vulnꝰ īponant̃. Et hic nō ponunt̃ doſes medicinarum.

De paſſionibus Iuncturarum ⁊ extremitatum.

ℂ Contra podagrā ꝯ materia mixta.

Solutiuũ minoratiuũ facile. ℞. pillaꝶ de bn̄dicta īfraſcriptaꝶ in recepta 2ª īfraſcripta. ʒ.ij. agarici mirabolanoꝶ an̄. ʒ.j. ſalis gēme ȝinȝib. an̄. ℈.j. miſce ⁊ cū dyaſinicone. q.s. ad icorporādū formēt̃ pille. vij. p. ʒ. Pille de bn̄dicta de qbꝰ fit mētio imediate ſupra. ℞. ſpērū de bn̄dicta. ʒ.j. aloes ſuccotrini electi. ʒ.ij. miſce ⁊ cū mellis roſati colati. q.s. ad incorporādū format̃ magdaleon pro ipſis pillis fiēdis de qbus ſupraſcripta pͥma recepta fit mentio. ℂ Digeſtiuũ. ℞. aq̄rū ſaluie. ℥.j.ß. abſinthij cicoree an̄. ℥.j. ȝuccari albiſſimi. ʒ.j. ℂ Solutiuũ eradicatiuũ. ℞. pillarum ſupraſcriptarū in pͥma recepta. ʒ.ij. de hermodactylis Nico. ʒ.j. miſce ⁊ cum dyaſinicone. q.s. ad incorporādū reformēt̃ pille. vij. pro. ʒ. ℂ Solutiuũ uſuale facile. ℞. pillaruꝫ de bn̄dicta ſupraſcriptarū in pͥma recepta quātitatē a duabus uſqꝫ ad quinque ad libitū. ℂ Solutiuum aliud uſuale ⁊ facile. Recipe terbētine lote ter cū aq̄ plātaginis. q.s. ad debitam terbētine lotionē ipſius. ʒ.ij. ℂ Solutiuũ leuiſſimū ⁊ ↄfortatiuũ oium mēbroꝶ nālium cerebri ⁊ iūcturarum. Recipe mirabolanum kebuli ↄditum. j. ℂ Cōfortatiuũ ut ſupra. ℞. ſaluie minutim inciſe ⁊ nō piſtate ne ſuccus ab ipſa defluat lib. ß. mellis aliq̄liter cocti ⁊ optime deſpumati. q.s. pro dicte ſaluie infuſione ⁊ ipſoꝶ pus ebullitione ⁊ electuarij cōpoſitiōe ſpērum triaſandaloꝶ ſine cāphora, aromatici roſ. deſcriptione Gabriel. an̄. ʒ.iiij. Saluia ⁊ mel pͥus bulliāt ſimul modicū ad lentuꝫ ignē optime incorporent̃ ⁊ totū redigat̃ in forma electuarij. ℂ Cōfortatiuũ iūcturarū. Subtularis fiat ut calcea tus debite latus ⁊ nō ſtrictus multū ne ipm moleſtet ex pelle canis ↄfecta debite ⁊ portet̃. ℂ Mitigatiuũ doloꝶ repercuſſiuũ ↄfortatiuũ ⁊ reſolutiuuꝫ. Si rubet dolens tunc liniatur locus idē in pͥncipio ⁊ augmēto morbi ex ſolo oleo roſato facto ex oleo onfancino ⁊ in duplici uaſe ſm canonē ⁊ cum petia linea in dicto oleo infuſa idē locus tunc epithimet̃. ℂ Cōfortatiuum ⁊ doloꝶ mitigatiuũ. Recipe mice panis. q.s. pro emplaſtro lactis mulierbus aut ouis aut capre aut uacce: ſed melius mulieris. deinde ouis ⁊. q.s. pro debita infuſione mice panis ſupraſcripte. Vitellum oui croci modicum. q.s. ad aromatiȝādum ⁊ aliqualiter tingendum. miſce ⁊ fiat emplaſtrum. ℂ Doloris mitigatiuũ ⁊c̃. Liniat̃ locus dolens ex medulla caſſiefi. Auic. ſc̄do canone. cap̄ ꝓpͦ de caſſiafi. ℂ Mitigatiuum cōfortatiuum ⁊ reſolutiuũ. Si vͦ nō rubet locus dolens nō vngat̃ in q̄tuor pͥmis diebus ſed poſt quatuor pͥmos dies vngat̃ locus tm̄ ex oleo camomillino facto in duplici uaſe ſm canonem: ⁊ tūc ex eodē oleo camomille epithimet̃ cum petia linea infuſa in dicto oleo. ℂ Mitigatiuuꝫ ⁊c̃. etiam ut hic ſupra. Recipe rape raſe ſeu gratate qđ idem eſt cucurbite ꝑparate ſimiliter folioꝶ caulis. De his oibus tribꝰ an̄. q.s. pro emplaſtro aſſungie porcine oleoꝶ camomille roſati. De his tribus eq̄liter. q.s. ad impinguādum. farine fenugreci. q.s. ad oia ſimul incorporandū. Rapa cucurbita ⁊ caules ſimul bulliāt parua ebullitione ad lētum ignē. Ultimo reliqua oia addant̃ ⁊ fiat emplaſtrū ad lētum ignē. ℂ Confortatiuum ⁊c̃. ℞. carnis galline ptes. ij. farine ordei ptem. ß. De ambobus ſimul. q.s. pro emplaſtro miſce ⁊ fiat emplm̄ auctoritate kyrai auci. ℂ Cōfortatiuũ ⁊c̃. ℞. tritici cocti ptes q̄tuor. florum violarū ptē. j. de ambobꝰ ſimul. q.s. pro emplo aſſungie porcine. q.s. ad icorporādū miſce ⁊ fiat emplꝫ. De flobotomia vͦ hic nullā feci mētionē qꝛ ipſa flōmia in podagra nō eſt fienda niſi cū ualde forti intētione ad hoc. Nā ipſa flobotomia humores per corpus fluere facit Auic. ⁊c̃. ℂ Coitꝰ eſt ſumme nocituus. Uinū nocet ⁊ ꝓpͤ vinoſuꝫ. Omne etiā vinū album vinoſum ⁊ nō vinoſuꝫ nocet. Frigus loci ualde nocet. Repletio nauſeatiua ualde nocet. Ponere indigeſtuꝫ ſup indigeſtū itidēꝫ nocet ſeu comedē ſeu bibē ante pͥoris ci bi digeſtionē qđ idē eſt. Bibē ante comeſtionē. xv. uel. xij. bolorum ad minus nocet. Euitet acetū res viſcoſas. poma legumina oia ⁊ ꝓpͤ recētia pͤter cicera rubea de qbus aliqñ p̄t comedere carnes porcinas citonia vͦ dū dubitat dolorē proximū ⁊ etiā dolorē pꝛeſentē. nō bibat vinum ſed ſolum aquaꝫ fluuialē coctā cum ȝuccaro: aut ipſa pͥus cocta ȝuccarum infundat̃ ad libitū. Alio vͦ tēpore q̄nocūqꝫ ſanitatis bibat vinum pauciferū ſeu multum remiſſe vinoſitatis qđ idē eſt: vinū nigruꝫ ⁊ ſit ſtipticū ſeu habēs multū de tortura torcularis qđ idē eſt lymphatū ex duabꝰ ptibꝰ aque ad minus ⁊ tertia parte ipſius vini ad amplius. Ieiunet duobꝰ diebus in ſingula hebdomada. vꝫ die ueneris ⁊ die ſabbati. ⁊ in prandio nō comedat ulterius q̄ in alijs diebus. ⁊ in ſero pro collatione comedat pͥus tres uel q̄tuor bolos panis: deinde bibat vnū cyathum ad amplius dicti vini ſtiptici nigri lymphati ut ſupra. Nō utat̃ rebꝰ ſpiritualis nec etiā multū ſtipticis nec calidis notabiliter nec frigidis: ſed tm̄ utat̃ rebꝰ remiſſe calidis.

ℂ Contra podagrā calidā cum aliq̄li flegmate ſed nō nimis ſeu nō multuꝫ intēſe calidā.

Solutiuũ. ℞. pillarū de bn̄dicta īfraſcriptarū. ʒ.ij. agarici. ʒ.j. ſalis gemme. ℈.j. miſce. ⁊ cum electuarij ſucci roſaꝶ. q.s. ad icorporādū formēt̃ pille. vij. Iſtarū pillarū aſſumat a duabꝰ uſqꝫ ad. v. ad libitū in aurora aut per vnā horā an̄ cenā ad libitū ſed melius eſt in aurora. Et ſi ipſas aſſumat tūc poſt ipſarū aſſumptionē ſtet ieiunꝰ horis q̄tuor ad minus ⁊. v. ad maius. Et eas pillas taľr aſſumat ſingulo mēſe ſemel pͤterq̄ tpibꝰ magni caumatis ⁊ frigoris. aut in ſingulis. xx. diebꝰ ipſas taliter aſſumat ut hic ante. ℂ Pille de bn̄dicta de qbus in recepta imediate ſupraſcripta fit mētio. ℞. ſpēruꝫ de bn̄dicta electuarij. ʒ.j. aloes ſuccotrini electe. ʒ.j. miſce ⁊ cum mellis roſati colati. q.s. ad oia debite incorporandū fiat magdaleon pro pillis formādis. ℂ Iuncturaruꝫ ↄfortatiuum. Lauet ſibi manus ante ⁊ poſt cibū ⁊ pͥcipue tpe frigido ⁊ recētī ⁊ cū vino albo non vinoſo nec pauciferō ſed tm̄ medie vinoſitatis. aut ſaltē taliter ſibi lauet tm̄ in altero dictoꝶ ciboꝶ ad libitū cū dicto vino albo ⁊c̃. ut hic an̄. nā vinū nigrū eſt poroſitatū cutis nimis ↄſtrictiuuꝫ ⁊ ita in hoc caſu reſolutionis humoꝶ ꝓhibitiuũ. ℂ Cōfortatiuũ iūcturarum ut ſupra ⁊ nodoſitatis ipaꝶ ꝓhibitiuũ. ℞. cere albiſſime. ʒ.iiij. ad amplius. terbētine electe. ʒ.ß. aut magis ſm proportionē ſupraſcriptam ⁊ cerā. miſce oia ⁊ fiat pilla ſatis magna ⁊ amplexibilis leniter a manu ſua. Iſtā pillaꝫ teneat crebro in manu ſua q̄cunqꝫ hora diei ad libitū ⁊ ꝓpͤ ſtomacho ieiuno ⁊ ꝓpͤ tēporibus frigido ⁊ recenti.

ℂ Contra podegram ex materia mixta.

Materia mixta ex cholera ⁊ flegmate. Minoratiuuꝫ ſolutiuũ facile. ℞. pillarū de bn̄dicta īfraſcriptaꝶ in infraſcripta recepta. ʒ.ij. agarici mirabolanoruꝫ kebuloꝶ an̄. ʒ.j. ſalis gēme ȝiȝib. an̄. ℈.j. miſce ⁊ cū dyaſiniconis. q.s. ad incorporandū forment̃ pille. vij. p. ʒ. ℂ Pille de bn̄dicta de qbus imediate ſupra fit mētio. ℞. ſpērū de bn̄dicta. ʒ.j. aloes ſuccotrini. ʒ.ij. miſce ⁊ cū mellis roſati colati. q.s. ad incorporādū format̃ magdaleon pro pillis de bn̄dicta fiēdis de qbus in īfraſcripta recepta ꝓ fit mentio. ℂ Digeſtiuum. ℞. aq̄ruꝫ ſaluie. ℥.j.ß. abſinthij. ℥.j. endiuie. ℥.ij. ȝuccari albiſſimi. ʒ.ij. miſce. ℂ Solutiuuꝫ eradicatiuũ. Recipe pillarū ſupraſcriptarū in pͥma recepta. ʒ.ß. de hermodactylis minoꝶ. ʒ.j. miſce ⁊ cū dyaſiniconis. q.s. ad icorporāduꝫ formētur pille. vij. pro. ʒ. ℂ Solutiuũ uſuale. Recipe pillarū ſupraſcriptarū in pͥma recepta ad libitū. ʒ.j. uel. ʒ.ß. ℂ Solutiuuꝫ aliud uſuale ⁊ facile. Recipe terbētine lote ter uel q̄ter cū aq̄ plātaginis. q.s. ad debitā triniā lotionē ad libitum. ʒ.j. uel. ij. ℂ Solutiuum leuiſſimū ↄfortatiuũ. Recipe mirabolanoꝶ kebuloꝶ ↄditorū. j. ℂ Cōfortatiuũ ⁊c̃. Recipe ſaluie minutiꝫ

inciſe ꝛ nō piſtate ne ſuccus ab ipſa effluat lib. ſ. mellis eliq
liter cocti ꝛ diſpumati optime. q. s. pro dicte ſaluie infuſione
ꝛ ipariū pua ebullitione. ſpērum triaſandalo℞. ʒ. iii. aromatici
roſati deſcriptione Gabriel. ʒ. i. Saluia ꝛ mel pūs ſil' bulliāt
ad lētū ignē modicū ꝛ ad lētū ignē ut ſupra optie incorporent.
Ultio dicte ſpēs addant ꝛ totum redigat in forma electuarij.
¶ Cōfortatiuū ut ſupra. Sotulari a fiāt lata nō ſtricta ex pel
le canis ꝯfecta debite ꝛ apponant. ¶ Mitigatiuū ꝛc. Cōfor
tatiuū ꝛ reſolutiuū. Ungat ꝯtinue locus ex oleo roſato facto
in duplici uaſe ſm canonē ſi rubet locus pſeuerante ipſo ru
bore inteſo. Si vō nō rubet locus nō vngat in duob' pmis
dieb'. Sed poſt dictos duos dies pmos vngatur ex oleo ca
momillino facto in duplici uaſe. ¶ Unguentū. ℞. dyaltee
lib. ſ. terbētine. ʒ. iiii. olei laurini. ʒ. iiii. ſepi hircini. ʒ. ſ. maſti
ce. ʒ. ii. olei decoctionis uermium terreſtrium lib. ſ. cere. q. ſ.
pro vnguento vngatur locus dictus.

¶ Contra guttas ꝛ dolores earum.

Epoſita igiť ea theriaca que abſqꝫ feris ꝯficiť:ea vo alia pta que cū ferarū carnib⁹ cōponiť:diſputādū puto que nā ſit ea fera ex qua theriace pficiť ꝯfectio. Et cū latini fere oēs qui de re hac aliqđ dixerunt peccauē aliqđ lꝫ alter altero gůius:deliquerint:idcirco in primis rei ueritas diſcutienda.qua diſcuſſa coꝝ peccata facile erit corrigē. Huius igiť indagationis initiū hinc accipiēdū puto.vꝫ vnde nā cognitio fere theriacā ingrediētis mutuāda ſit.an vidēlꝫ a noie theriace ſeu theriacaliū paſtilloꝝ:uel potius ab aliquo alio ſumi debeat. Dicimus ergo q̄ nō a noie theriace nec paſtilloꝝ theriacaliū pfatuꝫ aial cognoſci ualet. per illa enīꝫ noia ſolū accipimus ferā:per hoc nomē grecum θηρίον thirion ſignificatā θηρίον thirion enīꝫ grece latine fera.hec aūt cognitio nimis gnālis eſt:niſi que ſit illa fera dignoſcať. q̄re lꝫ euitāde importunitatis cā ne etiam nimis in noie curioſus videar:hoc ꝯcedať:q̄ a cōponēte hec noia q̄dāmodo ſumpta ſunt:nō ea ꝓpter ab illis noibus plena ipſius aialis theriacā ꝯficiētis habebiť cognitio.ſed gnālis ſola Ab alio igiť neceſſe eſt ipm plene cognoſcere aial q̄ a nomie theriace uel theriacaliū paſtilloꝝ.eſt enīꝫ ut dixi nimis generalis cognitio que ab illis noibus ꝯceſſa eſt.ſed ſpālis ac plena huius aialis cognitio a pfatoꝝ trociſcorū cōpoſitione ſumiť. Sapiētes enīꝫ eos cōponētes trociſcos nō generali cōtenti ſunt noie:ſed nomē aialis ꝓpriū liqdo expſſere. dicentes. Accipe vipas. Dioſcorides enīꝫ ſcripſit. Uipe caro cocta ſi comeſta fuerit ⁊c̄. Et parum poſt. Oportet aūt poſtq̄ decoriaueris ipam abſcindē caput ⁊ caudā ⁊c̄. Plinius etiam dixit. Fiunt a vipa paſtilli qui theriaci uocanť a grecis. Galenus etiā ad Pāphiliū ait. Paniculi vo theriacales ſic conſtruunť.accipe echias flauas.echis enim grece ⁊ echidna viperā ſignificat. De cōmoditate etiam theriace poſt ſqlliticos paniculos dixit. Deinde poſt hec opꝫ accipe echidnas q̄t ſufficiāt ⁊c̄. Joānes etiā Serapionis filius ſcripſit. Factura trociſcorū de vipis.qn̄ nos recedimus a reliqs ſpēbus ſerpētum eligimus ex eis genus noiatuꝫ vipa. Raſis etiam in Almāſore ait. Trociſci de vipis.ſumenť vipe femine. Auicenna etiā qnto ſui canonis libro. Ars trociſcorū de vipis. Accipienť vipe cū eſt finis ueris. Ex qbus liqdo patet nō ferā in genere ex eorū cōpoſitione ſed vipas in ſpecie ſumendas pceptū fuiſſe. Quare a trociſcorū ⁊ theriace cōpoſitione nō a theriace noie ſiue theriacaliū paſtillorū aial theriacam ingrediēs cognoſci debet.per illorū enīꝫ cōpoſitionem viperā. ⁊ per illorū noia ſolum ferā cognoſcere ualemus. Ut igiť dignoſci poſſit que ſit vipa:⁊ ab alijs diſcernať ſerpentib⁹ de ipſis ſerpentibus neceſſe eſt pertractare.

¶ De diuiſione trium noiam.ſ.aial.fera.ſerpens.⁊ de triplici aialium uenenatoꝝ naturali gradu:⁊ alijs diuerſitatibus ueneni ab accidentibus ſumptis.

Um de ſerpentū ſpēbus ut ex ceteris ſola eligať vipa diſputādū ſit:ad horum certā doctrinā utile fore exiſtimo quorūdaꝫ noiūꝫ diuiſiones in ſerpētis nomē terminantes:⁊ ſerpētum in gradus diuerſos partitiones pdocendas eſſe. Dicimus igiť cū Ariſtotele cū alibi pluries tū libro de aialium ptibus:q̄ aial ex pte ſui motus q̄druplicter diuidať.in greſſibile qđ pedib⁹ gradiť ut homo.in uolatile quod alis uolat.ut palūbes.in natantia ut piſces.⁊ in reptile animal qđ uentre ſerpit abſqꝫ pedibus.ſ q̄ a nā conceſſum fuerit vnum aial duob⁹ poſſe uti bñficijs. Depoſitis igiť tribus ſolū reptile nře nunc ſit cure. Dicimus etiā q̄ aial aliud fera diciť.alia animalia cicures ſiue nō fere. Fere dicunť animalia que dentibus uel ictu in alia ſeuiunt aialia. Non fere vo ſtrarie.māſuetudine enim quadā a nā predite ſunt. Fera etiā diſtinguiť.nā alia eſt que uenenata diciť.ut baſiliſcus.aſpis. vipa:que humane nature ac aialibus ueneno infeſta cognoſcunť. Alia vo ſine ueneno ut leones canes nō rabidi. Fera uenenum hñs alia eſt reptilis ut aſpis.alia vo alio incedens motu.ut ſcorpio lacerta ⁊ ſimilia. Repētia ſunt ea que ſerpētes alio uocanť nomine.de qbus ſolis alijs abiectis habendus eſt ſermo. Hec igiť nomina.animal.fera.ſerpens.ſm magis ⁊ minus cōmune ſe habēt adinuicem. Nā ſub aiali eſt fera.ſub fera aūt eſt ſerpēs.ſub ſerpēte aūt plures ſunt ſpēs:de qbus nunc agēdum eſt. Jd aūt qđ de ijs ſerpētibus anteq̄ ad vnamquāqꝫ earum fiat acceſſus ptractandū puto:ſunt coꝝ in ueneno gradus diuerſi. Sunt enim nonnulle que ad tres uſqꝫ horas poſt ictum necāt.⁊ hic pmus uenenatoruꝫ diciť ordo.ut baſiliſcus.aſpis.⁊ alie plures. Sunt ⁊ alie que paruo admodū aut nullo nocēt ueneno.ut anguis in italia. qui cum morſum uenenatū non habeat ira cōcitatus fit uenenatus.in quo etiā genere nonnulli ponunť dracones qui ſolo morſu vulnere potius q̄ ueneno uel forte pauco nocēt. ⁊ iſte ſit ordo tertius. Secūdus aūt inter hos terminos medius eſt que uſqꝫ ad ſeptimam horam differunt necem ut in dicēdis fiet manifeſtum. Hec igiť ſit ſerpētum a ꝓpria natura ſumpta diuerſitas. Non paruam quoqꝫ ab alijs q̄ a ꝓpria natura ſerpētes in gradibus uenenoꝝ capiunt diuerſitatem. ſicuti a regione loco ſexu.animi paſſionibus repletione uel inanitione.tēpore anni. A regione qdem ⁊ loco.quoniam loca mōtuoſa aſpera ⁊ regio calida nimis uenenoſiſſima pducit animalia.de hoc enim Ariſtoteles octauo de hyſtorijs animaliū libro dixit. Morū etiam diuerſitatem loca efficiūt.ut montana ⁊ aſpera ſuas beſtias reddunt ⁊ aſpectu efferatiores ⁊ viribus robuſtiores q̄ plana ⁊ molliora.⁊ parum poſt hoc. Anguiū quoqꝫ ictus per loca plurimū differunt.aſpis enim anguis ex quo medicamētum illud putriſicum cōponunt in affrica gigniť cuius ictui nullūꝫ remediū eſt. Cornelius etiam Celſus libro qnto cū de aſpide ceraſte. dapſade.emoroide.chelindro locutus eſſet:ſubiunxit. Uerum hec genera ſerpētum ⁊ peregrina ⁊ aliquāto magis peſtifera ſunt:maxime que eſtuoſis locis gignunť.italia frigidiorēſqꝫ regiones hac quoqꝫ pte ſalubritatem habent q̄ minus terribiles angues edunt. Strabo etiam inquit. Animalia quoqꝫ ſua habet ichneumoneꝫ ⁊ egyptiam aſpidem:que ꝓprium quiddam habet pter alias aliorūꝫ locorum. affrica enim animalia pducit uenefica que alibi uel paruū uel nullum habēt uenenum.⁊ hoc ſuo contingit caloris feruore. de quo Lucanus inquit. Uos quoqꝫ qui cunctis innoxia numina terris Serpitis aurato nitidi fulgore dracones. Letiferos ardens facit affrica. A ſexu.quoniam maſculi ſeuiores ſūt feminis.lꝫ forte femine pluribus dentibus plura infigāt vulnera. A repletione vo ⁊ inanitione quoniam que ieiune ſunt pnicatiores ſunt. Jnde Celſus. Jllud ignorari non oportet omnis ſerpētis ictum ⁊ ieiuni ⁊ ieiuno magis nocē: ideoqꝫ perniciosiſſimi ſunt cum incubant.hac etiam de cauſa vipere quas ad paſtillos uenanť theriacos incarcerari minime debent.ſed captis ijs mox interfici. Ab animi vo paſſionib⁹ eo q̄ irati maiori inficiunt ueneno.inde Plinius. Anguis q de ſui natura minime uenenoſus eſt cum ira concitať uenenatus efficiť.capitur autēꝫ hic anguis non put cōmune nomen eſt ad ſerpentes:ſed pro vna ſerpētum ſpecie hominib⁹ ſatis familiari. ijs itaqꝫ in cōmuni quodā ſermone de ſerpētibus pertractatis:ad vnāquāqꝫ ſpēm nunc deſcendēdū eſt. eas tamen ſic diſcutiendo ut intranea ⁊ externa diſponātur accidentia.uoco aūt intranea ea que ſerpentis corpori inſunt.externa vo accidentia hos uoco effectus quos extra in alienum ab eis efficiunt corpus. Adducam etiam nomina que latinis familiaria ſunt lꝫ forte a grecis tracta. Corrigam quoqꝫ ea nomina que in libris arabicis in latinam deducti ſunt linguam corrupta reperiunť.non pretereundo etiā grecos corrigam auctores qui idem animal diuerſis nūcupauē

nominibus vitio forte quandoqȝ interpretum diuerſa eſſe putauerunt animalia. His enim factis ad ulteriora fiet acceſſus. Nec mireſ quis ſi de ſolis hic agam ſerpētibus. phalangias ſcorpiones lacertas rabidū canem ⁊ talia ꝑtermittēdo. nō enim de oi uenenato agere eſt mihi mens animali: ſed de ſerpētibus ſolis. ut eam ſerpentis ſpēm eligere ualeamus ex qua illa glorioſa theriaca cōfecta fuit a ſenioribus.

¶ De ſerpentū notitia ex ſignis exterioribus ⁊ interioribus ſumpta. Et ꝑmo de baſiliſci notitia.

BAſiliſcus ſerpens eſt a regis nomie nomen aſſumens βασιλευς enim grece rex latine. hic enim regali noie: ueneno: ⁊ ſcribendi ordine: ceteros merito antecedit. Interiora ſigna. Color eius ad nigredinem ⁊ citrinitatē declinis. ſuper caput: qđ caput habet acutū: maculas in modum diadematis habet candidas. habet ⁊ oculos rubeos. lōgitudo inqt Solinus ſemipedalis. Auicēna vo dixit eē duorum palmorum. Externa ſigna. Omne animal ſibi ꝑpinquum terreſ ⁊ ſtupefit. imo ſibilo ⁊ viſu certa interficit diſtātia. morſu etiam ⁊ tactu necat. olim lancea qſpiam eum tangens: ueneno lanceam ſubeunte mortuus eſt ipſe ⁊ equus: eo milite equm tāgente. cum vo momorderit animal moriſ ſtatim corpore liquefacto ⁊ inflato. Quinetiam moriſ tangēs ab eo mortuū animal. imo qđ plus eſt terram polluit ⁊ exurit. herbas extinguit. arbores necat ꝑpinquas auras corrūpit. ita ut aues illac uolantes occidāt ⁊ pereant. Dicitur ꝙ media parte ſerpit: anteriorem medietatem excelſus deferēs Muſtelle ſole iſs obſtant. tunc potiſſime cum eſu rute a ueneno ſe tueanſ. lȝ hoc de aſpide alij dixerint. Naſcitur in cirenaica libie prouintia. De hoc ſerpente Lucanus inqt. Sibilaqȝ effundens cūctas terrentia peſtes. Ante uenena nocens late ſibi ſubmouet omne: Vulgus ⁊ in uacua regnat baſiliſcꝰ harena. Et alibi. Quid prodeſt miſeri baſiliſcus cuſpide mauri Tranſactus. uelox currit per tela uenenum. Inuaditqȝ manum quam protinus ille retecto: Enſe ferit totoqȝ ſimul demittit ab armo. Plinius libro. 29. dicit olfatu interficere ⁊ eū ſerpentes fugere. De hoc etiam ſerpente Nicāder poeta grecus libro theriacoꝝ metro ſcripto: cecinit. Et plurimi tā philoſophi ꝙ medici ⁊ Galenus ⁊ alij de hoc ſcripſere ſerpente. Et eſt de ꝑmo uenenatoꝝ genere ꝑmum animal.

¶ De notitia ſerpētis dicte catoblepas.

Catoblepas q̄ſi deorſuȝ aſpiciēs ſpēs eſt. Interna. Eius lōgitudo ſm Auicēnam eſt a cubito vno uſqȝ ad cubitū ⁊ ſemis. lȝ hoc aliorꝫ auctoritate dixerit: alij vo dixerunt modicam eſſe feram. Caput pregraue egre ferens idqȝ deiectum ſemper in terram. inde catoblepas diciſ. ⁊ ceteris membris iners. Externa. Morſu viſu ac ſibilo ut baſiliſcus necat. animal enim ab eo percuſſum diſſolutū moritur. quinetiam moriſ quod ei vicinum fuerit. Naſcitur in heſperia ethiopie prope fontem qui nigris dicitur nili caput ut aliqui putant. Hunc ſerpentem Auicenna libro canonis quarto harmene uocat. Et hec in ꝑmo eſt uenenatorum genere.

¶ De notitia aſpidis ſerpentis.

Aſpis ſerpēs eſt. Interna. Color eius cineritius: ad acuitatem declinis. oculi eius appꝛime luminoſi. Collum tumidum. Lōgitudo a tribus uſqȝ ad quinque cubitos. Nicander vo ut etiam Strabo refert: aſpidis maiorem eſſe ſpēm que palmaris eſt. ⁊ hec celerius interficit. alteraȝ vo peſſius lōgitudine. Cutis eius aſpera ⁊ ſicca. inde dicitur aſpis ſicca. Oculos natura habet hebetes nō in fronte ſed in tēporibus. auditu itaqȝ ſepius ꝙ viſu excitaſ. Externe. Color pcuſſi alteraſ. Mēbrorum ſtupefactio ⁊ frigus. plurimus ſingultus. ⁊ uehemēs dolor. ⁊ tandem ſomni ꝓfunditas. ⁊ palpebrarum clauſio. de qua Lucanus. Hic que ꝑma caput mouit de puluere tabes. Aſpide ſomniferam tumida ceruice leuauit. Plenior huic ſanguis ⁊ craſſi gutta ueneni. Decidit in nulla plus eſt ſerpente coactum. Vbiqȝ naſcitur. ſed que in libia aliquid in ſe habet ſingulare de quo ait Ariſtoteles octauo de animalium hyſtorije libro. Aſpis enim anguis ex quo medicamentum illud putrificū componunt. in affrica gignit. cuius ictui nullum remedium eſt. Et Strabo de affrica loquens dixit. Animalia quoqȝ ſua habet ichneumonē ⁊ egyptiam aſpidem que ꝓprium quoddam habet preter alias alioꝝ locoꝝ. ⁊ eſt in ꝑmo uenenatoꝝ gradu.

¶ De notitia ſerpentis expuentis.

Ptyas a ptyo qđ eſt expuo: eo ꝙ obuianti ſputum obiciat uenenoſum. Hec eſt aſpidis ſpecies inde Plinius de urina loquens. Verum ex iſs que referre phas ſit impubium puerorum cōtra ſaliuas aſpiduȝ quas ptyadas uocant quoniam uenena in oculos hominum expuant. Interna. Color eius ut color ſuperioris aſpidis: eius lōgitudo eſt uſqȝ ad duos cubitos. Externa. In initio quandoqȝ inteſtinorum ſentit dolorem. ⁊ cogit egruȝ ad uomitus puocanonē. ſequunſ etiam accidētia ꝑfata de aſpide. ⁊ colli torſio ⁊ ſpaſmus ⁊ inordinatꝰ pulſus. que ſerpens non expuendo ſolum ſed etiam mordēdo interficit.

¶ De notitia ſerpentis hyrundinis.

Hyrundo ſerpens eſt. Interna: hyrundinis habet colorem. inde hyrundo diciſ. Longitudo eſt cubiti vnius menſura. Externa. Magnitudo doloris. Immenſus cordis pulſus. Corporis alteratio. Membrorum frigus ⁊ ſtupor. Somni profunditas. ⁊ palpebrarū clauſio. eſt de uenenatis in ordine primo. cum ante duas interficiat horas.

¶ De notitia ceraſtis duo habētis cornua.

Ceraſtes diciſ ab hoc nomine qđ eſt κερας ceras qđ latine cornu ſignificat. Sunt aūt duo ſerpentū genera habentiū cornua. quedam enim quaterna cornua habēt geminata. ita ut octo videanſ cornua. qđ viſu lucidum apparet. Alia vo duo tm̄ habent in capitis anteriori parte cornua. lȝ de iſs aliqbus maiora aliquibus minora reperianſ cornua. minora quippe cū poſt caſum maiorū maiora ſubcreſcant. Interna. Sunt due prefate ſuper caput eminētie. color eſt cineris color. ſub uentre ſquamme ſicce ſuper terram in inceſſu ſtridentes. Dentes equales. longitudo ab vno uſqȝ ad duos cubitos. Externa. Dolor ictus eſt tanꝙ acus aut claui infixi dolor. Et corpori grauitas maxime ſuccedit. labia inflatur. accidit uertigo. oculorum tenebroſitas. ⁊ ratio deſtruitur. Et eſt de primo uenenatoꝝ genere. Reperti ſunt etiam ſerpētes: duo habētes cornua: thebas ſacri dicebantur: hominibus minime noxij. de quibus Herodotus in ſecūdo ait. At circa thebas ſunt ſacri ſerpentes nihil omnino hominibus noxij. puſillo corpore. binis prediti cornibus: e ſummo uertice enatis. quos defunctos in iouis ede ſepeliūt. huic enim deo ſacros illos eſſe predicant.

¶ De notitia ceraſtis quater gemina habētis cornua.

Aliud vo genus ceraſtis earum eſt ſerpētum: que quater geminis redimitur cornibus. Interna. Sunt octo prefata cornicula. de quo Plinius. Ceraſtes corpore eminere cornicula ſepe quadrigemina quorum motu reliquo corpore occulto ſollicitent ad ſe aues. Solinus etiā. Ceraſte prefert quadrigemina cornicula. quoꝝ oſtentatione ueluti eſca allicitas aues perimit. nam reliqua corporis de induſtria harenis tegit. nec ullum indicium ſui prebent. niſi ex ea parte qua inuitatis dolo paſſeribus necem perpetuaȝ aucupētur. Spina eius cartilaginoſa ac flexibilis. inde Lucanus. Spinaqȝ uagi torquēte ceraſte.

¶ De notitia emoroydis.

Emoroys eſt ſerpens nomen trahens ab effectu. aema enim grece ſanguis reo vo fluo. Interna. Huius ſerpētis color eſt harenoſus: punctis nigris ⁊ albis inſignitus. magnitudine minor eſt viperis. Caput ⁊ cauda ſunt minuta. eius cutis aſpera harenoſa. eius lōgitudo eſt ceraſtis lōgitudo: duo habentis cornua. ⁊ ꝙuis earum color ſit plurimum harenoſus quādoqȝ tamen ſuꝑ

nigri rubei ⁊ albi coloris.⁊ ſuper eorum capita ſunt ſquam me albe inciſe.⁊ eorum inceſſus eſt cum ſtrepitu . qualis fit cum folijs:maxime ſiccis.hoc autem fit ex nimia corticum ſuorum uētrium ſiccitate.Motus etiam illius ſerpentis eſt tardus:ponderoſus:⁊ dentes habet equales. Externa. Hu ius ſerpentis morſu ſanguis vndequaqꝫ fluit.nec ſiſti ualet. Qua enim parte liquor natura fluere ſolebat:ea ſanguinis ꝑ ſilit vnda.Diſſolutis etiam uenarum orificijs ſanguis inde omnis emanat. Ex ſpiritualibus membris ſanguinis ſputū ex oculorum angulis cruor.ex ſtomacho fit ſanguinis uomi tus.fit enim in ſtomacho dolor inceſſabilis.Et percuſſus lo cus apoſtemat .denigratur.⁊ ex eo res parua currit:⁊ aquo ſa.Uenter ſoluitur.conſtringitur anhelitus.Urine difficul tas.Uocis abſciſſio.Mēbrorum mollificatio. Oblivio.ſpa ſmus.Cadunt dentes:⁊ moritur patiens.hos ſerpentes haſ ſudium ⁊ ſabrin uel tale ſimile nūcupauit Auicēna.De quo ſerpēte Lucanus ſcripſit. At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem.Squammiferos ingens emoroys explicat orbes. Rurſus. Impreſſit dentes emoroys aſpera tullo. Uetqꝫ ſo let pariter totis effundere ſanguis Coricij preſſura croci ſic omnia membra. Emiſere ſimul rutilo pro ſanguine virus. Sanguis erat lacrime que cūqꝫ foramina nouit. Humor ab iſis largus manat cruor ora redūdant. Et patule nares ſu dor rubet omnis plenis.Membra fluunt uenis.totum eſt pro vulnere corpus.Hunc ſerpētem in ꝑmo uenenatorū po ſuerunt ordine.

⸿ De notitia ſerpentis qui dicitur ſeps.

Seps ſerpēs a ſipo quod eſt putreo dicitur:quaſi mor ſu animal putrefaciens.hunc uocat Auicenna ſelſir.leui enim ictu tota putreſcit caro. Interna. Caput ei⁹ eſt latum.Collum paruum.cauda breuis.rotundus uenter. magnitudo ad cubitū.Super eius corpus ſunt linee diuer ſi coloris.eius inceſſus non eſt ut recte incedat ſed ſeipſum incedit contrahendo. Externa. Morſu ſuo gignitur apo ſtema cum ingenti dolore.percuſſi caro cōteritur.⁊ poſt hec totum putreſcit corpus ⁊ in virus uertitur. Et capilli cadūt. De hoc ſm aliquos Ariſtoteles octauo de hyſtorijs anima lium libro dixit. Serpens quidam minutus eſt quem aliqui ſacrum appellāt quem angues premagni fugiunt.magnitu do huic ad cubitum.ſpecie hirſuta quicquid momorderit cōtinuo circiter putreſcit.ꝙ ꝙ nōnulli uerba Ariſtotelis nō de hoc:ſed de baſiliſco intelligi debere dicāt.de quo Lucan⁹. Oſſaqꝫ diſſoluens cū corpore tabificus ſeps. Rurſus.Sed triſtior illa mors erat ante oculos , miſeriqꝫ in crure ſabelli Seps ſtetit exiguus quem flexo dēte tenacē. Auulſitqꝫ ma nu piloqꝫ affixit herens. Parua modo ſerpens:ſed qua non ulla cauēte tantum mortis habet.nā plage proxima circū fu git rapta cutis pallētiaqꝫ ora retexit. Iāqꝫ ſinu laxo nudum ſine corpore vulnus. Membra natāt ſanie:ſure fluxere ſine ullo Tegmine poplees erat femorꝫ quoqꝫ muſculus omnis . Li quitur pro nigra diſtillant inguina tabe. Diſſiluit ſtringēs ute rum membrana:fluuntqꝫ Uiſcera ne quantū toto de corpo re debet. Effluit in terras ſcuū ſed membra uenenum. Deco quit in minimū mors ꝯtrahit omnia virus. Uincula neruo rum.⁊ laterum cōtexta cauumqꝫ. Pectus ⁊ abſtruſū fibris vitalibus omne. Quicqd homo eſt aperit peſtis natura pro phana. Morte patet. Manāt humeri fortesqꝫ lacerti. Colla caputqꝫ fluit ⁊c. Albertus alemanus de hoc errauit ſerpēte credens ſelſir uocatū ab Auicenna diuerſum eſſe a ſeps. de eis diſtinctum faciens ſermonē cum eadem tū eſſet ſerpens, ueluti per ſua patet ſigna interna ⁊ externa.

⸿ De notitia iaculi ſerpentis.

Iaculus ab eius effectu nomen ſuſcepit. Sūt enim ſerpentes quos Auicēna uocat chaſeçati ⁊ alkararati. Interna. Magnitudine ſunt breues minuti: ad rubedinem declinantes.calidi ualde. Externa. Sūt ue lociſſimi ictus.ſubeūt enim arbores ⁊ tanꝙ iacula obuianti bus ſe obiciunt ⁊ feriunt. Ex eorum morſu ingens fit dolor in loco.⁊ ad totum procedit corpus.⁊ mors ſubſequitur. De quo Lucanus. Ecce procul ſeuus ſterili ſe robore trunci Torſit ⁊ immiſit iaculum uocat affrica ſerpens. Perqꝫ ca put pauli tranſactaqꝫ tēpora fugit. Nil ibi virus agit.rapuit cū vulnere fatum. Solinus quoqꝫ de hoc ait. Iaculi arbo res ſubeūt ꝗbus vi maxima turbinati penetrant animal qđ cūqꝫ obuium fortuna fecerit.

⸿ De notitia amphiſbene ſerpētis.

Amphiſbena ſerpēs eſt. Interna. Duo ut q dam dicunt habet capita.lꝫ nō nulli hoc negauerint:dicentes vnum habere caput.ſed eiuſ dem eſſe groſſiciei ⁊ in medio ⁊ utriſqꝫ extremitatibus. Et qui duo ponunt capita eum dicunt circularis tractib⁹ utrin qꝫ procedere.⁊ inde nomen ſuſcepiſſe ab amphi quod eſt cir cum ⁊ ueno quod eſt uado.hūc uocat Auicēna corrupto uo cabulo.anchesimen.⁊ ſaliens ad duas partes:ideſt utrinqꝫ procedens. De quo Lucanus. Et grauis in geminū ſurgēs caput amphiſibena. Solinus etiam. Amphiſibena cōſurgit in caput geminum.quorum alterum in loco ſuo eſt.alterū in ea parte que cauda.que cauſa efficit ut capite utroqꝫ ſe pus nitēdo ſerpat tractis orbicularis.

⸿ De notitia ſerpētis dipſadis.

Dipſas ſerpēs eſt a dipſo ideſt ſitio.eo ꝙ ſiti ſumma morſibus afficiat. Interna. Caput eius ꝑ uū.⁊ collū groſſū.a collo groſſo gradatim ad caudā ꝑcedēs ſubtilem. Color poſtremi eius uſqꝫ ad caudam ad nigredi nem declinis. Eiuſqꝫ longitudo eſt palmi unius:⁊ ſuper ei⁹ corpus plurima cernūtur ueſtigia nigra.in inceſſu ſuam q̄ tit caudam. Externa. Eius ictus animalis corpus ⁊ uen trem incendit ⁊ adurit.ſitimqꝫ ualidiſſimā inducit.adeo ut aquam bibens plurimam adhuc bibere nō ceſſet.nec liquor ullus ſudore aut urina exit. Inflatur potius uenter totus . ⁊ bibita aq̄ per uenas corporis ⁊ loca currit uacua. De hoc ſerpente Lucanus ait. Signiferum iuuenem tireni ſangui nis aulū. Torta caput retro dipſas calcata momordit. Uix dolor aut ſenſus dentis fuit ipſaqꝫ leti. Frons caret inuidia nec quicꝙ plaga minatur. Ecce ſubit virus tacitum.carpit qꝫ medullas. Ignis edax:calidaqꝫ incēdit viſcera tabe. Ebi bit humorem circa vitalia fuſum. Peſtis ⁊ in ſicco linguam torrere palato. Cepit diffeſſos iret qui ſudor in artus. Non fuit atqꝫ oculos lacrimarum uena refugit. Non decus im perij non meſta vita catonis. Ardentem tenuere virum qn ſpargere ſigna auderet.totiſqꝫ furens exgreret aruis . Quis poſcebat aquas ſitiens ne corde uenenum . Ille uel in tana ym rodanum padumqꝫ arderet. Nilumqꝫ bibens per rura uagantem. Nec ſentit fatiqꝫ genus mortemqꝫ ueneni . Sed putat eſſe ſiti. Huius ſerpentis Plinius reminiſcitur dicens. Unedenes ſerpentum uenenis reſiſtunt:maxime ſepis dipſa dis ⁊ vipere. Et alibi. Illita ſcilicet lauri folia cortex ⁊ bac cis ſerpentum uenenis reſiſtunt maxime ſepis dipſadis ⁊ vi pere proſunt.

⸿ De notitia ſerpētis dicti cherſidros.

Cherſidros ſerpens eſt:ab hoc nomine cherſos dictum.quod terram propriè incul tam ſignificat.⁊ idor aquam.eo ꝙ in terra ⁊ aqua communi ter conuerſetur. Interna. Minor eſt ſurda alesilati inqt Auicēna.⁊ latioris capitis ⁊ eius morſus deterior ⁊ nocibi lior. Externa. Ab eius morſu ingens dolor incipit.⁊ inflā matur.poſt hoc viridis fit locus.⁊ corrodit.ad hec uertigo accidit.cholere fetide uomitus.inordinatus motus.virtutis debilitas. Et eſt de ꝑmo uenenatorum genere.cum ut pluri mum in tertia perimat hora. Et ſi forte euaſerit tunc fuit cū aquoſus momorderit.tunc enim minus eſt pernitioſus:uel forte euadit qa patientis virtus fortis.⁊ lꝫ ab eo forte euaſe rint ueneno:ab alijs tamen non euadent morbis.in quos ex eius morſu ſepe incidunt. Hunc ſerpentem ſcriptorum erro re in qnto canonis libro reperio ſcriptum.kedusuolurus.in eodē etiam capite andrius reperitur.ſed andrius nihil ad

hoc pertinet capitulum. eſt enim corruptum nomen eo ꝙ endris ſiue enidris dici debeat. quod eſt ſerpentis nomē in aquis habitantis. Nam en idem quod in. idor aqua. De illo cherſidro ſerpēte dixit Lucan⁹. Nat⁹ ⁊ ambigue colentes q̄ ſirtidis arua Cherſidros.

℄ De notitia hidre.

Hidra feminei hidrus maſculi: nomen eſt ſerpentis cuiuſdam. qui aquam colit. Cherſidros autem ille erat ſerpens qui terram ⁊ aquam habitabat. ꝙuis Auicēna dixerit endrim eſſe cum in aqua habitaret. cherſidrum cum in terra. quod de cherſidro falſum eſt uti ſuperius dixi mus. Dubitat enim Auicēna in eodem capite de hidra: an idem ſit cum endri. dicimus ad hoc ꝙ nomen hoc nobis indicat. Endris enim uel enidris. in aqua ſignificat. En grece. in latine. idor vo aqua. a quo nomine idor hidrus ⁊ hidra deriuantur. Huius autem ſerpentis in aqua habitantis internum ſignum eſt ꝙ anguium eſt pulcherrima. Externa. Locus ictus tumeſcit ⁊ eius tumefactio dilatatur. ⁊ color loci percuſſi offuſcatur. a quo plurima humiditas fetida ualde ⁊ nigra egredit̄ ⁊ eius curatio prolongat̄. ⁊ fit difficilis. Fingit̄ quoqꝫ hidra monſtrum in lernea palude multoꝝ capitū cui tot adnaſcebant̄ quot amputabant̄ capita. pniciosa res hominibus. demum ab Hercule ictu claue pcuſſa fuit. poſt hoc ſagittis ferijt. nouiſſime eam igne in ſoluis cauernis cō cluſam penitus conſumpſit.

℄ De notitia ſerpētis ſcitale dicti.

Scitale ſerpens eſt. Interna. Uarietate tergi tanta prefulget: ut notarum gratia videntes retardet ab itinere. Inceſſu piger eſt. inde quos ſua motus tarditate aſſequi neqt: miraculo ſui capit ſtupentes. ut inqt Solinus. Calidus eſt hic ſerpens adeo ut ſolus inter ſerpentes ſuas exuuias nō ad uer aut autūnū ut cetere ſerpētes deponat. ſed hyeme. De quo Lucanus. Et ſcitale ſparſis etiā nūc ſola pruinis. Exuuias poſitura ſuas. De quo etiam Plinius nōnunꝙ̄ mentionem fecit.

℄ De notitia cylidri ſerpentis.

Cylidrus ſerpens eſt a chilio. id eſt uoluo. qui parte qua trāſit eā fumū emittit. Inde Lucanus. Tractiqꝫ via fumante cylidri.

℄ De notitia ſerpentis chencridos.

Chencris ſerpens eſt: ab hoc nomine chēcros id eſt milium dicta. eo ꝙ ſit milij coloris. Interna. Color eius propter citrinitatem eſt quaſi milij color. ſed paruis ac pluribus tingitur notis. eo qppe modo quo lapis ophytes plurimis ornatur maculis. quo ornatu ſimilitudine a ſerpente ſumpta a ſerpentis nomine nomen aſſumpſit. ophys enim ſerpens dicitur. Unde Lucanus. Tractiqꝫ via fumante cylidri. Quam ſemper recto lapſurus limite chencris. Pluribus ille. notis uariatam tingitur aluū. Quā paruos tinctus maculis thebanus ophytes. Externa ſigna ſunt. Quoniam ei qui ab eo morſus fuerit accidentia malarum eueniunt viperarum.

℄ De notitia ſerpentis natricis.

Natrix ſerpens eſt qui aq̄s ſuo inficit ueneno. de quo Lucanus. Et natrix violator aque.

℄ De notitia amodites ſerpentis.

Amodites ſerpens eſt ab hoc noīe ammos: id eſt harena dictus. eo ꝙ harenam fodiat ⁊ ingredit̄. harenęqꝫ colorem habeat. Interna. Color eius uti diximus eſt harene color. Et ſuper eorum corpora ſunt ueſtigia. longitudo eius uſqꝫ ad cubitum. Externa. Locus morſus uehementer dolet ⁊ magno tumeſcit apoſtemate. Et ex eo currit virus. ⁊ in tertio interficit. ⁊ mora eius eſt poſt ſeptimū. Et de hoc dixit Lucanus. Concolor exuſtis atqꝫ indiſcretus harenis Amodites De hoc etiam Auicēna ſub nominibus corruptis. amudarus ⁊ cauharus.

℄ De notitia ſerpentis pharee.

Phareas ſerpens eſt qui reliq̄ corporis parte eleuata: ſola ſerpit cauda. Inde Lucanus Et contentus iter cauda ſulcare phareas.

℄ De notitia ſerpentis dicti preſter.

Preſter ſerpens eſt. priſtir enim facem ſignificat ardē tem. Quem percuſſerit ut inqt Solinus diſtenditur. enormiqꝫ corpulentia necat̄. Lucanus etiam ait. Naſidium marſi cultorem torridus agri: percuſſit preſter. Illi rubor igneus ora ſuccendit. Tenditqꝫ cutem pereunte figura. Miſcens cuncta tumor toto iam corpore maior. humanumqꝫ egreſſa modum ſup omnia membra: efflat̄ ſanies late tollente ueneno ⁊c̄.

℄ De notitia vipe per interna ⁊ externa ſigna.

Pertractatis ijs ſerpentum ſpeciebus: nūc ad ea que noſtro deſeruiunt propoſito propius accedamus. Id enim quod in hoc intendimus libro non eſt omnis ſerpens: ſed illud ſolum animal ex quo theriaci paſtilli ⁊ theriaca conficitur. hoc autem uti partim diximus ⁊ plenius patebit inferius: eſt vipera. de ea igit̄ agentes primo dicimus hoc nomen vipera latinū eſſe. greci autem echidnam uocant feminini generis. echis vo maſculinū dicitur autem vipera uti nonnulli latini ſcribūt quaſi vi pariens. quoniam in eius partu uentre ſuos obroſo finit dies. Hee autem vipere ab inherentibus notis ſic cognoſcuntur. Interna. Caput earum eſt planum: latum uerſus collum: ſed uerſus os ad acuitatem potius declinat. Collum gracile ea inꝙ̄ parte que capiti iungitur. Cauda breuis. In inceſſu ſtrepitum ac ſonitum facit. Ad hec oua prius in utero concipit. dehinc viuum primo conceptum ⁊ in utero nutritū iuxta Ariſtotelis ſententiam in lucem edit. tempore algoris vipere ſub ſaxis: ſicut cetere ſerpentes ſub terra conduntur. Externa. A loco morſus ſanguis pmo egredit̄ aquoſus. dehinc ſpumoſus. poſt hoc ut eris erugo virus ac ueneni iam formam accipiens. Ad hec poſt dolorem loci percuſſi dolor expandit̄. ⁊ apoſtema rubeum innaſcit̄. cum ueſicis ⁊ apoſtematibus puis: ac ſi ignis affuiſſet aduſtio. ⁊ hec quandoqꝫ ſerpunt. quod apoſtema de rubeo fit viride in loco percuſſo. Preterea in viſceribus ardor. in corpore rubeo cū rigore. Et rubor ille poſt hoc ad viriditatem tēdit. Uertigo tūc eos occupat: ⁊ anhelitus frequētia. ⁊ nauſea. ⁊ ſingultus. gn ⁊ dorſi grauitas. ⁊ nōnunꝙ̄ ſanguinis narium fluxus. Tandem ſudore frigido ingenti tremore ⁊ ſincopi occupant̄. Et ut plurimum in tribus morit̄ diebus. ſꝫ quandoqꝫ uſqꝫ ad ſeptimum mors differat̄. Et vipere ſunt in fetido uenenatorū animalium genere.

℄ Quod aliꝫ: alia ſenſerunt de vipere partu. de quo partu Plinius Ariſtotelem imitari credidit. ſed in aliq̄ decep⁹ fuit

GRatia eorum que de noīe ac partu vipere dicta ſunt dignum putaui quorūdam ſentētias circa hoc adducere. Reperio autē omnes de partu vipere loquētes Ariſtotelem. Herodotū. Nicādrum. Plinium. ⁊ alios plures in hoc vno cōuenire: videlicet vipam intra ſe pmo oua cōcipe. dehinc catulos in utero nutritos in lucē edere. Ceteras ſerpētes oua ⁊ nō viuum parere. que oua poſt hoc ſerpētes in terra incubāt. Tertio eniꝫ de aialium hyſtorijs libro ſic ſcribit̄. Serpētes enim rā ab ijs ſupradictis ꝙ̄ inter ſe differre apertū eſt. Uipa enim aial edit poſtꝙ̄ intra ſe oua peperit cum cetera ſerpētum oīa genera oua edant in lucē. Hoc idem Herodotus. hoc Plinius. ⁊ alij. Diſſentiūt autē in hoc. quoniā Herodotus Plinius ⁊ alij plures vipam dixere in coitu maſculi caput ore cōplexam ueneris oblectamēto amputare. Cui⁹ patris vindictā filij cupientes: dū femine prius hora fuerit latera matris obrodētes: in lucem exeunt. hoc putauit Herodotus de vipis ⁊ alatis ſerpētibus in arabia natis a nā non ab re factū eſſe. ne tam pniciofum genus ferarū homini infeſtiſſimū multiplicaret. Sed qd de hoc ſenſerit Ariſtoteles mox deducam. Sic eniꝫ in fine qnti hyſtoriaꝝ libri ſcriptū reperit̄. Uipera e ſerpentibus vnū animal edit cū intra ſe oua pmum peperit. ouum hoc vnius coloris ⁊ molle ut pi-

ſciam eſt. fetus ſupne conſiſtit nec cortice continet ut nec piſcium qdem. Parit catulos obuolutos mēbranis que tertia die rumpant. Euenit interdū ut qui in utero adhuc ſunt abroſis mēbranis prorūpunt. ſingulos diebus ſingulis parit plus ꝙ viginti. Cetere ſerpentes oua pariūt foris ɔtexta: ad monilis hoc eſt ornamēti mulierum qḋ ambit collū ſimilitudinē. incubant que pepererint in terra. ⁊ fetum ſequente excludit anno. ex qbus uerbis qnque de viperarum perceptione ⁊ ptu colligunt. Primum eſt ꝙ vipa intra ſe facit oua Secūdum ꝙ oua ſua vnius ſunt coloris ⁊ mollia abſqꝫ cortice ut piſciū oua. que oua in ſupiori concipiunt pte. Eſt enī earum longa matrix ab inferiori uentris pte uſqꝫ ad ſeptū aſcendens: illic biſurcata. in ea enīꝫ biſurcatione oua ɔſiſtūt. poſt hoc ad infimam eius ptem conceptum deſcendit. ⁊ ſtati tuto tēpore ad exteriora in lucē viuum educit. Tertium eſt ꝙ vipera in lucē edit ſiphas eſt dicere viperulas non nudas ſed mēbranis inuolutas. Quartum eſt ꝙ mēbrane ille per tres extra uterū: anteꝙ ex eis catuli exeant: ſtant incorrupte dies. tertia enim die ab hora ptus cōputando: mēbrane rūpunt. Hoc tamen aliquotiens euenit ut tertiā catuli non expectent diem: ſed in utero mēbranas obrodentes: in lucē denudatis mēbranis obroſis exeant. Quintum eſt ꝙ ſingulis diebus catulos mēbranis inuolutos ad viginti uſqꝫ ⁊ plures pariat. Cetere ṽo ſerpentes a vipis in duobus diſtant: ⁊ ꝙ oua contexta in lōgum ptendentia non aūt viuū pariāt ut vipa. Et ꝙ ea incubāt oua, ita ut fetus ſequenti ab ouo excludat anno. vipe ṽo die tertia a ptu e mēbranis excludunt. Ceterum Plinius libro 10° de naturaliū hyſtoriis Ariſtotelis uerba ſequi conatus: cū non recte ad ſuū traxit ſenſum. aſſerens ꝙ vipa mater a filijs ppriis uterum corrodētibus interficiat. Ait enim. Vipe mas caput inſerit in os qḋ illa abrodit uoluptatis dulcedine. Terreſtriū eadēꝫ ſola inter ſe parit oua vnius coloris ⁊ mollia ut piſces. tertia die intra uteꝝ catulos excludit. deinde ſingulos diebus ſingulis parit. XX. fere numero. itaqꝫ ceteri tarditatis impatiētes prorūpunt latera occiſa parēte. Cetere ſerpentes ɔtecta oua in terra incubant. ⁊ fetum ſequēte excludunt anno. in ea pte qua de ouis loqtur nulla cadit dubitatio, cū etiam dicit. Deinde ſingulis diebus ſingulos parit. XX. fere numero. ⁊ reliq̄ que de ſerpentibus a vipa diuerſis retulit cū Ariſtotelis dictis manifeſte cōcordat. Sed in illa profecto pte qua ſic ſcripſit. Tertia die intra uterū catulos excludit. puto nō recte accepiſſe Ariſtotelem. Siue enim excluſionē a mēbranis intra uterum. i. intra matricē. ſiue excluſionem ab utero in lucem intelligat. ad qd dicta erit illa ꝑticula. Itaqꝫ ceteri ⁊c. Ad hec ſi per excluſionē catuloꝝ denudationem a mēbranis in utero intellexeris vnde cōputabit illa tertia dies? non a ptu in lucem qa talis in lucem ptus in exuuijs mēbranoꝝ nondū euenit. nō a die formationis ouoꝝ. quoniam aīalis plaſmatio tam breui tēpore ut mēbranas exuat impoſſibilis eſt. Eodē modo ſi per excluſionem ptum in lucem intellexeris a quo nam fiet tertie diei cōputatio? non ab oui cōplemento rōne dicta. non a ptu in lucem. qa nondū talis euenit ptus. Dices forte diē tertiam in qua fit ptus in lucem a die eruptionis mēbranorū in utero cōputandam eſſe. Ad hoc dicimus ꝙ de tali mēbranoꝝ eruptione a Plinio nulla fit mentio: ſed ab Ariſtotele. etiam ſi talis dabit ſenſus. ad qd illa poſita eſt ꝑticula. Deinde ſingulos ſingulis diebus ⁊c. non enim dixiſſet. deinde: ſi de ptu in lucem ſuus eſſet ſermo. Quare uerba Plinij cū Ariſtotelis ſenſu minime cōcordant. Sic enim ab Ariſtotele ex matre de uerbo ad uerbum interpretatio fit. Parit autem vipas ptas in membranis que tritee rumpuntur. idest viperas ptas in lucem educit membranis inuolutas. que mēbrane tritee. idest cū ad tertiā a partu cōputando uenerint diem: mox rumpunt. Subdit aūt Ariſtoteles. Interdū autem ⁊ deintus abrodentes ipſe exeūt. ac ſi diceret ꝙuis ut plurimum mēbrane poſt ptum tertia rumpant die: attamen interdū fit ut mēbrane in utero abrodant a catulis ⁊ catuli a mēbranis nudi in lucem exeant. quoto aūt tempore ⁊ quoto numero in lucem exeant ſiue mēbranis inuolute ſiue nō ſubdidit. Parit aūt in vna die vnum ſed plures ꝙ viginti parit ⁊c. Plinius autem illam ꝑticulam, Interdum autem. eū accepit ac ſi catuli interdum latera matris abrodentes per vulnus interfecta ipſa exirent. ſed hoc non ſenſit Ariſtoteles. illa enim pars. Interdum. eſt illius partis exceptio qua dixerat. Parit autem viperas paruas in mēbranis que tritee rūpunt. Ac ſi diceret. licet ut plurimum catulos vipera pariat mēbranis inuolutos interdum tamē eos edit in lucem nudos cum ipſi catuli deintus membranas abroſerint. Sic enī Ariſtotelis litteraꝫ exponendo nulla inſurgit dubitatio. Sed ſi Plinij uerba curaueris magnus labor imo impoſſibilis potius inſurget defenſio. Hoc igitur vnum ex omnibus habeat dictis. videlicet ꝙ vipera non oua ſed viuum in lucē parit ſepius mēbranis inuolutum lꝫ interdum a membranis exutum. Cetere ſerpentes oua pariunt dehinc illa diu incubant in terra. qḋ inter ſigna viperam notificantia deductuꝫ fuit. Ex ijs etiam que de ptu vipere ab aliqbus ſcripta ſunt nominis reddita eſt ratio. videlicet vipa ꝙ vi pariat. vi enīꝫ parit cum ſm hos a filijs patris mortem vindicātibus necetur. Quereres forſſitan an vipa ſit omnis ſerpens que viuū parit. dicimus ſm Ariſtotelem ſolam viperam inter ſerpentes viuum parere. ꝙuis ab Herodoto in arabia alatos eſſe ſerpentes dicat quos dicit viuum parere partu violento ut vipera. ſed ſiue hoc ſit ſiue non nihil ad rem noſtrā. cū enim medici ſumus: eam uolumus eſſe accipiendam ſerpentem que in ſecūdo uenenatoꝝ continet gradu. hec autem eſt vipera talem aūt ſerpentem reptum eſt tali corporis forma tali ſuaꝝ partium plaſmatione formatam eſſe. taleſqꝫ in pcuſſum animal effectus efficere quales ſuperius dum loquerer mur de vipera demonſtratum eſt. Hunc igit ſerpentem tali forma ⁊ talibus effectibus inſignitum ſapientes medici agnoſcere debent. quem etiam viuum parere Ariſtoteles docuit. Quare ſiue ſola vipera talibus ſignis cognita viuū parere concedat: ſiue non ſola ipſa ſed alia etiam ſit ſerpens ut inqt Herodotus: nihil quo ad medice facultatis inqſitionē ⁊ tiberiace confectionem intereſt. Hoc enim vnū medico attendendum eſt: ut eam pro confectione theriace accipiat ſerpentem que medij ſit uenenatoꝝ gradus. ⁊ que prefata de figura corporis habeat ſigna: dictoſqꝫ effectus ſuo inferat morſu: viuos quoqꝫ in lucem edat catulos. Utrum autem alia ſerpentum ſpecies a vipera viuum pariat uel non: medico ſcire non attinet.

¶ Inter viperas qualis ſit eligenda magis: ad theriacē theriacoſqꝫ conficiendum paſtillos.

Extractatis ijs que viperam theriacam cōficientem ab alijs ſerpentum qualibus ſecernunt: nunc viperā viperē conferendo: ea tractari debent qbus vipa theriacam cōficiens ab alijs diſtinguit viperis. Dicimus igit ꝙ viperarum nature a locis ab affectib⁹ ⁊ plurimis alijs differētijs diſtincte reperiunt. Nā alie ſunt quercine que in quercuum abditis habitant ⁊ condunt. alie ſalſis cibus degunt que maligne nimis ſunt. nec theriace cōmode Sunt ⁊ alie maritime littora maris incolentes: que licet ab aliqbus approbate ſint: attamen earū caro a cibis ſalſis mutata ſitam parit. ⁊ illaruꝫ potiſſime carnes que in libia naſcūtur. de qbus vndecimo de ſimplicibus medicinis Galenus ſic ſcripſit. Noui nāqꝫ animalia carnes cōmutari cibis. ⁊ cū hoc dixiſſet: de viperis loquens circa maris littora viuentibus ⁊ loca ſalſa: ſubiūxit talia loca potiſſime eſſe in libia. Et addidit. Itaqꝫ tutiſſimū eſt caueri uenari echidnas in talib⁹ locis ad pabulum uel ad medicine ɔfectionem. q̄lis eſt ⁊ hec glorioſa quā pene oēs medici theriacam appellāt. Cum igit in italia maior ſit loci humiditas ꝙ in libia ubi aduſtio nimia ſalſedinem facit: inde Galenus marſoꝝ reſponſioneꝫ ad ſua queſita audiens: eā in pte quadam approbat: videlicet

viperas ſitiꝫ facientes in p̄fatis locis ſcilicet libie ⁊ maritimis
locis inueniri. ⁊ hoc ex carniū qualitate a cibis ſalſis contra-
cta. In italia autem cum ſit regio magis humida viperas nu
triri dulciores: minuſqꝫ uenenoſiores: facultatiqꝫ medicine
cōmodiores. De q̄bus ⁊ Cornelius Celſus ait. Uerum hec
genera ſerpentum ⁊ peregrina ⁊ aliquanto magis peſtifera
ſūt. maxime que eſtuoſis locis gignunt. Italia frigidioreſqꝫ
regiones hec quoqꝫ pre ſalubritatem habet: ꝙ minus terri-
biles angues edunt. Et hinc illi magis corrigēdi ſunt qui in
egypto ⁊ non alibi animal eſſe fingunt thirum dictum: ⁊ in-
de in italiam deferendum ſi bona confici debeat theriaca.
que opinio preter alia dicta ⁊ dicenda falſa eſſe comprobatur
ex hiis que a Galeno in prefato loco dicta ſunt. ab eo eniꝫ cla
riſſime accipitur non oportere nos alexandriam uel aliquam
libie ptem peragrare: ut animal pro theriace confectione ha
beatur: cum illud vipera ſit. que ubiqꝫ ut inquit Herodotus re
perit. tantoqꝫ magis noſtras italicas accipe debemus vipas
quāto ipſe a Galeno magis approbantur. cum earum caro nō
maritima minime ſalſa ſit. cuius contrarium in libicis repe-
rit viperis: ubi caloris ac ſiccitatis feruore vipe etiam non
maritime carnes habent ſalſas: ſolis feruore terreſtre in hu-
mido comburente. quod in italie locis minime fit. Non igitur
ille que maris littora: non que in locis calidiſſimis ut in li-
bia: pro conficienda theriaca vipe ſumende ſunt. ſed ille po
tius que loca minus torrida habitant. ſicut italia grecia hi-
ſpania. ac aliis in locis a tertio uſqꝫ ad ſeptimum clima con
tentis uenande ſunt. que neqꝫ penitus ueneno priuate neqꝫ
pniciosiſſimo munite ſunt. Sunt etiam ⁊ vipe paludoſe. ſunt
⁊ alie que in littoribus fluuioꝝ viuunt. que teſte Auicenna
pretermittuntur: dicente. Et non capiuntur ex piſcinis ⁊ littorib⁹
fluuioꝝ ⁊ aquaꝝ ⁊ marium neqꝫ petroſe. Et cuꝫ eaꝝ colores
diuerſi ſint: ille eligantur vipe que flaui uel ſubflaui ſunt colo-
ris. albe enim pauci: rubee autem plurimi ſunt ueneni. fla-
uus autem color eſt inter utrunqꝫ. Sume feminam non ma
ſculum: que a maſculo numero dentium agnoſcitur. maſculi
enim duos habent dentes. femine vo quatuor. licet enim fe
mina pluribus morſus vulneribus ledat: maſculus tamen
pluri inficit ueneno. Sume etiaꝫ de feminis illas que mo-
tu agiliores ⁊ coꝝ capita clata magis deferunt. ⁊ caruꝫ aſpe
ctus ferax ſit ⁊ audax. ⁊ earum oculi ad rubedinem magis
decliues. ⁊ etas eaꝝ ſit iuuentutis etas. talia enim ſanitateꝫ
⁊ robur virtutis ſignificant. Et ille proprie aſſumantur cum tru-
catis extremis non minus agitantur. que enim cito quieſcunt
debiliores agnoſcuntur. Neqꝫ ea eſt accipienda que grauida.
Ad hec ieiune nimio nimio inficiunt ueneno. de hoc Corne
lius dixit. Illud ignorari non oportet omnis ſerpentis ictuꝫ
⁊ ieiuni ⁊ ieiuno magis nocere. ideoqꝫ pniciosiſſime ſunt cū
incubant. Sint etiam eoꝝ uentres collecti ſolidi. robur eniꝫ
⁊ pauca hoc ſignificat excrementa. Tempus autem quo ue-
nari debeant ſit ueris initium. cum iam hyemis frigus deſie
rit. tum enim e cauernis exeunt. poſt ſuum enim exitum ali-
quanto pmittantur tempore: uſquequo ſcorium ſuum depo-
nant. ⁊ excrementoꝝ malitia in cauernis a hyeme contracta
remittatur. qd breui fit. Exuunt aūt interduꝫ nō uere ſolo ſuā
ſenectutem: ſed etiam autūno. teſte in octauo de aialibuꝫ hy-
ſtoriis libro: Ariſtotele dicente. Uipa etiam exuit taꝫ uere ꝙ
autūno. ꝙꝙ uere ſolo uenari liceat ad theriacam conficien-
daꝫ. eo ſcilicet tempore quo ſol arietis finē ⁊ tauri initia ſubi-
erit. In eſtate aūt uenenum eaꝝ feruet. autūno vo aliqd de
eſtatis ueneno ſupfluo pticipant. Quare circa ueris initia
uenari debent. nec eas in carcerari liceat. cum ieiune ueneno
ſiores ſint. Nec putes poſt eaꝝ exitum a cauernis diuti⁹ mo-
rari ad ſenectutis depoſitionem. per vnam enim fere diem
ac noctem eam deponunt. de quo ſic ait Ariſtoteles loco pre
fato. Atqꝫ vna fere nocte ⁊ die ſenectus tota exuitur a capite
orſa ad caudam. Et cute altera ſubnaſcente ipſa remouetur.
Unuꝫ tamen cauēdum ꝙ ſi forte uer hyemale fuerit: uſqꝫ ad
ulteriora differatur uenatio. etiam ſi uſqꝫ ad eſtateꝫ differetur ne

ceſſarium ſit. quanto enim tempus frigidius tanto tardius
e cauernis exeunt. Qualis igitur vipera inter tot viperas lo-
cis coloribus effectibus ſexu ⁊ aliis plurimis accidentibus:
inter ſe differentes: eligenda ſit ad theriace confectionem: ex
hiis diffuſe ſatis demonſtratum eſſe puto. Iis itaqꝫ de cōſue-
ta ſerpentum inuentione diſputatis: de q̄buſdam ſerpentū
mirabilib⁹: forma. ſ. ⁊ magnitudine nunc ptractandum eſt.

¶ De ſerpentibus mire forme ſcilicet alatis ac mire magni-
tudinis.

Nonnulla de ſerpētibus

audita mirabilia ſcripta reperiuntur a viris fide
dignis. Nam Herodotus alicarnaſius ait in ara
bia locum eſſe ppe butim urbē: ubi plurimi ſunt
alati ſerpentes. ad quem locū ſe adiuiſſe: ⁊ eoꝝ ſpinas vidiſſe
dicit multitudine incredibili in aceruis collectas. addit eos
ineunte uere uolare in egyptū. quos tamen plurimos aues
ibides innumere illic exiſtentes pro viribus repellūt. Horuꝫ
ſerpentum figura eſt hidroꝝ figura. alias inquit habent alis
ueſpertilionum ſimiles. ex mēbranis uel cuti confectas: non
pennatas ut aues. Quos etiam ſerpētes arabibus infeſtos
thus colligentib⁹ eſſe dicit. cum ſub illis plurima thus pdu
centibus arboribus reſideat copia. neqꝫ thus colligere uale
rent niſi ſtoracis fumo ipſis infeſto fugarentur. hos pnicioſos
ſerpentes in arabia inueniri fatetur Herodotus: viperas ubi-
qꝫ. ſuos alatos ſerpentes ⁊ viperas: viuum: licet vi parere di
cit. Ceteros aūt non uenenatos ſerpentes oua in lucem ⁊ ea
plurima parere dicit. De q̄bus quoqꝫ alatis ſerpentibus in
pmo de animalium hyſtoriis ſic ſcripſit Ariſtoteles. Angues
enim circa ethiopiam tales uolare narrantur. Aliud mirabile
eſt qd Megaſtenes ſcribit in idia. videlicet tante magnitudi
ne repiri ſerpentes ut ſolidos ceruos tauroſqꝫ hauriāt. Me
trodorus etiam circa indicū amnem in pōto ſerpentes ſup-
uolantes alites hauſtu raptas abſorbere. Illi belli etiā punī
ci a romanis facti ſcribitur hyſtoria. vipam ad flumen haga-
dram adeo ingentem ac ferocē inuentam fuiſſe: ut a regulo
romanoꝝ imperatore neceſſarium fuerit baliſtis ac tormen
tis ut oppiduꝫ acriter expugnare. cuius lōgitudo ut ſcribitur
viginti ⁊ cētum fuere pedes. Cuius pellis ⁊ maxille rome in
templo uſqꝫ ad bellū durauere numantium. Huius magni-
tudinis fidē boa dat vipa in italia ſub Claudio principe in
uaticano occiſa. in cuius utero ſolidus infans ſpectatus eſt
hec enim lactis bubali a quo nomē accepit ſucco nutrita eſt
pmo. dicitur enim bos ⁊ boua. ſed huius mirande magnitudi
nis certiſſima fides ab Ariſtotele philoſopho in octauo de
hyſtoriis aialium libro haberi licet. ubi ſic ſcribitur. In affrica
magnitudo anguiū mira ſicut ⁊ fert. Iam eniꝫ nonnulli ubi
triremi applicuiſſent: oſſa boum multoruꝫ vidiſſe narrant.
quos abſumptos eſſe ab anguibus nō dubitarent. cuꝫ trire-
mes pductas in altum ꝙ pumū angues inſectarentur. ⁊ non
nulli aggreſſi triremem euerterēt. iis itaqꝫ oibus maxime fi-
des habita ſit. ꝙ alicubi mire magnitudis ⁊ mire forme alate
ſcilicet ſerpentes reperiantur.

¶ De draconibus.

Plinius in hyſtoria naāli de draconib⁹ etiam ſcripſit
eos elephantibus nō inimicos. Ethiopie dra
cones magnitudine pares eſſe idicio. ⁊ eſſe cubitoꝝ viginti.
Ethiopes aūt apud quos naſcuntur uocant alacheri. Strabo
etiā ante Pliniū de inſis hyphicratis refert apud ethiopes q
heſpii dicuntur pter alia mirāda ineſſe quoqꝫ magnos drac-
nes: adeo ut herba ſup eos naſcatur. Auicēna etiā refert ſm q̄ſ
dā minorē draconē eſſe cubitoꝝ q̄nque maiorē vo triginta ⁊
ſupra. Et eoꝝ oculi ſunt duo magni. ⁊ ſub mādibula iferiori
eminētia ſicut mentum. Et dentes plurimi. ⁊ eos dicit naſci
in ethiopia ⁊ india. ſed indi maiores. ſe tamē ipſum met cor
rigendo inquit uerificatum eſt preter indiam alibi quoqꝫ
magnos reperiri dracones. facies eorum dicit eſſe citri-
nas ⁊ nigras. os eorum amplum. Supercilia eminētia. ocu

hoc cooperientis. Refert ēt ſe vidiſſe quendā de pſatis ſuper cuius collū in latitudine deſcēdēte pili erāt groſſi tanq̄ eius coma. Externa ſigna ſunt. q ex draconis morſu pmus ſit do lor. poſt hoc inflāmat ⁊ maſculoꝝ morſus peior eſt femie mor ſu. Hij ergo ponendi ſunt in tertio uenenatorum gradu.

¶ De crocodillis.

Crocodillus animal eſt quatuor habēs pedes. In flumine nili ſi milis. Eius magnitudo plerūq3 duodeuiginti excedit cubitū ſuperiorē mouet maxillā. ⁊ dentib⁹ pectinatim ordinatis mor ſum triſtem infigit. Hoc aial parit oua ut anſeres. dehinc ea incubat. ⁊ ad dictam ut dixi creſcunt magnitudinē cū aialia in lucē uenerint. vnguibus utit̄ p defenſiōe. cutim habet du riſſimā ſed ſub uētre leuē. ide delfini ſe ſubmergētes eas ſub uētre feriunt. Die terrē nocte aquā habitant nili. in terra dor mientiū fauces apertas rex auium a cibi reliquijs mundifi cat. ſed ichneumon clam per os intrās per uentris latera eru pta ipm interficiens exit. ijs dominant̄ nutritici homines ſic ab inſula nili dicti: ſtatura parui: ſed cōtra hos ſtrenuus de quo rum imperio mox dicendum. Nunc autem hec ſatis de ſerpē tibus mirabilibus draconibus ⁊ crocodillis. ad eas autem tres gentes que mirabiliter ⁊ ſerpentibus ⁊ crocodillis domi nantur deſcendere liceat. quibus diſcuſſis ad latinorū erro res accedendum puto.

¶ De Pſilijs. Marſis. Ophiogenis ſerpentib⁹ ⁊ crocodilles dominantibus.

Pſilij ophiogenes Marſi tres fuere gētes que ſerpentibus terrores incutiebant ⁊ eis dñabant̄. de qb⁹ Plinius inquit. Quorundam ho minū tota corpora pſunt. ut ex ijs familijs que ſūt terrori ſerpētib⁹. Quo mō autē eis dominabant̄ ſubdit. Tactu ipſos leuant percuſſos: ſuctu uero tumidos. Curatio tā etiam ſuctione ueneni non a vi aliqua que ſit ijs propria dixit Cornelius ſed oibus cois. qui ſi forte ut ipſi audaces fuerint eque curabunt. Que autem ſint iſte gentes ſubdit Plinius Quoꝝ gñe ſunt pſilij. marſiq3 ⁊ qui ophiogenes uocant̄ in inſula paro. Pſilij hoies fuere in affrica ſupra garamantes habitantes. ij morſibus ſerpentu3 nō nocebant̄. Unde eorū natos ſerpentibus obiciebant. qui ab eis intacti matris pu dicitiā oſtendebant. ⁊ originis fidem pbabant. hec gens a na ſamonibus capta interijt. De quibus hec Lucanus cecinit. Uix miſeris ſerum tanta laſſata periclo: Auxilium fortuna dedit. gens vnica terras: Incolit a ſeuo ſerp: ntū in oxia mor ſu. Marmaride pſilij par lingua potentib⁹ herbis. Ipſe cruor tutus nullumq3 omittere virus. Uel cantu ceſſante pōe nā lo coꝝ. Juſſit ut immunes mixti ſerpētibus eſſent. Profuit in me dijs ſedē poſuiſſe uenenis. Pax illis cum morte data eſt. fidu cie tanta eſt. Sanguis in terram paruus cum decidit infans Ne qua ſit externe ueneris mixtura timētes. Letifica dubias Explorent aſpide partus. Solinus ēt. Supra garamantes pſilij fuerant contra noxium virus muniti incredibili corpo ris firmitate. ſoli morſibus anguiū nō interibāt ⁊ q̄uis dente letali appetit⁹ incorrupta durabant ſanitate. Recentes ēt edi tos ſerpentibus efferebāt. ſi erāt prius adulteri matrū crimina plectebant̄: interitu puuloꝝ. ſi pudica probos ortus a morte paterni ſanguis priuilegiū tuebat̄. ſic originis fidem pbabāt uenenis iudicantibus. Sed hec gens interijt a naſamonib⁹ capta. neq3 quicq̄ aliud preter opinionem de ueſtigio nois ſui pſilij reliquerat. Ophiogenes gens eſt in inſula paro habi tans. eandē cum pſilijs contra ſerpētes vim habens. de qua Plinius loquens gente ait. Ex quada3 familia legatus Exa gon noie a conſulibus rome in dolium ſerpentum coniectus experimētū cā circūmulcentib⁹ linguis miraculū pbuit. Sub ſūgit ēt. Signu3 eius familie eſt ſi modo adhuc duret. Mar ſoꝝ ēt gens in italia ſimilem habere cum prefatis vim dicit̄ ij enim rome viperas uenabantur. ⁊ ad eſum ⁊ theriace con fectionem. a quibus Galenus libro de medici. ſ. ſimplicibus xj⁹. de carne vipe loquēs queſiuiſſe ſcripſit. an aliqō ſignū eēt diſcretiuū īter eas viperas que ſiti faciāt ⁊ eas que nō faciāt ſiti dicēs. Idcirco interrogaui uenātores rome echidnas quos marſos appellant. ſi qō hērent docere me ſignum diſcretiuū utriuſq3 gñis echidnarum. Idem etiam libro ad glaucone3. Dabis ſic ipſas viperas edendas homini elephantioſo. ⁊ mi raberis effectum utilitatis earum. quas ſic dabis ſine dubio ut marſos vidimus dare. Ego igitur marſos in italia viparū fuiſſe ad medicamina uenatores a ſenioribus intelligens: ſciens etiam quoddam eſſe ſerpentum genus: materno ſer mone maraſſos dictum: quadam ſi phas eſt a nominum cō uenientia habita licētia: puta illos ſic dictos maraſſos: vipas eſſe quas marſi uenabant̄. ⁊ eos tūc p appellatos a uenatoꝝ noie marſos poſtea uocabulū hoc uti pluries ſit a vulgari hus fuiſſe corruptū. v3 iuncta vna lrā. ſ. A. de marſi factū eſt maraſſi. Et in hoꝝ fidem eſt q ea que a ſenioribus de vipa dicta ſunt in iſtis vulgo dictis maraſſi reperiunt̄. pariūt enī aial ⁊ formam corporis hnt ſupius deſcriptam. licet forte lō go poſt hoc tpis defluxu: ⁊ hoium ignauia: nomen hoc ma raſſus qō eo tpe vipis accōmodabat̄: iam a nōnullis nō vipe ris ſed alijs ſerpētū ſpēbus ab aliqb⁹ attribuat̄. Hic patet viri illius error qui licet vipas dixerit eas eſſe que in cura lepre ⁊ theriace ꝯfectione accipiunt̄ ueritati in hoc ꝯſentiēs minus docte tn̄ ſcripſit cu3 dixit illas vipas Galenū in. xj⁰. de ſimpli cibus medicinis nūcupaſſe maraſſos. nō enī maraſſos ſcri pſit ſed marſos uti ſupius monſtratū eſt. Harū igit̄ triū gen tium mirāda fuit cōtra ſerpētes vis. Nō minus ēt miranda quorūdā vis in affrica habitantiū in inſula quadā nili ꝯ cro codillos. ij enim corpore ſtatura breues: nitrice dicti: crocodil lis dominant̄: ceteris hoibus infeſtiſſimis. de qbus ſic a Pli nio ſcribit̄. Nā in iſula nili nitrice naſcētes tāto ſūt crocodil lis terrori: ut uoce3 quoq3 eoꝝ fugiant. De crocodillis etiā lo quens ait. Quin ⁊ gens hoium eſt huic belue aduerſa in ipſo nilo in interiori nitri inſula quā habitat appellata mēſura co rā pua ſed pſentia animi in hoc tm̄ uſu ita terribilis. hec con tra fugaces belua eſt fugax cōtra ſerpētes. ſed aduerſum ire ſoli ij audēt qui ⁊ flumini inatāt: dorſoq3 eqtātiū mō impoſi ti: hiantib⁹ reſupino capite ad morſum addita mox claua a dextra leuaq3 tenētes: extrema eius utrinq3 ut frena in terrā agunt. captiuos ac uoce ēt ſola territos cogūt euomere recēta corpa ad ſepulturā. Itaq3 ei uni inſule crocodilli nō adnatāt olfactuq3 eius gñis hoiu3 ut pſilloꝝ ſerpētes fugant̄. Et hec ſatis de gētib⁹ illis que ſerpētibus ⁊ crocodillis dñabant̄. hec enim hoc in loco deduxi pp marſos in italia viparū uenato res a quibus vipa ipſa ſuſcepit nomen. qō poſtea ut puto in aliud. ſ. maraſſum vitiatū inuenit̄. Inter tot igit̄ ſerpētū gña que nam ſit illa ſerpens que theriacā magnam ingredit̄. qm̄ illa eſt que grece echis ⁊ echidna dr̄: latine aūt vipa ⁊ non thi rus. ex ijs ſatis demōſtratū eē puto. De erroribus aūt circa hoc in quos plurimi ac fere oēs de hoc ſcribētes latini inciderūt eam re q̄ nomine nunc diſputandum eſſe exiſtimo.

Sectio ſecūda de latinoꝝ erroribus tam inter pretum q̄ reliquoꝝ philoſopho rum ac medicorum. Et pmo de errore interpretum ex ara bica in latinam interpretantium linguam.

Rubeſco pfecto q tot acutiſſimi circa hoc aial ⁊ philo ſophi ⁊ medici defecerint latini: licet in ce teris alijs eruditiſſimi. Nec parua mihi viſa eſt puincia ut inter tales ac tantos uel lex tanq̄ arbiter iudicare viros. ſed id mi hi pro debita defenſione aſſumē: qō alias in libello aſſūpſi quē de ordine doctrine phyſice Ariſtotelis edidi. in quo ueritatis clypeo ꝯ errantes philoſophos latinos me muniui. Tūc eti vitas urplurimu3 odiū parere ſoleat cā tn̄ a philoſophis colēdā eē putat̄. Legite igit̄ paru̇per queſo ⁊ ea que hactenus ſcripta: ⁊ ea que mox diſputanda ſunt. ſi enim recto inſpexeritis ſupercilio: ⁊ abiq3

nllo iudicaueritis liuore: me profecto non inani gloria nec
alia de cauſa ꝙ ȥelo ueritatis hec ſcripſiſſe cognoſcetis. Ad id
igit̃ vñ fluxit ſermo redeuntes: dicimus duo fuiſſe ſcriptoruȝ
gña qui circa ſciam huius aialis peccauere. ſ. interpretes ara
bicorũ librorum. Et philoſophi ac medici qui ex malis interpreta
tionibus in errorẽ elapſi ſunt. Peccauit enim Simon ianuẽ
ſis qui librũ de ſimplici medicina Serapionis ⁊ Albucaſim
interpretatus eſt. De quo libro Albertus alemanus libro. xxv.
ſuo de aialibus: capite de aialibus a littera. T. incipientibus
de thiro loquens: mentionem fecit. Peccauit ⁊ Raynaldus
de villanoua q librũ de virib⁹ cordis Auicẽne ex arabico in
linguã latinã male interpretatus eſt. Peccauere quoqȝ illi q
cũqȝ fuerint q halìabatẽ ⁊ alios nõnullos interpretati ſunt au
ctores arabicos. Neqȝ delictũ hoc in libris medicine ſolũ: ſed
in libris Ariſtotelis q ex arabica in latinã deducti ſũt linguã
euidẽter cõmiſſuȝ eſt. In ijs eni oĩb⁹ ubi viperã interpretari de
buerãt: illic thirꝫ interpretati ſũt. nec mirꝫ qm̃ eorum pleriq arabicã
ignorãtes linguã aliorũ ſuffragio uſi ſunt. eo qppe mõ quo
Simon ianuẽſis abrahã iudei auxilio in libri de ſimplicibus
medicinis Serapionis ⁊ albucaſis interpretatione uſus eſt.
Ignari eni ut dixi lrãrum arabicarum neqȝ noĩs hui⁹ theriaca ethi
mologiã itelligẽtes: putãtes eã nõ a ſui ↄferẽtia ſed ab ingre
diente poti⁹ aiali: theriacã dici: credidẽ thirũ illius aialis eſſe
pticulare nomẽ. q̃re ubicũqȝ apud arabes nomen aialis the
riacã ↄficiẽtis inuenere: ipm thirũ iterpretati ſunt. cũ tñ viperã
interpretari debuerãt: itaqȝ oĩs hui⁹ erroris cã fuit ⁊ arabicarũ
litterarum ⁊ huius greci noĩs ethimologie inſcitia. ſi eni theria
cã ab hoc noĩe thirion deriuari. ⁊ thiriã ferã ſignificare ſciuiſ
ſent: thirum pfecto vnum ſpãle aial eſſe non dixiſſent. Quo
errore factũ eſt ut non noĩe ſolo ſed uſqȝ ad rẽ pceſſerit igno
rantia. cũ magna ex theriace carentis hoĩum iactura. Et ut
horum error magis detegat̃. cũ arabicas matres nõ habeam⁹
a Serapionis capitis initiũ faciemus. ex quo de facili tota inter
pretũ denudabit̃ iperitia. Nec alicui ſupfluũ uideri debet ſi
uerba oĩa Serapionis ⁊ Dioſcoridis ⁊ Galeni prim itrodu
xero. ijs enim tota interpretum eluceſcet inſcitia. Ait igit̃ Se
rapio. Labame alfabai. i. caro thiri. Galenus caro thiri cale
facit ⁊ deſiccat. Mos fuit huius interpretis in hoc libro noĩa
p̃ pponere arabica. dehinc ſuã ſubdere interpretationẽ. ppo
ſuit ergo hec duo uerba uel ſilia. ſiue enim hec ſiue alia nihil
intereſt. vnum hoc eſt uerũ. ꝙ thirum nomẽ minime pponit
ſed ipm in eorum noĩuȝ arabicorum expoſitione ſubdixit. ſunt igit̃
iſta duo noĩa pſata labame alfabai. ijs ppoſitis interpretat̃
ea dicens. i. caro thiri. Certũ eni eſt horũ nominũ vnũ carnẽ
qõcũqȝ de illis duobus ſit: alterũ do aial vnum ſignificare p
ticulare. de cuius carne eſt preſens ſermo. Si ſic eſt. non igi
tur in matre arabica ſcriptuȝ fuit a Serapione hoc nomen
thirus. ſed hoc nomen ab interprete poſitum fuit. quare
Serapio non poſuit thirum in ſua matre. ſed vnum de duo
bus propoſitis noĩbus. nõ ergo fuit Serapionis ſed interp̃
tis vitiũ. Idõ ẽt p illud aduerbiũ ideſt liquido cognoſcit̃. cuȝ
dixit uerba Serapionis exponẽdo. ideſt caro thiri. hec eni eſt
interpretis non Serapionis expoſitio falſa. dicere eni debue
rat. ideſt vipe caro. ⁊ non thiri caro. Ex mõ itaqȝ loquẽdi viti
um hoc non Serapionis ſed Simonis interpretis faciliter
cognoſcit̃. cũ loco vipere thirũ appoſuerit. Quõ enim viperam
⁊ nõ thirũ iterpretari debuerat. nõ ſolũ ex ijs que circa initia
de noĩe theriace ſcripta ſunt cognoſci poterat: ſed ex totius ca
pituli Serapionis ſententijs ac uerbis pcipi poteſt. Nã totũ
hoc Serapionis caput a Galeno. xj° de ſimplicibus medici
nis libro. ⁊ a Dioſcoride greco de carne vipere aſſumptum
eſt. que oĩa non de thiro. ſed de echidna. i. vipera. ⁊ a Dioſco
ride primo ⁊ poſt eum a Galeno tradita fuerant. ut ipſemet
Serapio eorum auctoritates interponit. Que ego maioris di
lucidationis gratia ſm eorum ſeriem apponam. Dixit enim
dioſcorides. εχιδνης σαρξ ⁊c. quod totum ſic interpretat̃. Ui
pere caro ſi comeſta fuerit acutos reddit oculos. ⁊ renibus
congruit. ⁊ creſcẽtes manuum nodos ſiſtit. Oportet aũt poſt
ꝙ decoriaueris ipſam abſcindere caput ⁊ caudam pp graci
litatem que eſt in eis. Fabuloſa enim eſt que dicitur extremo
rũ abſciſſio ad q̃d i menſurã. reliquũ lotum ⁊ in fruſta ſectuȝ
coquendũ eſt cũ oleo ⁊ vino ⁊ granis ſalis paucis ⁊ aneto. Fe
runt autem pediculos gignere admittẽtibus. quod eſt falſum
tradunt etiam nõnulli longe ſenectutis eſſe comedẽtes ipſas
Arbitrant̃ ⁊ ſales ex eadem. non tñ eque operant̃. Imponat̃
aũt vipa in olam nouã ⁊ cum illa ſalis ſicuȝ tritarum ſexte qn
que uel ſex cyathis mellis. lutoqȝ obturat̃ os ole ⁊ torret̃ in
fornace donec fiant carbones ſales. poſtea minutim contritẽ
reponant̃ mixta illis ad faciendum bonum ſtomachuȝ nar
di ſpica aut folio aut marabatro pauco. Uides quonãmodo
Serapio a Dioſcoride de vipere carne carniumqȝ pparatio
ne ac virtutibus ⁊ ſale echidnarum omnia fere ſuſcepit. imo ꝙ
ſi eius uerba aſſumpſit. id enim quod Dioſcorides grece ſcri
pſit εχιδνης σαρξ. ideſt vipere caro. Serapio in matre arabi
ca ſcripſit. labame alfabai. quod poſtea interpres thiri caro
male interpretatus eſt. quod profecto interpretis vitium: etiã
a Galeni uerbis clariſſime dignoſcitur. Scripſit eniȝ. Echid
narum igitur carnes calefacientes ſiccanteſqȝ palam eſt ui
dere: conditas ut anguille. oleo ſale aneto ⁊ porro ⁊ aqua ſci
licet proportionali ijs. ꝙ autem mundificent per cutim totũ
corpus: ſuppetit tibi cernere ex ijs quoqȝ que expertus ſum.
Uides igitur Serapionem in hoc capite Dioſcoridem ⁊ Ga
lenum imitatum fuiſſe. Narrat quoque Galenus ea que de
viperis in cura lepre tam a caſu ꝙ a deliberatione in vino in
fuſis dum iuuenis eſſet eueniſſe conſpexit. De quibus ipſe
etiam Serapio ſic ſcripſit. Et iam uerificauit experientia ꝙ
thirus quando ponitur in vino ⁊ bibunt ex eo leproſi ingroſ
ſatur cutis eorum tota. deinde cadit ſicut cadunt teſte ⁊c. que
omnia in loco prefato a Galeno ſumpta ſunt. Quare ſi Dio
ſcorides: ſi Galenus de echidna ſiue vipera hec omnia talia
dicta pertractauerint ⁊ hos duos Serapio in hoc capite imi
tatus ſit. cur igitur tale neſcio quid nomen hic interpres dedu
xit in medium. quod nomen uel fictum eſt nihil ſignificans
ſi ſic ut ipſi ſcripſerunt accipiatur. uel feram in genere ſi recte
accipiatur thirion uel thir ſignificabit. Error igitur huius no
minis non auctoris Serapionis ut quidam credidit: ſed in
terpretis potius fuit vitium. Nam Serapio ipſemet in ſue
practice libro tum alibi. tum ⁊ ijs in locis ubi de cura lepre ⁊
cura uenenatorum animalium ⁊ in confectione theriace agit:
ſemper de vipera: nullum de thiro vnꝙ fecit uerbum. cum
tamen ijs in locis de eodem loquatur animali de quo in pre
fato libri de ſimplicibus capite locutus fuerit. Similiter eti
am Auicẽna quinto ſui canonis libro de theriaca loquens.
⁊ quarto de cura uenenatorum ⁊ de cura lepre ⁊ ubique loco
rum ſui canonis nunquaȝ de thiro ſed de vipera ſuis ſcripſit
locis. ꝙ ꝙ in quarto libro de cura lepre ſic reperiatur. Et ut
in potu ſumat de trociſcis thiri. Et quinto ait. Deſcriptio
alia. Recipe trociſcorum ſquille aureos. xxviij. trociſcorum
vipere ⁊c. idem enim intellexit per thiri trociſcos ⁊ vipere
trociſcos. aliquando enim eos thiri: aliquando vipere nun
cupauit trociſcos. ſeu de vipera ⁊ ex vipera. Illi enim trociſci
thirij dicti ſunt ideſt ferales. Eos enim Galenus trociſcos
theriacales. Plinius theriacos: ideſt ferales nuncupatunt
Auicenna autem trociſcos thiri ſiue thiros ideſt ferales nun
cupauit. Cum igitur Auicenna ⁊ Serapio in ijs ſuis volu
minibus a Gerardo Cremonenſe viro in arabico prefatis
peritiore in latinam deducti ſint linguam: merito non de thi
ro ſed de vipera omnis ſuus factus eſt ſermo. Et hac etiam
de cauſa in libro Almanſoris ⁊ libro diuiſionum nunꝙ de
thiro ſed de vipera fit ſermo. ⁊ ſi forte in Auicenna locis pre
fatis thirum inueneris hoc rariſſime fit. per thirum ſerpen
tem potius ⁊ feram in cõi intelligendo: ꝙ vnum pticulare
animal. His igit̃ ſatis lucide monſtratum eſſe videt̃ peccatũ
huius nominis thirus non ab arabibus: ſed ab ijs interpreti
bus qui libros arabicos nõ recte iterpretati ſunt origiẽ tra
xiſſe. Id eniȝ quod de medicis dictum eſt codicibus: in Ari

ſtotelis quoqꝫ voluminibus de animalium hyſtorijs ex ara bica in linguam deductis latinam inuentum eſt. Nam ea p te que dixerat tertio libro ⁊ quinto viperam aial parere ſolaꝫ inter ſerpentes: ſui interpretes de arabica in latinam linguaꝫ thirũ interpretati ſunt. quo errore ⁊ Albertus alemanus la pſus fuit. qd̃ enim grece Ariſtoteles echin uel echidnã dixit illi mendoſe thirum dixere. cũ tñ viperam potius dicere de buiſſent. eo qppe mõ quo theodorus gaça vir illuſtris inter pretatus eſt. ⁊ quo noie Plinius ſemper uſus fuerat. Q̃ð igit̃ ignari litterarũ arabicarum interp̃tes. ij fuerint qui primo hoc nomen thirus apud noſtros finxerint: cum tñ arabes ip ſi auctores huius erroris nullam adhibuerint cãm: ex ijs ſa tis lucide demonſtratum eſt. Q̃uanta autem fuerit interp̃tũ ⁊ ſcriptoꝝ imperitia. hoc etiam nobis Galeni diuerſe interpre tationes oſtendunt. ij enim qui ex arabica in latinam interp̃ tati ſunt linguam: thirum loco vipere deduxere. qui võ ex gre ca in latinam linguam: echidnam uel viperam interpretati ſunt. Adeo autem in ijs creuit error ut noſtri temporis imp̃ſ ſores eiuſdem libri de ſimplicibus medicinis Galeni priores libros ſex ex arabica: ⁊ poſteriores ex greca ſumẽtes mõſtruo ſe impreſſerint. quo factum eſt ut codeꝫ eſt in libro a ſeptimo libro ad anteriora thirus. a ſeptimo uſqꝫ in calcem echidna reperiatur.

¶ Generalis diſputatio contra philoſophos ac medicos lati nos de animali theriacam conficiente: ⁊ hoc nomine thirus male ſentientes.

OCcaſione horum interp̃tum loco vipe thirum falſo interp̃tãtiũ: plu rimi ac fere oẽs iuniores philoſophi ac medici la tini qui de hoc aiali locuti ſunt in erroreꝫ incide rũt. ſeniores qppe ab interpretibus: iuniores aũt ⁊ ab interp̃tibus ⁊ ab alijs philoſophis ⁊ medicis ſeniorib⁹ ſui erroris occaſionem accipientes. adeo ut non ſolo noie qd̃ tolerari poſſet uerum ipſa quoqꝫ re decepti ſunt. quorum fa moſior iter philoſophos fuit Albertus alemanus qui in ſuo de aialibus libro diſtincta duo de vipera ⁊ thiro ſcripſit capi ta: multa de thiro ⁊ falſa ⁊ confuſa ſcribens. Ipſe enim ſui er roris occaſionem ab interpretatione libri de aialium hyſto rijs ex arabica in latinam facta linguam: ⁊ a capite Serapio nis ſuprascripto incaute ſumpſit. Cuius ueſtigia plurimi ſub ſecuti ſunt. Petrus de appono in concilio ⁊ alibi. Nicolaus florentinus. Aggregator de dondis ⁊ alij plures Alberto iu niores. licet eo etiam ſeniores fuerint medici qui circa hoc p̃ ne errauerint. Cõtra quos quidem in communi primo rõni bus quibuſdam utar. dehinc ſingulatim contra nonnullos diſputabo. Noſtre autem diſputationis initium contra hos potiſſimum qui ab interpretibus errorem ſumpſerunt. q̃ q̃ contra eoſdem etiam interpretes et rõnes vim habeant: hinc ordiri oportet. Humay arabs theriace andromachi expoſitor ſic ſcripſit. Incipiamus ergo ⁊ dicamus quare dicitur theria ca. dico ergo q̄ ipſa noiat̃ pp duas cauſas quarũ vna eſt pp iuuamentum ſuum ad puncturam reptilium hñtium vene na. nam ipſa noiant̃ grece thiria. Nomen ergo theriaca a no mine greco deſcendit. qd̃ ſi grecum eſt a grecis mutuari de bet. ſed apud grecos hec ſola duo reperiunt̃ noia: a qb⁹ hoc nomen theriaca deriuari poteſt. ſ. thir. ⁊ therion. hec autem duo non vnum pticulare aial ſed cõe qd̃ eſt fera uti p̃diximus ſignificat. Q̃uare non recte dixerunt dicentes thirum ẽẽ aial vnum particulare ex quo theriaca denoiat̃ ⁊ conficiatur. Ad hec ſi hoc nomen thirus ex quo ut dicitur theriaca conficitur vnum ſignificaret aial pticulare: tale pfecto ⁊ ſui bñficij cau ſa cum theriacam conficeret: ⁊ ſui curationis gratia cuꝫ vnũ de aialibus eſſet uenenatis a philoſophis ⁊ medicis naturas ſerpentum contemplantibus ⁊ ex eo theriacam conficiẽtib⁹ accurate pertractatum fuiſſet. eſſet enim in ſenioꝝ philoſopho rũ ac medicoꝝ libris famoſiſſimũ ac celebratiſſimum aial qd̃ minime factum eſt. ſub hoc enim noie thirus a ſenioꝝib⁹ gre cis arabibus aut latinis de nullo tali pertractatum eſt animali

Nam neqꝫ Ariſtoteles in uera matre: qui eſſentiã aialium eũ operationibus: generationem: ⁊ vitam: tã per hyſtorias q̃ in cau ſarum redditione tradidit: de thiro aiali pticulari nihil ſcripſit. Neqꝫ Nicander poeta qui de ſerpentibus poema inſcriptum theriaca compoſuit. Neqꝫ Dioſcorides qui de uenenatis aia libus plura ſcripſit: Neqꝫ Cornelius celſus: Neqꝫ Lucanus: neqꝫ Plinius qui animalium hyſtorias: neqꝫ Galenus qui de uenenatis animalibus plura ſcripſit ⁊ eorum curis: Neqꝫ Herodotus hyſtoriographus: neque ſtrabo coſmographus neqꝫ Solinus qui de plurimis ſerpentum ſpeciebus perni tioſis agunt. Nec tandem arabes. ſ. Humay Andromachi ex poſitor nec Serapio nec Auicẽna q̃rto canonis libro ubi de plurimis animalibus uenenatis ſingulatim ſcripſit: de thiro ipſo tanq̃ de vno pticulari animali nõ dixero tractauere ſed nec vnum de eo fecere uerbuꝫ. uel ſi forte licet rariſſime apud arabes dictos inuentum fuerit hoc nomen thiria uel ſimile non pticulare ſed generale nomen. ſ. feram aut ſerpentem in telligere voluere. Ji enim p̃fati philoſophi medici hyſterio graphi coſmographi ⁊ poete. de baſiliſco. cathoblepe. aſpide. hyrundine. ceraſte. cherſidro. hidra. ſepa. iaculo. amphiſbe na. ſcitali. chelindro. chenchri. amodite. pharia. echidna id eſt vipera: ⁊ alijs pluribus uti ſuperius traditum eſt. naturas ſi gna ⁊ accidentia externa ⁊ interna ⁊ curaꝫ diffuſe ſatis tracta uere. de thiro autem penitus nihil. Et ſi forte in aliquo libro ab ijs edito thirum inuenerit: non hoc in matre greca aut arabica: ſed in latino exemplo vitio interpretis uti diximus vitiatum reperies. Cedant igit̃ iuniores latini philoſophi. ce dat omnis noſtra medicoꝝ turba: q aut ſcriptis ſuis aut vi ua uoce thirũ aial vnuꝫ pticulare p̃dicant. ex quo ⁊ paſtillos theriacos ⁊ theriacam confici dicunt non eniꝫ thirus dĩ. ſed echidna uel echis grece: latine võ vipa. Hec igit̃ ſit noſtra cõ tra iuniores latinos cõis diſputatio. qua oẽs conuincuntur medici ⁊ philoſophi: dicentes thirum eſſe nomen aial vnum ſiue ſpẽm vnam ſerpentis ſignificans ex quo theriaca confi ciat̃. Eſt enim nomen monſtruoſum ⁊ fictum. Nunc autem ad eos ſingulatim accedamus: quorum aliqui non ſolo noie ſed nominis occaſione in ipſa quoqꝫ re non parũ deliquere. Si enim p̃fati ſolo peccaſſent noie: ipm thirũ dicentes ẽẽ aial qd̃ theriacam ingredit̃: re autem id acciperent qd̃ eſt vipera: cũ illis pfecto nulla mea eſſet contentio. Cęterũ cum ex noie inſcitia in rei errorem inciderint: adeo ut in theriaca nonnul li animalia perniciõſiora: aliqui võ ea ſola ſumi debere dicãt que ex ſiria aut egypto exportari debeant: ita ut tota fere ho minum multitudo hac glorioſiſſima careat confectione que theriaca dicitur: putantes nonnulli animal illud eſſe qd hor rendum oculis noſtris monſtruoſum: adeo ut ſolo hoc noie qd̃ eſt thirus terrant̃. Idcirco nullo me pacto cõtinere ualui quin contra hos licet in ceteris approbatiſſimos de hoc age rem animali.

¶ Specialis diſputatio contra Albertum alemanum philo ſophum. de thiro.

ALbertus itaqꝫ alemanus q apud lati nos plurima ſcripſit de aiali bus: viperã a thiro poſuit diſtinctam. de eis duo faciẽs capita: libro. xxv. de thiro littera. T. de vi pa lr̃a. U. De thiro qppe reptio pluria nõ i noie ſolo ſed re quoqꝫ mendoſa ac ſibi iuicẽ 9ria ſcripſiſſe. Et ut er ror iſte magis cognoſcat̃ Ariſtotelis vba de q̃tuor anguib⁹ ⁊ Alberti dicta mox apponenda videntur. octauo eni de aialiũ hyſtorijs libro ſic ſcribit̃ ab Ariſtotele uti Theodorus gaça re cte interp̃tat̃. Anguiũ quoqꝫ ictus per loca plurimũ differũt Aſpis eni anguis ex quo medicamẽtũ illud putrificũ cõpo nũt in affrica gignit̃. Cui⁹ ictui nullũ remediũ eſt. De hoc ait Albertus ibidẽ. Adhuc morſus ſerpẽtum magnã ſm loca ac cipit diuerſitatem. quoniam draco quidem eſt in terra ethio pie ex quo generatur quedam thiri ſpecies ex qua accipitur enuchon hoc eſt uenenum peſſimuꝫ contra qd̃ nulla eſt me dicina. Id quod Ariſtoteles in matre greca aſpidem ai

ſie.iſte thirum uocauit.ſilr ſuperflue appoſuit ipm ex draco ne generari.non igitur nomine ſolo ſed re ipa quoqz defecit. qm̄ thirum loco aſpidis accepit.De alio etiam ſerpente ſub ſequenter dum de aſpide loqueretur ſubdidit. Naſcitur eo dem in agro in quo laſer ſerpens quidam puſillus cuius re medium lapis eſt quem ex ſepulchro cuiuſdaz regis antiqui accipiunt.eoqz perfuſo ex vino bibunt. Et de hoc Albertus inquit.Silr aūt in loco libie quem alkian uocant eſt ſerpens paruulus ualde qui morſu ſuo inficit ↄ interficit hoies.ↄ fer tur q contra morſum eius nō ualet aliquid niſi lapis qui ac cipit in antiquiſſimis regū ſepulturis q ſibi ibi die balſamū cū humore egreſſo de corpore mortui.hic accept᷒ ↄ raſus in vino ↄ in potu datus ol hoc uenenū reſtrigere. De tertio ſer pente inquit Ariſtoteles.Serpens quidam minutus eſt quē aliqui ſacrū appellant:quem angues premagni fugiunt.ma gnitudo huic ad cubitū.ſpēs hirſuta gcqd momorderit con tinuo circiter putreſcit.de quo Albertus. Inuenitur aūt thi rus ſiue ſerpens quidaz quē greci alkineni dicunt. latini aūt qdā eū uocant baſiliſcū.alij uerius uocāt eū regulum.eo q eſt ſerpentū rex.quem alij ſerpentes ēt magni fugiunt.cum tn̄ in longitudine non excedat cubitum.ↄ eſt piloſus in toto corpe ↄ qn̄ mordet aliqd aial uel hoiem cito putrefacit ea que circū ſtant morſu ex calore ueneni.Ecce quonāmō id qd Ariſtote les minutum uocauit ſerpentē Albertus thirū nuncupauit. Et id qd Ariſtoteles dicit:quoſdam illum ſerpētem uocaſſe ſacrū:ipſe Albertus dicit grecos eū baſiliſcū nūcupaſſe.nō ſo lum enim thirū de hoc ſerpēte finxit nomē.ſed baſiliſcū etiā nomen thiri appellauit.De quarto ſerpente ſcripſit Ariſtote les.Eſt pterea in indica regione ſerpens paruus cuius vni᷒ remedio carent incole.De hoc aūt Albertus inqt. Silr aūt in india inuenit̄ qdam paruus thirus quem uocāt baſiliſcū ↄ morſus hui᷒ eſt adeo fortis ↄ calidi ueneni q contra ipſum nō ineniſ medicina.Ecce quonāmodo in hac quoqz ſerpen tis ſpecie noie peccauit ipm appellādo thirū:quem ſerpentē paruum nuncupauit Ariſtoteles. Baſiliſcum quoqz in hoc loco thirum nuncupans:nō noie ſolo ſed re etiam deliquit. Tanta eſt enim huius viri in ijs noibus cōfuſio:ut nemo qd ſenſerit de ijs accipe ualet. hic eni thirum uocat baſiliſcum cum tn̄ inferius libro.xxv.baſiliſcum in littera.B.a thiro di ſtinctum poſuerit. Ex ijs itaqz ſatis notum eſt Albertū in ijs quattuor ſerpentum ſpēbus aut ſaltem tribus grauiter peccaſ ſe.eas.ſ.thiros appellando:ac baſiliſcos.cum tn̄ Ariſtoteles in matre greca aſpidem vnā de illis:ↄ alias ſerpentes ſimplr nuncupauerit. In quem errorem libro ēt.xxv.littera.T. ma nifeſte incidit.loquens eni de thiro circa capituli finē: duas thiri poſuit ſpēs.eaſdem.ſ.quas pfato loco libro.7°. tertiam ac quartam poſuit.ſic dicens in littera.T.Peius tn̄ in hoc ge nere ſerpentis.ſupple qui thirus dr̄:eſt quoddam genus par uum cubitale in longitudine cuius pellis eſt hiſpida piloſa.ↄ cuius morſus peior eſt ↄ putrefaciens corpus ex loco vulne ris in circuitu.ↄ ſic occidens.Deinde ſubiunxit. Thirus aūt indie qui minor eſt q̄ cubitus pernitioſus eſt ſuper oēs alios thiros. Et due ſpecies ſunt ille quas libro.7°.tertiam ac q̄rtā poſuit in ordine.licet illic thiros hos baſiliſcos libie ↄ indie. hic autem thiros ſoluz nuncupauit.ij igitur ſunt errores in quos occaſione interptis pfatus Albertus incautus incidit. Preter hos thiros libro 7°.aliam thiri ſpēm poſuit Albert᷒ quā apud nos eſſe dixit. Adhuc autem non oportet latere q thirus apud nos eſt ſerpens qdaz anteriora ſui corporis eri gens de quo ſupra diximus.ↄ de carnibus eius recipitur in cōpōne theriace.hic aūt nō utimur ſic thiro ſed pro genere ſerpentis qd ſub ſe multas continet ſpēs ſiue calidū habeāt uenenum ſiue fridum.per que vba tria colliguntur. Unum eſt q apud nos vna ſit thiri ſpēs:ex qua fit theriaca. Secun dum eſt q thirus iſte ab alijs quattuor ſerpentum ſpeciebus quas ſupius thiros uocauit:apprime ſit diuerſus.cum vnuz aial pticulare ſit ex quo theriaca conficitur.Tertium eſt q cū ſuperiores ſerpentes thiri dicuntur:tunc hoc nomen thirus

pro vno ſerpentum genere capit̄:qd ſub ſe multas continet ſpēs:ex quo baſiliſcus ſub eo cōtineatur.Quibus ex uerbis vna colligitur diuiſio.vz q thirus vno mō dicatur de ſpecia li animali qd apud nos theriacam componit.Alio modo eſt genus ſerpentum ſub ſe plures continens ſerpentum ſpēs. puta baſiliſcum ↄ alios.Sed certe ſi ea que ſcripſimus recte conſideraueris in ijs plura inuenies nō recte dicta. hoc eniz dictū ad placitum ↄ falſo dictum eſt.Ad placitū qdē qm̄ nec ab Ariſtotele nec ab ullo philoſophoꝝ aut medicoꝝ vnq̄ inuē tum fuit ut thirus ſit vnum ſub ſerpente cōe nomen ↄ genus ſub ſe tamen plures cōtinēs ſerpentes.ſed thirion eſt ſerpen tum genus cum thirion ferum ſignificet.ↄ ſi tale forte reperi es hec non in matribus ſed vitio interpretuz factū inuenies ut ſuperius monſtratum eſt.Falſo aūt dictum eſt.qm̄ illud p ticulare aial qd theriacam ingredit̄ non thirus ſed vipera dr̄.Falſum etiam quoniam thirus non eſt alicuius generis ſerpentum nomen.ſed therion uti dixi. Patet igitur q̄ tam in ſe Alberti dictum contineat ueritatem.hoc ſoluz.ſ.q apud nos animal reperit̄ erecto incedēs capite:ex quo theriaca cō ficitur apud nos.Et q̄ plura alia neceſſe ſit ad hoc habere ſi gna ultra hoc q caput erectuz deferat:ut tale animal theria cam ingrediens a ceteris dignoſcatur ſerpentibus.hoc enim aial eſt vipa ↄ nō thirus uti pbauimus.Id tn̄ qd mihi dubi tationē de hoc aiali apud nos inuento inducit ex quo dicit confici theriacam:eſt utrū iſtud aial de quo hic loquit̄ ſit illō de quo libro.xxv.littera.T.agit ubi ſic dicit.Thirus aūt qui apud nos abūdat eſt ſerpens duorū aut triū cubitoꝝ ↄc̄.Nāz ſi ſic:tunc eius dictū eſt falſuz.qm̄ de hoc i littera.T.ipſemet dicit ipm non eſſe uenenoſum ↄ eē nigrū.aial aūt ex quo the riaca conficit̄ uenenoſum eſt in medio uenenatoꝝ conſiſtens gradu.ↄ flaui nō nigri coloris.Si nō:cur ergo in littera.T.di minutus fuit:eā derelinquēs thiri ſpēm que nature humane cōmodior putat̄.cū ex ea theriaca ↄficiat̄.Dices fortaſſis de eo thiro tradidiſſe in pncipio cū dixerit vnam thiri ſpēm in apenninis italie montibus repiri.ſed neqz illud illius inſufficiē tiā excuſat.qm̄ aial ex quo apud nos theriaca conficiat̄ non in ſolis nutritur apenninis montibus ſed ubiqz per totam ita liam.Sua ēt inſufficientia magis cognoſcet̄:ſi ois ab eo in lit tera.T.tradita de thiro colligant̄.Nam ibi ponit thirum in iordanis ſolitudine.Alterum in italie apenninis montib᷒.Al terum dicit inueniri apud nos non uenenatum.Alteꝝ apud ethiopias quem dicit uenenatū in p gradu.Alterum in libia. Alterum indicū quos duos baſiliſcos appellat.de ijs oibus ex duobus ijs thirijs dictis baſiliſcis nō fit theriaca. Ex illo quem dicit littera.T.eſſe apud nos cū nullū in ſe contineat uenenum ſilr non fit theriaca. Ex ijs igit̄ ſolis ex uerbis ſuis theriaca ↄficiat̄:vz ex thiro in iordanis ſolitudine:in italie ape nninis montibus:ↄ thiro ethiopie ſub cancro.hoc aūt falſum ↄ diminutum eſt.qm̄ ↄ in aſia tota ↄ affrica:ↄ europe pabus aial theriacā cōficiens inuenit̄.ſ.vipa.de ea enim vipa in mi nori aſia inuenta Galenus.xi°de ſimplicib᷒ medicinis libro ſcripſit:nōnullos:ↄ caſu:ↄ deliberatione ſanatos ex potu vi ni in quo vipera in illius regionis agro extincta fuerat. qua re animal theriacam conficiens non ſolum in illis prefatis locis ſed alibi etiam repit̄.Ridiculum enim eſt credere q qui theriacam conficere uelit neceſſe ſit uel ad iordanis ſolitudi nem uel ad ethiopas uel ad apenninos italie montes accede re. Quare ſatis notum eſſe puto: Albertum libro.7°. ac li bro.xxv.littera.T.de thiro non ſolo nomine ſed re quoqz ma le ſenſiſſe. Ad hec ſua dicta contraria ſunt ijs que a ſapienti bus medicis tradita ſunt. Galenus enim ↄ alij aſpidem ↄ ali as reſpuunt ſerpentes que in pmo ſunt uenenatorum gra du eo q nimia ſui uenenoſitate mortem potius q̄z ſalutem inducerent. Ipſe autem Albertus littera.T.contrarium dixit Eſt autem genus thiri uenenoſum ↄ eſt ordinis pmi qd licet carnibus ſuis infecta curet membra ſicut lepram ↄ uenenata propter qd theriaca de carnibus eius conficitur ↄc̄. Ad hec peccauit Albertus non in ijs ſolis que de Thiro prefata

ſunt. ſed & circa plurima ſui acciſis. De exuuijs eñ de ethio pie thiro loquens dixit. Hic ſerpens in ethiopia ſub cancro more draconis ſe expoliat p̄: inter oculos p̄ ſoluendo. ita q̄ quaſi acus appet. & deinde ſub capite & poſtea ſub ſpatio vni⁹ noctis & diei de toto corpore p anguſta tráſiens deponit & ſic redit ad iuuentutē. Per hec enim aſſerere vī̄ hūc exuuiarū modum ſoli thiro ethiopie pp̄riū eē. qḋ nō eſt. cū iſte modus exuuiar̄ oibus ſerpētibus ab Ariſtotele octauo de hyſtorijs aialiū libro accōmodatus ſit. cū dixit. Uipera & exuit rā uere q̄ autūno. Cum ſerpēs exuere incipit ab oculis primū detra hi aiunt. ita ut obcecari videanẛ ijs qui rem nō intelligunt. tū caput exuitur. glabrū eni hoc diuz anteq̄ reliquū corp⁹ ap paret: quin ipſe Albertus ſup illo Ariſtotelis texto de thiro ſimpliciter exponit dicens. Thirus autem ſerpens p̄us expo liat &c. varie igiẛ de eodē in diuerſis loquiẛ locis. nūc de thi ro ſimpliciter: nūc de thiro ethiopie: eundem ponens exuuia rū modū tanq̄ de re ſibi ignota decens. qḋ pfecto ei accidit ex male interpretum tráſlatione. qui thirum & loco vipere & loco ſerpentis ſepe uſi fuere. Amplius de hoc aiali quo ad eius generationē in dictis ſuis vī̄ diuerſitas. Nā libro. xxv. littera. T. de thiro ſic dixit. Hic ſerpens eſt de genere vipere qz p̄ itus ouat. & poſtea extra parit aial. de quibus uerbis hoc p̄ falſum eſt. vz thirū eſſe de gñe vipe. quaſi uelit viperam ge nus eſſe & ad alia & ad thirū qḋ nō eſt. vipa eni eſt ipſe thirus ſi pro thiro aial cōponēs theriacā accipiaẛ. Si aūt thirus pro cōi gñe pluriū aialū accipiatur ut in 7° dixit libro: ita ut ſub eo baſiliſcus contineaẛ: falſum eſt q̄ thirus ſit de gñe vipere. non enim ſub vipa baſiliſcus contineẛ. quare hoc illud dictum nullam in ſe ɔtinet ueritatē cū dixit. Hic ſerpens eſt de genere vipere. Imo dici debet. hic ſerpens eſt ipſa vipera. neque hu iuſmodi ūba ſcripſiſſet ſi tb̄ riace nomen a thirion non a thi ro ficto uocabulo feram in gñe non aūt animal aliqḋ ptīcu lare ſignificante: ſciuiſſet. Item ſermo ille contrarius eſt ijs que ſcḋo libro tractatu ſcḋo cap̄ quarto ipſemet ſic ſcripſit. Oia enim gña ſerpentum faciunt oua p̄ter thirū ut dicit Ari ſtoteles. & eſt corrupta ſua littera. qm̄ ille qui uere thirus eſt notus eſt apud nos & ſit ex ipſo theriaca. & facit oua. ſed ſer pens qui gñat aial eſt vipa que & ſepe cum uterus eius cōpri mitur emittit aialia duo uel vnum & aliqñ plura. in ijs enim uerbis manifeſta apparet cum p̄fatis contradictio. apparet etiaz falſitas Ariſtotelis enim: ut inquit Albertus ſententia in illo loco. tertio hyſtoriarum de aialibus libro eſt q̄ vipera in lucē edit animal: ceteri ſerpentes oua & ea incubant quod autem in matre Ariſtoteles dixit de vipera Albertus interp̄ tatione indecenti deceptus dixit de thiro. Et dicit litterā eſſe corruptam de quo dicto ſub ſenſu Alberti mentitur. Dicit enim thirum pp̄rie ex quo ſit theriaca parere oua. inde falſaz eſſe litteram. uere mendoſa eſt. non in eo ipſo ſenſu quem Al bertus habuit. Credidit enim mendoſam eſſe crede. & dici de bere. q̄ thirus parit oua non aial viuū. qḋ falſum eſt. qm̄ Ari ſtotelis ūba de vipera ſunt ut patet & in Theodori gaze inter pretatione & in matre greca & in hoc loco principio quarti li bri de aialium ptibus. & in fine quinti de hyſtorijs ſemp eniz de vipera loquens ſimilia ſcribit de vipera & non de thiro fi cto noie. quare Ariſtotelis littera ſub ſenſu Alberti minime mē doſa eſt. ſed in eo quippe mēdoſa eſt q̄ vipe loco iterpretator ex arabica in linguam deducens latinam: non vipera ſed thi rum ſcripſit. Contradictio aūt in ſuis apparet dictis. qm̄ id qḋ in pīu negat littera: alibi confirmat. hic enim negat thirū parere aial dicens ipz parere oua. in libro ūo. xxv°. littera. T. penitus ɔ̄riū dicit. Hic ſerpens eſt de gñe vipe qz p̄ int⁹ ou at & poſtea extra parit aial. Et. 13° libro tractatu ſcḋo capite 4° ſic ſcripſit. Et ſilr quodāmō facit thirus hic enim generat qui dē aial. ſed prius concipit ouū in ſeipſo: ſicut ſepe dictum eſt. Quā manifeſta igiẛ ſit inter dicta ſua de thiro in locis diuer ſis ɔ̄rietas & falſitas ſatis monſtratum eſſe puto. Hec aūt ideo euenere qm̄ qd uere eſſet thirus ignorauit inſcitie cuius cā mala ut diximus fuit interpretum arabicorum libroꝝ inter pretatio qui id qḋ nūc ſerpentes nunc viperam interpretari debuerant thirū falſo interpretati ſunt. tam in libro Serapio nis de ſimplicib⁹: q̄ in pluribus alijs ſapiētū medicoꝝ arabico rū: q̄ & in Ariſtotelicis conſcriptionib⁹ ex arabica in linguaz deductis latinā. quoꝝ potiſſime occaſiōe auctor hic in ſuo de aialibus libro in hos p̄fatos incidit errores. Nec mireris ſi contra Albertum plurimis de thiro inſtiti rōnib⁹. Hoc eniz de induſtria feci eo q̄ hic vnus inter latinos de p̄miis ſit: qui de aialibus: potiſſime de thiro: plura ſcripſerit. & quicquid ſe re ceteri ſcripſere philoſophi aut medici latini: hunc imitan do & incaute malas interpretationes inſpiciendo decepti ſunt. Et hac de cauſa de ceteris pauca admodum: cum de malis interpretationibus & Alberto alemano plura dixerimus: diſ putanda ſunt.

¶ Spālis diſputatio ɔ̄ Nicolaū medicum de thiro.

Nicolaus in antidotario magno in the riace magne cōpoſitiōe nō pa rum differt. capite enim trociſcorū de vipera ſic ſcripſit. Trociſci de thiro q̄ in magna galeni the riaca recipiunẛ ſic fiunt. Inuenias thiros in lon gitudine vnius palmi exiſtēs: oculos hñtes rubeos: & linguā mobilē: & cornua in modum grani frumenti. caput & caudā tribus digitis menſuratis abſcinde. medium qḋ remanet ex coria. Hic vir pfecto vnum ſuo mō finxit thirū mōſtruoſum a ſapiētibus noſtris incognitū. Cui⁹ caput ceraſtis ſiue cornu te caput. Lōgitudo ūo iaculi uel ſm Colinū baſiliſci. quo cir ca nō parū de hoc miror viro. qui in componendis medica minibus adeo celebris putaẛ: q̄ in hac oīum cōpōnum dña tā breuiter diminute ac falſo pceſſerit. Falſo inq̄: qm̄ id aial qḋ theriacas cōficit paſtillos: nō thirus uti probatum eſt ſed vipa dī. falſo & qm̄ nō cornutū aial neqz tā breue ſed longius cognouē philoſophi. Diminute ūo qm̄ notas eas qb⁹ tale aial a ceteris & a ſeipſo diſcernitur a galeno & ceteris ſenioribus po ſitas: minime diſputauit: que note ut ſup̄ius patuit plurime ſunt. nō eni eo q̄ cornua habeat: aut eo q̄ eius longitudo vni⁹ ſit palmi: vipa a ſapiētib⁹ dat cognoſci. ſed eo q̄ caput latū collū gracile. & de reliquis tam internis q̄ externis que ſupe rius tradita ſūt. Ad hec utrum ea ſumanẛ que montana aut marina aut fameſcens aut ſitibus affecta paſſionibus in ſu perioribus declaratis: & quo tpe an eſtate an uere an autūno minime diſputauit. Tā ɔ̄ igiẛ magne theriace cōfectionē ijs ne ceſſarijs decorauit rebus: quibus nomē ſui antidotarij: quo magnū nūcupaẛ: ornari debuerit. quare diminutus fuit. Ne qz ſcio quo nā mō theriacam iſte compoſuerit qui monſtruo ſum animal nuq̄ inuentū inuenire curauit. Et de Nicolao iſto hec ſatis ſint.

¶ Spālis diſputatio cōtra Petrum de appono: de thiro.

Petrus de appono qui librum Cōciliato rem & libellū de uenenis cōpoſuit: ſi nō re: noie ſaltē peccauit. Scripſit eni hec i ſuo ɔciliatore dif̄a. 127. de theriaca loquens. Et dī ibi ro ſerpēte qm̄ carnes ingrediunẛ ipſius in eaz. & ſunt uelut radix & baſis iſtius medicine. ita q̄ eis priuatis de ſtruiẛ ipſa. & dif̄a. 179. Sciendum q̄ theriaca eſt multiplex ſm diuerſitatem componentium. Cui tamen illud nomen pp̄ri⁹ conuenit: theriaca: eſt magna andromachi aut galeni in quā caro ingreditur thiri ſerpentis vnde nominationem eſt ſorti ta. que autem hanc nō ſuſcipit metaphorice diciẛ theriaca. ut que diateſſaron. eo q̄ ad illius ſimilitudinem uenenorum depellat nocumenta. Et idem libro de uenenis de cornu p̄ cuſtodia loquens dixit. Unuz eſt ſicut cornua ſerpentis que ſudant aduentu. ſ. napelli & thiri & fellis leopardi. Et eodem libro. Et ipſe. ſ. andromachus eſt adiungēs carnes thiriorū & terram ſigillatam. Ex quibus tres eliciuntur errores. Unus quoniam in ijs omnibus libris thirum cum ceteris in hoc errantibus putauit eſſe nomen animalis proprium theriacā conficientis. qḋ manifeſte in ſuperioribus improbatum eſt. Alter error eſt qm̄ theriacam a thiro ingredientis putauit

dici.hoc ẽt in ſupioribus mõſtratũ: ĩ ẽ falſuz. Tertius error a 2° depẽdẽs: dicẽdo theriacã magnã ꝓprie dici theriacam: qꝛ thiri caro eã igredit̃. cetere ĩpꝛop̃e ⁊ metaphorice ut diateſſaron ⁊ alie. cũ illa caro eã nõ igrediat̃. dici tñ theriacã a ꝯferẽtia qm̃ cũ ipſa magnã hñt ſimilitudinẽ. hoc aũt dictũ falſũ eẽ vꝫ ꝓpe dici theriacã eo ꝙ thiri caro ingredit̃. a ꝯferẽtia eni nõ a cõponẽte dicta fuit. cũ eẽ. magnã theriacã plurima ⁊ ſimplicia ⁊ ꝯfectiões theriace dicebant̃ ſicuti ea que Antiochi regis a Plinio ponit̃ ut in ſupiorib᷒ demõſtratũ ẽ. Nõ igit̃ cetere metaphorice aut p ſilitudinẽ ad eã que magna dr̃ theriace dicunt̃. cũ ante theriace magne inũtionẽ ab Andromacho: nõnulle de illis theriace dicebant̃. Hoc tñ ꝯcedim᷒ ꝙ cũ ⁊ ipa magne theriaca ⁊ cetere eo dicant̃ theriace qꝛ uenenatarũ ferarũ ſint medicamĩa: cũqꝫ ipa theriaca magna plus ꝓſtatĩ aduerſus ſilit̃ ferarũ morſib᷒ ꝙ cetere: hec eſt enim ſupra mitridatem ac cetera antidota: theriace magne ꝓeminẽtia: ꝙ ſub hoc ſenſu antidotũ ex carnib᷒ vipe ꝯfectũ magis theriaca. i. magis ferarũ uenenoſarũ morſib᷒ cõferẽs: dici poſſit. nõ tñ pp hoc cõcedendum eſt theriacas ceteras metaphorice ab illa magna dici theriacas. cũ añ eã theriace dicebant̃. Sic igit̃ auctor ille triplici circa v̾ba ſua errauit errore. minori tñ ꝙ Albertus ⁊ Nicolaus ꝓfatus. cũ ois error ſuus in noie pon᷒ ꝙ in re fuerit. Utrũ aũt per thirũ viperã intellexerit uel qd aliud: nomẽ nõ fecit. quare ſuus ois error manifeſtus fuit in noie. Qui tñ error in noie tãto ceterorũ erroribus intollerabilior putat̃: ꝙ to vir ille ſe grecas litteras didiciſſe fatet̃. potiſſime cũ in ꝯcilio ſuo quaſi nolum faſtidiuus latinorũ. Nũc Eti. nunc. palin. ſe pulcherrime dixiſſe putauit. Si igit̃ grecas hic dignus vir habuit litteras: cur nã theriace nomen grecũ ignorauit: cum nullus vnꝙ fuerit grecorũ qui circa hoc nomẽ deceptus fuerit. facile eni erat ei ſi litteras habuit grecas agnoſcere. thir ⁊ thirion nomẽ eẽ cõe ferã ſignificãs. nec ullũ eſſe ſpãle aial qđ ꝓprie thirus diceret̃ noie ut ſupius diffuſe demonſtratũ eſt. hec ſcripſi nõ ꝙ huc virũ ingenio ac doctrina ꝓclarũ nõ ſemper cõmẽdauerim ſed uenerãde v̾itatis gratia in ijs minimis nõ puduit tantũ in aliquo tãgẽ virum. ne forte ſue auctoritatis occaſione qđ tꝑibus noſtris fieri ſolet ceteri incaute deciperentur.

¶ Specialis diſpoſitio contra Aggregatorem de dondis Patauum de thiro.

Alter patauus fuit Aggregator de dondis vir ꝑfecto circũſpectus licet in hoc minime cautus. Hic eni ſuo errore magnã ceteris errãdi dedit occaſionẽ. Credidit eni thirũ vnũ ꝑticulare aial eſſe ut ceteri crediderãt: ex quo theriaca conficeret̃. In re aũt grauiſſime peccauit ipm tale aial diſtinctũ eſſe putans a vipa. Tractans enim de noib᷒ medicinarũ hoc nomẽ poſuit thirũ: Plinium: Serapionẽ: Auerroim: Albucaſim: ⁊ Haliabatem adducens ⁊ e Plinio qdẽ mẽtiens. cũ de thiro ſub hoc noie haud quaꝙ Plinium tractaſſe inueniat̃. de ceteris aũt. vꝫ Serapione de ſimplicibus: Albucaſi: ⁊ alijs: ignorauit eorũ uerba: vitio interpretũ. ⁊ Simonis ianuenſis: mẽdoſa fuiſſe ut ſupius mõſtratũ fuit. Tradẽs ẽt ꝯferentia ueneris: medicinas ad thirũ ⁊ ad viperã ſepatim poſuit plurimas. quarum medicinarũ loci diuerſitas pluribus peccandi dedit occaſionẽ. Cũ eni ad thirũ morſum diuerſa ab ijs que vipere nõnulla doceat medicamĩna: rõnabilr̃ vnuſqſqꝫ credere poſſet thirũ a vipa eẽ diſtinctũ. Sed eo vir iſte deceptus fuit qm̃ nõnulla diuerſa a diuerſis ad hec duo. ſ. thirũ ⁊ viperã cõmẽdata ĩuenit medicamĩa. At ſi recte inſpexiſſet interpretum vitium fuiſſe cognouiſſet. thirum enim in ijs ſcriptum inuenit arabibus: qui a Simone ⁊ Reynaldo de arabica in linguam deducti ſunt latinam ⁊ in libro de ſimplici medicina Serapionis: in libro Haliabatis: Colliget Auerrois: Auicẽne de viribus cordis: ⁊ alijs. Uiperam repit in Auicẽne canone: in Almanſoris practica: ⁊ Serapionis: ⁊ in Raſis diuiſionibus: in Galeno de greca in latinam deducto linguam: quare huius erroris occaſionem

poſteris ipſe non paruam dedit errãdi. Et ſi forte Auicẽnam in ſuo canone puta in ſcđo aut alio libro thirum uel thiriam inuenerit: nomen hoc non pro vno ꝑticulari accipiendũ eſt aiali: ſed pro fera uenenoſa in ſuo fatendum eſt poſuiſſe matre. hoc enim vnũ uerũ putandũ eſt: nunꝙ in ſua arabica matre repertũ fuiſſe thirũ cum de aiali theriacam conficiente loquerentur. Signũ aũt erroris dicti Aggregatoris eſt: quoniã que medicamĩa ꝓfatus Aggregator ꝑduxit ad thirũ ſm̃ eos qui loco vipere ſcripſere thirum: eadem quoqꝫ fere ois ab auctoribus quos deducit: qui viperam recte habent: de vipera ſcripta reperiunt̃. Adducit eni Serapionem de ſimplicibus ⁊ Dioſcoridem: qui Serapio ut ſupius diximus non thirum ſed viperam uelut Dioſcorides ſiue echidnã ⁊ Galenus in xj°. de ſimplicibus medicis in matre greca poſuere. licet interpretũ vitio loco vipe thirus ſcriptum fuerit. Et hec ſatis de Aggregatore hec dixiſſe ſufficiãt. ¶ Sũt ẽt nõnulli alij medici q in hoc noie thirus ſilr̃ errauerũt. quos qdẽ eo ꝙ eiſdẽ cõuinci pñt rõnibus quib᷒ etiã ꝓfati ꝯuicti ſunt: cũ eiſdẽ peccauerint erroribus: iõ de eis ꝑticulariter nõ curaui: ſuꝑfluitatẽ diſputationis euitãdo. per ea enĩ quibus Alberti correximus errores eorũ ẽt corrigi pñt errores: qui Albertũ ſecuti ſunt. In nũero quorũ fuit Nicolaus florẽtinus de ſerpẽtib᷒ in multis ⁊ maxime de thiro eũ imitatus. Qui aũt dixit Auicẽnã quarto ſui canonis libro nõ intelligẽ in trociſcorũ de vipis cõpõnẽ eam viperã que in partu a filijs ꝓpis mortem vindicare parẽtibus: necat̃: ſed ſerpẽtes vulgo cões: quid eẽt vipa minime intellexit. eadẽ enim eſt ea que ꝑ ores a filiis necari dixerunt ⁊ ea que apud nos inter cões cõputat̃ ſerpẽtes. nõ eni aliquod aial a nobis alienum eſt vipa. ſed cois ac familiaris ſatis cuꝫ ubiqꝫ ut Herodotus dixit ipa inueniat̃. Uelle aũt eiſdẽ rõnibus contra plures diſtinctis locis diſputare: rei potius oſtentatio eſſet ⁊ in doctrina ſuꝑfluum ꝙ utile. qua de re huic noſtro libello hic imponenda eſt finis cum ⁊ noſtrã de aiali theriacam conficiente cũ grecis latinis arabib᷒ ſeniorib᷒ conuenienter dediderimus ſniam. Et latinorũ iuniorũ philoſophorũ ac medicorũ de hoc aiali ⁊ thiro correxerim᷒ opinionẽ. quorũ oium a nobis tractatorum ſumma ſub duabus ſectionibus per capita diſcuſſa ſunt.

¶ Promiſſio ad ulteriora ac de prolixitate ⁊ pꝛoſumptione legitima excuſatio.

Et quãuis ꝑter errorẽ aialis theriacam conficiẽtis alia plura ẽt committant̃ in ſui ꝯfectione peccata: ego de ijs ni ad pñs nõ curaui: ſed de ſolo illo aiali mĩa fuit ꝑncipalis cura. ꝑmittẽs in poſterũ cũ mihi dabitur ociũ: cetera pro poſſe corrigere errata. multa eniꝫ apponunt̃ non apponenda. ⁊ multa non ponunt̃ apponenda. ⁊ hoc qdem ex noium ignorãtia ⁊ medicorũ ignauia. que ois luce clariora ſuo faciẽ tꝑe. Si aũt de hoc ſcribens aiali: longior pl᷑ a debito: aut forte latinorũ noſtrorũ indebitus repꝛẽſor pꝛeterꝙ eorũ auctoritas mereret̃ uobis videri error grauis dãniqꝫ nõ parui cauſa oium fere iuniorũ latinorũ qui de aiali hoc aliqd ſcripſerant ⁊ ueritatis defenſio mea ſit excuſatio. Cõmunis enim error potiſſime cum auctoritate ꝓclarorum virorũ fulcitus fuerit: ſi penitus extirpari debeat: plurime auctoritatis viro ac plurimis uernte rõnibus indiget. Cum igit̃ mea puſilla admodũ aut nulla ſit inter tantos viros auctoritas: mihi neceſſarium fuit telo ueritatis multiplici cum ſeniorum grecorũ latinorũ ⁊ arabicorũ ſententijs ac uerbis: illos expugnare viros. non igit̃ ſi recte mea iudicet̃ cauſa: de ꝓlixitate nimia aut pꝛoſumptione iudicari debet. ad cuius iudicium non ignaros aut liuore infectos: ſed ueritatis beniuolos ac ſapientes expecto iudices: de obloquẽtibus autem ⁊ ignaris minime curans.

¶ Finit liber de animali theria paſtillos theriacemqꝫ conficiente a Franciſco Cabello Brixienſi viro pꝛeclaro: Uenetijs editus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

A. STRINI
V. Margutta 53b
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google